NIPHUS
OPERA
PHILOSOPHICA
VENETIIS

1559

4558
4555
4548
4553
4557

4550
4549

Pl. ix

Collated
Perfect

£2=10=0

4557.

38673(5)

Magni Philoſophi Auguſtini niphi Medicis Sueſſani Expoſitio atq; interpretatio lucida in Libros artis Rhetorice Ariſtotelis. Nouiter ab ipſo authore in lucem edita. ad Antoniũ Garlonium Allifanorum Principem.

Ad usum D. Ricardi ...



Cautum Priuilegiys Summi Pontificis, ac Illuſtriſſimi Senatus Veneti, ne quis hęc Sueſſani Commentaria in aliquo ſuę ditionis loco imprimat, aut alibi impreſſa vedere audeat, ſub pęnis ibidem contentis.

Venetiis M. D. XXXVII.

¶ Auguſtini Niphi Medicis Philoſophi Sueſſani exordium in arte Rhetoricę Ariſtotelis ad Anto-
nium Garlonium Allifanorum Principem.

M Anus rege dignum rhetoricaꝫ Ariſtoteles eſſe putat Antoni Garloni princeps ęquiſſime.
nam quẽadmodum veſtium decore,atqꝫ magnificẽtia cęteris hominibus , quibus
pręeſt,antecellere dꝫ,ita quoqꝫ dicẽdi facultate ipſos exuperare.quippe cum veſtiũ nitore quo
ſub fortuna,dicendi vero peritia,quo homo eſt,antecellat.accedit, vt qui vix hoĩs parũ habeat
veſtibus eos ſuperet,qui plurimũ ⁊ habeãt,⁊ cũctis patet habere. Pręterea qui hominẽ definie-
runt,qd hominẽ eſſe dixerũt, niſi animal rõnale,ratiocinari aũt quid niſi ſm prudentiã in agen
dis diſcurrere,quo fit,vt orator tanto homineꝫ non oratorẽ exuperet,quãto animal rõnale non
rõnale.Quare quid aliud erit,cũ princeps dicendi facultate imperitus,gubernauerit,ꝙ̃ vt mutum animal,atqꝫ
irrationale pęnitus hoĩes regat.Quã obrem non ab rõne tantus vir rhetoricã munus rege dignũ putauit,quip-
pe cum abſurdũ potiſſimum videat̃ eum,qui rerum geſtaꝝ gloria antecellat,quibuſpiã humillimus videri , ⁊
in dicẽdo cedere.Intueri etiã licet eos omneis,qui optima inter Gręcos,⁊ Romanos re publica vſi ſunt , longe
magis dicẽdi facultate ꝙ̃ rebus ſemper emicaſſe.apud eos ẽt qui inter barbaros dignitate pręſtiterunt , potius
dicẽdi nitore ꝙ̃ rebus anteiſſe legimus,quippe qui probe norint eam,quę dicendi vis eſt,eſſe quandaꝫ ſalutis
arcẽ,⁊ eiuſmodi certe arcẽ,quę nõ manufacta,verũ ⁊ quę inexpugnabilis quidẽ ſit,⁊ in primis ſecura opinan-
da.Quęſiui vero inter principes,quis nã eſſet tanto munere dignus,quiſue bene meritis de re tanta,⁊ cuꝫ nemi-
nem inuenerim,ad te Antoni ęquiſſime confugi,arbitrans,tali ⁊ tanto labore te dignũ dũtaxat,Nam a teneris
annis noui te omni virtutum genere clariſſimũ.Mouet etiam me gratitudo,nam eo tẽpore,quo Ariſtotelis hęc
rhetorica nullibi fere reperiebat̃,tu per ſtudia omnium literatoꝝ viroꝝ ipſam diſquirendo,tandẽ venatus es,
eamqꝫ hilari animo(vt decebat virũ liberalẽ,ac magnificũ)ad me illico miſiſti,quis igitur tanti muneris ingra
tus eſſe dꝫ,niſi ruſticus,atqꝫ agreſtis.Cognoſcis inſuper munus,qd̃ dedicatoribus non parũ voluptatis affert,
quid enim aliud eſt dedicare rudibus elucubrationes literarias,ꝙ̃ aſinis offerre lyras,vt pulſent.Sed de his ha
ctenus,veniamus ad expoſitionẽ,vbi nolo eos ignorare,qui expoſitionẽ noſtraꝫ hanc legent,mihi fuiſſe onus
huiuſmodi exponendi difficillimum,primo qꝛ verba Ariſtotelis inuenimus in omnibus fere codicibus,quos
vidimus,mutilata,atqꝫ corrupta,vnde niſi quaſdaꝫ correctiones ad nos miſiſſet alũnus noſter Galeatius Flo-
rimontius ciuis Sueſſanus,vir bonis literis tum gręcis,tuꝫ latinis diſertus , ac egregius, fuiſſet profecto nobis
impoſſibile exponere verba Ariſtotelis.deinde,qꝛ nullum expoſitorem ex gręcis legimus,qui fuiſſet nobis iu
mento.⁊ certe difficile eſt ſine talibus bene interpretari.Egidius autẽ expoſuit ante nos,verum licet aliquid iu-
menti attulerit,tñ in infinitis locis ꝓpter errores ſuaꝝ tranſlationum errauit. Immo mouit nos ad eius cõmi-
ſerationem , qui cum eniteret̃ facere,parum, aut nihil fecit. bona vero,ſi qua dixit,non pretermiſimus,immo
gratias agimus non recte vero expoſitoꝝ,veniam habemus,atqꝫ excuſamus. Inſcriptio huius artis rhetoricę,
quę eſt ad theodectem , falſa eſt,cum in tertio huius , vt diximus in ludicris,citet theodectica:verius autem ad
Alexandrum Regem Macedonem puto inſcribendum eſſe. De genere artis rhetoricę,De vtilitate, De materia,
⁊ de cęteris,quę fieri ſolent in exordijs librorum,non eſt nobis ad pręſens differenduꝫ,nam hęc omnia, ⁊ alia
cõplura Ariſtoteles procedendo pertractabit.Cęteruꝫ ad te redeo princeps ęquiſſime,⁊ rogo,vt labores hoſce
eo animo accipias,quo ego hęc do,atqꝫ ſi grato animo accipias,paratus ſum afferre maiora. Vale.

¶ Ariſtotelis artis Rhetoricę Liber Primus/cum Auguſtini Niphi Medicis expoſitione/ad Antonium Sarloniū Alliſanorum Principem.

ἀντίστροφος conuerſa vicaria

Rhetorica eſt vicaria dialecticę: ambę enim de talibus quibuſdaʒ ſunt, quę cōmuniter quodā modo omniū eſt cognoſcere, ⁊ nullius ſcientię determinatę.

Cōmēta.

Hunc Librum Ariſto. in tres diſſecuit particulares libros, vt in prologo rhetoricę ad Theodectē ipſemet meminit, quoꝝ primus eſt de generibus dicēdi circa quę verſaꝛ ōis rhetorica deliberatiuo. vʒ. demonſtratiuo, ⁊ forēſi. Scd̄s eſt de modo quo rhetor vtitur enthymemate ⁊ exēplo: cęteriſq; rhetoricę īſtrumentis. Tertius eſt de orone ipſa ꝯficienda, deq; ſuis partibus, ⁊ oibus ad orōnem neceſſarijs. Primus vo liber adhuc diſſecaꝛ in ꝓęmiuʒ, ⁊ narrationem, Narratio incipit ibi. [Sʒ iā de ipſa methodo,] fuit autē Ariſtoteli neceſſariuʒ proœmiū p̄mittere cōmune his trib⁹ libris, p̄mo vt ſeruaret iura rhetorici, qui ante reꝝ narrationem proœmiū cōſtituit, deinde, vt p̄habeaꝛ breuis oium eorum, quę pertractaturus eſt, intētio. Veruʒ, vt eiuſmodi proœmiū facile intelligaꝛ, annotatiōe dignū/ proœmiū ipſum bifariā accipi aut ad ſe/aut ad auditores, proœmiū ad ſe relatū nihil aliud eſt. niſi breuis narratio oium eorum/quę dicenda ſunt. Nā vt Ariſt. inq̄t 3° huius priuſq; per p̄tes explicate cuncta dicanꝛ, Sūmatim p̄mo ſunt p̄mittenda, potiſſimuʒ cum ea, quę dicenda ſunt, difficilia ſint, quapp̄ per ſe perſpicua proœmio nō egent. Sinautē proœmiū ad auditores referaꝛ: laudem, aut vituperationem, hortationē, aut dehortationem dicendoꝝ cōtineat, neceſſe eſt. Ariſt. igitur pręmittēs his libris proœmiū/p̄mo ſumit qualis ipſa rhetorica ſit, ⁊ de q̄bus eſt, ⁊ hoc conſiderādo proœmiū in ſe, ſcd̄o laudat rhetoricam declarans rhetoricę vtilitatem, ⁊ hoc referēdo proœmiū ad auditores: vt illos hortetur, beniuoloſq; efficiat, ad vtilia eni facile aures pręſtamus. Quo ad p̄mam rōnem dicit. [Rhetorica eſt vicaria dialecticę] cuius cām aſſignat, ⁊ dicit. [Ambę eni de talibus q̄buſdā ſunt, quę cōiter oium] ſubaudi ſciarum [eſt cognoſcere, ⁊ nullius ſcię determinatę,] agunt eni ambę de cōtrarijs/de eiſdē, de ſimilib⁹, de magno, ⁊ paruo: ⁊ cęteris id genus, e q̄bus loca argumētādi accipiūtur, hęc eni dialectica, ⁊ rhetorica contemplanꝛ, ⁊ nulla particularis ſcia, nam ſcię determinatę ſi hęc cōſiderāt, nō niſi contracta ad ſubiecta rerū genera/quas cōſiderant, ꝯtēplanꝛ, vt phyſicus quatenus ad motus, ⁊ ad res nāles arctantur, metaphyſicus ad res diuinas, mathematicus ad res quātas, ⁊ ad numeros, ⁊ cęterę facultates ad cęteras res, quas cōtēplantur. q̄bus pʒ qualis nam eſt rhetorica, qm̄ eſt dialecticę vicaria: ⁊ de quibus eſt, qm̄ de ijs, quę cōia ſunt oib⁹, quę particulares ſcietię cōſiderant. Hactenus de intētione. ¶ Quo vo ad verba attinet, [dialectica] hic nō accipitur pro logica. logicaʒ enim Cicero in p̄mo ſuoꝝ topicoꝝ ſic definit ꝙ ſit diligēs rō diſſerendi, cuius duas aſſerit eſſe ptes, alteram inueniēdi, alteraʒ iudicādi. Ea pars, q̄ inueniendi eſt, dialectica dicıꝛ, ⁊ topica. Boetius autem vir doctiſſimus in tres partes logicam diuiſit, qm̄ ois vis logicę aut definit, aut diuidit, aut colligit. Ea vo pars q̄ colligendi eſt, aut ex veris ac neceſſarijs colligit, ⁊ hęc demōſtratiua eſt, aut ex ꝓbabilib⁹, ⁊ hęc dialectica ſiue topica eſt, aut ex aptiſſime falſis, ⁊ hęc dicıꝛ ſophiſtica ſiue cauillatoria. quę rō docet dialecticā eē logicę partem. Philoponus vo optimus Ariſt. interp̄s logicam, quę diligens diſſerēdi rō eſt, diſtinxit, ꝙ alia ſit, q̄ inuenit, ⁊ hęc a diſputādi, ſiue loquendi rōne dialectica, a locoruʒ aſſignatione topica dicıꝛ: ⁊ hāc p̄teʒ Ariſt. abſoluit in. 8. libris topicorum, alia eſt, quę inueniēdo atq; reſoluendo diſſerit, ⁊ hęc analytica appellaꝛ, quę ſi reſoluit, ⁊ inuenit per vl̄es ſyllogiſmoꝝ rationes, poriſtica dicıꝛ. Sinautē per neceſſaria, vera, ac ꝑ ſe, poſterioriſtica eſt nūcupata: quę rō docet inuētionem dialecticam eē alterā ab inuētione analytica, q̄ppe cum dialectica inuentio ex ꝓbabilibus, analytica ex neceſſarijs aut ſimpl'r, aut ex ſuppōne conſtet. Sophiſticam autē partem logicę non efficit, ſed (vt dicit) adiūcta eſt topicę vt obliquū recto, habituiq; priuatio, ita vt vnus liber ſit ex vtriſq; p̄tibus. q̄bus pʒ Ariſt. hic per dialecticam, cui vicariā eē rhetoricam ait, intellexiſſe topicaʒ. nam ⁊ rhetorica ⁊ topica de q̄buſdaʒ cōibus ſunt, ex q̄bus loca argumētandi cōſtant. Quid vo intelligat cuʒ inq̄t [vicaria] dialecticę, qd̄ grece eſt ἀντίστροφος διαλεκτικῇ: non parua difficultas eſt, antiquus Ariſt. interpres interp̄tatus eſt aſſecutiua dialecticę, ⁊ Egidius ait nō ꝙ cōuertatur cū dialectica: qm̄ vna rōne eſt dialecticę ęq̄lis, alia ratione eſt minor: ęqualis q̄deʒ p̄mo ex parte materię: qm̄ materię ambarū dubię quęſtiōes ſunt, quę firmiter ꝓbari non p̄nt. ſcd̄o ex parte probationum: nam nec rhetor, nec dialecticus firma ꝓbatione vtitur. demum ex parte finis, quippe cū nec rhetor, nec dialecticus ſciam generat, ſed rhetor perſuaſioneʒ, dialecticus opinionē. Minor autē ex parte ꝓbationū, nam rhetor exemplo ⁊ enthymemate, dialecticus ſyllogiſmo, ⁊ inductione vtıꝛ, modo enthymema ſyll'us diminutus eſt, exemplum vo manca inductio. Et ex parte finis, qm̄ opinio, quę dialecticę finis eſt, maior atq; firmior eſt perſuaſione, quę eſt finis rhetoricę. Demū ⁊ ex parte q̄ſtionum/qm̄ rhetor hypotheſes, hoc eſt q̄ſtiones circūſtantionatas, dialecticus theſes/hoc eſt q̄ſtiones idefinitas, atq; vl̄es diſſerit. At particulare minus vl'i eſt. Quare rhetorica dialecticę aſſecutiua eſt, qm̄ eſt illa paulo minor, cuʒ vna rōne ſit ęqualis, alia vo rōne ſit minor. Alfarabius autē in paraphraxe huius libri per antiſtrophā cōuenientem expoſuit, dialectica eni ⁊ rhetorica in q̄buſdam ꝯueniūt cōibus: ex q̄bus argumentandi loca habenꝛ, nam (vt Boe. inquit) eiſdem locis, quibus dialecticus vtitur, ⁊ rhetor vti videtur, nec de locis, maximiſq; vlla prorſus differentia habetur. Georgius vo trapeçūtius vir clariſſimus antiſtropha/hoc eſt cōuertitur, interp̄tatur: cui interp̄tatio ni Gellius aſſentire videꝛ libro 5°. vbi antiſtrophonta reciproca exponit, veluti quādo argumētum ꝓpoſituʒ referri contra/cōuertiq; in eum pōt, a quo ꝓlatum eſt, ⁊ vtrūq; pariter valet: vt de argumento Protagorę ⁊ Enathli diſcipuli exēpluʒ affert. q̄q; Hermogenes in ſua rhetorica argumētuʒ illud Tiſię Coracis diſcipu- Cap. 10.

lo tribuit,⁊ cõuerſionẽ eiuſdem Coraci ꝓceptori. Sed quouis modo ſit, Gellius per antiſtrophã reciprocam exponeret, quę interꝑtatio nõ parum hȝ ambigui, ꝗppe cum rhetorica nõ omni ex parte dialecticę conuertat̃, cum ſit dialectica minor q̃ſtionibus: cuȝ dialecticę q̃ſtiones theticę ſint. Rhetoricę autem hypotheticę: ac circũſtantionatę, ꝓbationibus etiam rhetorica minor eſt dialectica, q̃m rhetor enthymemate, ⁊ exẽplo vtit̃, quę ſyll'o ⁊ inductione q̃bus vtitur dialecticus, minora ſunt. itemqȝ ⁊ fine, rhetor eni credulitateȝ, atqȝ ꝑſuaſionem, dialecticus opinionẽ generat, at ꝑſuaſio opiniõe minor eſt, inſuper (vt Alexã. inq̃t) in topicis, rhetorica politicę ꝓprie accõmodatur. topica oibus ſcientijs cõmunis eſt. Quare cũ rhetorica ab ipſa dialectica deſit, cum ea nequaq̃ cõuerti videt̃. Alij, vt mihi videt̃, non abſurde, ⁊ ſi non quo ad ꝟba: ſaltẽ tamẽ quo ad ꝟboꝝ ſignificationem, antiſtropha. i. ſubalterna, exponũt: nã (vt Boetius inq̃t) in 4° de differẽtijs topicis, dialectica, ⁊ rhetorica ſimiles ſunt ſil'itudine formarũ, locoꝝ, quibus vtunt̃, necnõ ⁊ his, ex q̃bus loca colligunt̃, ⁊ ꝓpterea Ariſt. ait vtraſqȝ eẽ de talibus q̃buſdaȝ, quę cõiter oium facultatuȝ ſunt, ⁊ nullius determinatę. tamen rhetorica videt̃ ſubalterna dialecticę, q̃ppe cum ſubalternę facultates ſint, vt poſterioꝝ libro ait Ariſto. quę de eiſdem ſunt, altera ſubaltera cõtenta, vt geometria ⁊ perſpectiua, ⁊ arithmetica ⁊ muſica, tales eſſe videntur rhetorica ⁊ dialectica, nam lȝ de eiſdẽ poſitionibus ac eiſdẽ principijs, ⁊ locis vtreqȝ ſint, tamẽ hęc differẽtia eſt, ꝙ dialecticus Theſim tãtũ ſpectet, quę eſt ſine circũſtantijs q̃ſtio, vel poſitio: quęq̃ ab oratoribus indefinita appellat̃, circũſtantię ꝟo ſunt, vt quis, quid, vbi, quãdo, quo mõ, ⁊ q̃bus amminiculis. Rhetorica auteȝ de hypotheſibus. i. q̃onibus, vel poſitionib⁹ circũſtantionatis. Theſis etiã a gręcis aliquãdo ꝓblema dicit̃, a noſtris ꝟo q̃ſtio aoriſtica, ſiue indefinita, etiã dicitur a noſtris interdũ ꝓpoſituȝ, vt vtrũ ſit, aliq̃d appetẽduȝ: vtrum ſit ꝓbanduȝ. Hypotheſis autẽ a noſtris nõnũq̃ cauſa, nõnũq̃ q̃ſtio circũſtantionata nũcupat̃, vt in roſciana Ciceronis q̃ritur ſi interfecerit patreȝ roſcius, ⁊ q̃m hypotheſes ſub theſib⁹ ſunt, veluti particulare ſub vl'i: hac ratione videt̃ rhetorica dialecticę ſubalterna, erunt igitur rhetorica, ⁊ dialectica ſubalternę q̃a de eiſdem q̃ſtionibus, ⁊ ꝓbationibus, ſed mõ diuerſo, cum rhetor particulariter, dialecticus vl'iter. Utruȝ ꝟo rhetor Theſim etiã ſpectet, poſtea diſputabit̃, ⁊ q̃m ſubalterna eſt ei aſſecla, cui ſubdit̃: non ab rõne in veterib⁹ trãſlationibus, aſſecutiua dicit̃, dialecticę. Marcus ꝟo Tullius libro de ꝑfecto oratore aliter hũc locum interpretatur, ait eniȝ eẽ igitur ꝑfecte eloquẽtis puto, nõ eaȝ ſoluȝ facultatẽ habere, quę ſit eius ꝓprie, fuſe, lateqȝ dicendi. ſed etiã vicinam eius, atq̃ finitimã dialecticorũ ſciam aſſumere, quãq̃ aliud videt̃ oratio eẽ, aliũd diſputatio, nec idem loqui eẽ, q̃d dicere, attamẽ vtrũq̃ in diſſerendo eſt diſputãdi ratio, ⁊ loquendi dialecticoꝝ, ſic aũt oratoꝝ, ⁊ dicendi ⁊ ornãdi. Zeno quidẽ ille, a quo diſciplina ſtoicoꝝ eſt, manu demõſtrare ſolebat q̃d inter has artis intereſſet, nã cuȝ compreſſerit digitos, pugnũqȝ fecerit, dialecticã aiebat eiuſmodi eẽ, cũ autẽ deduxerat, ⁊ manũ dilatauerat, palmę illius ſil'eȝ eloquẽtiam eẽ aiebat. Atq̃ etiã ante hũc Ariſt. ꝑn° artis rhetoricę dicit illam artẽ quaſi ex altera parte reſpõdere dialectice, vt hoc. vȝ. d'ant inter ſe: ꝙ hęc rõ dicendi latior ſit, illa loquẽdi cõtractior, quare rhetorica eſt antiſtropha dialecticę, hoc eſt illi ex altera ꝑte quaſi ex aduerſo correſpõdens. cũ vtreq̃ de eiſdẽ ſint q̃ſtionibus, ⁊ ꝓ

eadem principia, ſolum d'ntes: vt Cicero ait, fuſione, ⁊ preſſione, ſed res hęc ſit ne ita: poſterius diſputabim⁹, nũc ꝟo ſat ſit nobis apuiſſe locũ: hacten⁹ de intẽtiõe.

¶ Quapꝓ ⁊ omnes modo quodaȝ participant ambabus. Omnes eni vſq̃ ad aliquid ⁊ querere, ⁊ reddere rõnem, ⁊ defendere ⁊ accuſare conantur. Uerum multorum alij quidem fortuito hęc agunt, alij exercitatione ab habitu.

¶ Cũ accepiſſet itẽtioneȝ, nũc ex ijs, q̃ dixerat iſert duo, alterũ de ortu, ⁊ origine rhetoricę, alterum de inuento. De ortu atq̃ origine dicit rhetoricam oibus hoib⁹ aliq̃ modo ineſſe, aut ipellẽte natura ꝑter rõnem, ⁊ regulaȝ. aut imitatione maioꝝ: quos nouimus in dicẽdo fuiſſe peritos: ⁊ dicit. [Quapꝓ ⁊ omnes mõ quodã participãt ambabus] .ſ. dialectica, ⁊ rhetorica, ⁊ dixit [modo quodam] q̃m vulgares his parum admoduȝ participãt. Qr autẽ his oẽs participẽt, ex eo pȝ, q̃a cuȝ ſint de q̃buſdã cõibus, quę ſunt veluti locus ianuę in domo, quẽ nullus ignorat, oẽs fere ꝑticipare his vident̃. ⁊ aſſignat rationẽ, ⁊ dicit. [Omnes eni vſqȝ ad aliquid] hoc eſt aliq̃ modo [⁊ q̃rere, ⁊ reddere rõnem conant̃,] quę dialectici ꝓpria ſunt: [⁊ d'fendere ⁊ accuſare,] quę rhetoris partes ſunt. In dialectica eni diſputatione opponens q̃rit, reſpõdens rõneȝ reddit, in rhetorico ꝟo certamine coram iudice orator accuſat, aduerſarius defendit, quare cũ eiuſmodi actiones oẽs hoies quodã mõ attingãt, iure rhetorica, atqȝ dialectica oẽs quodã modo participamus. ⁊ cũ dixiſſet hoies omnes vtraqȝ participare: ſubſcribit, quo mõ illis ꝑticipent, ⁊ dicit. [Uerũ multorũ] hoium [alij q̃dem fortuito hęc agũt] .ſ. impellente natura: veluti multi hoies ęgroti ab ęgrotatione liberantur temere impellẽte natura. [Alij exercitatione] ⁊ vſu, qui [ab habitu] ꝓficiſcitur, hoc eſt imitatiõe maioꝝ, quos rhetores ꝑcipuos eſſe opinamur, vt hodie pleriqȝ faciunt, qui ſine arte Ciceronẽ imitãdo rhetores magni eẽ credunt̃: hoc pacto citharedi pulſant ſine arte ab exercitatione, quę ꝓficiſcit̃ ab habitu, queȝ imitatione maiorum acq̃ſierunt. recte ergo inq̃t, [alij exercitatione] q̃ [ab habitu] ꝓficiſcitur: quẽ imitatione maiorum nacti ſunt. per quę pȝ hoies multos vſos eſſe, tuȝ dialectica, tum rhetorica, ⁊ (vt dixit) alios temere, natura. vȝ. ipſa impellẽte, alios imitatione, vt quia viderunt maiores vtraqȝ vſos eſſe. Ueruȝ ipm loqui, atqȝ ſyllogiçare, vt ipſemet Ariſt. inq̃t in peroratione elencoꝝ, Ariſt. ſolus reduxit ad artem, cũ priores ſine arte ſyllogiçabãt. ipm ꝟo dicere non Ariſto. reduxit ad artem: ſed melius q̃ cęteri de arte dicendi ſcripſit.

¶ Sed quoniã vtraq̃ cõtingunt, pȝ q̃m erit vtiq̃ ⁊ ipſa in regulam redigi. Nam ꝓpꝓ q̃d adipiſcũtur, taȝ q̃ exercitatione q̃ qui caſu, cauſam inſpicere cõtingit. Tale aũt omnes vtiq̃ iã cõfitebũtur officiũ artis eſſe.

¶ Cuȝ declaraſſet homines fere oẽs dialectica atqȝ rhetorica, aut temere, aut exercitatiõe atqȝ imitatiõe vſos eſſe, nũc declarat ipm dicere, atqȝ ſyllogiçare poſſe redigi ad artem, ⁊ dicit. [Sed q̃m vtraqȝ contingũt] .ſ. tã dicere, q̃ ſyllogiçare aut temere, aut imitatiõe, [pȝ q̃m erit ⁊ ipſa] vtraqȝ hoc eſt tam dicere q̃ ſyllogiçare [in regulam redigi.] aut aliter exponi põt, vt ſit ſenſus. [ſȝ quoniã vtraqȝ] .ſ. dicere temere, ⁊ dicere exercitatione [contingit:] Amplius ſyllogiçare temere, ⁊ ſyllogiçare

exercitatione

Theſis

querere
ἐξετάζειν,
exquirere
reddere
ὑπέχειν
ſubijcere
ſubſtinere
verum
μὲν οὖν
quidem igit̃
exercitatione
διὰ συνή-
θειαν
ꝓpꝓ ꝯſuetudię
fortuito
εἰκῆ
temere

i regl'aȝ r'digi
ὁδοποιεῖν
dirigere
viam facere.

officium
ἔργον
opus

Cõmẽta^m^.

exercitatione contingunt.[Patet quoniam erit ⁊ ipſa] vtraqꝫ.ſ.dicere temere,⁊ dicere exercitatione [in regulam redigi.] ⁊ ꝙ hęc vtraqꝫ ſit in regulam redigi, probat,⁊ dicit.[Nam propter quid]hęc vtraqꝫ[adipiſcũtur,tam qui exercitatione ꝗ qui caſu,cauſam inſpicere contingit.] Aſſignãt enim cauſam cur vterqꝫ bene dicat,facile poſſumus,nam dicere poſſumus hos quidẽ dicere bene:quia temere dicunt,illos etiam, quia exercitatione bene dicunt,[tale autem]hoc eſt,⁊ huiuſmodi cauſam reddere,[omnes vtiqꝫ confitebuntur eẽ officium artis.] Sic igitur breuibus patet dicibilia ad ſcientificam regulam redigi poſſe. Nam cum bifariaꝫ homines dicant,alij incõſulto,alij exercitatiõe , atqꝫ imitatione,⁊ vtrũqꝫ contingit recte fieri,cum vtriuſqꝫ cauſa vt recte fiat,inſpici poſſit,(quod eſt officium artis) iure dicibilia ad regulaꝫ redigi poterunt.quo fit,vt de dicibilib[9] ipſis haberi poſſit certa ratio. Simili ratione ⁊ ſyllogiçabilia redigi poſſunt in regulam, cum eni alij temere,alij imitatione bene ſyllogiçẽt,⁊ vtrũqꝫ vt recte fiat,contingit,⁊ huius cauſa reddi poteſt ex eo ꝗ alij temere,alij imitatione pręcepta ſyllogiçãdi ſeruãt, aſſignant autem huius rei cauſam,officiũ artis eſt,igit̃ ſyllogiçare ipſum in certam rationem redigi poteſt. ¶ Preterea natura factum eſt ipſum ſyllogiçare, obſeruatiõe ꝟo,ꝙ hoc recte,illud male fiat,facta eſt ars. ¶ Quare vtrũqꝫ negotiuꝫ ad rationeꝫ reduci poteſt,

De inuentio ne rhetorice. quia ꝟo ortum rhetoricę videtur Ariſt.tradere ex ipſa natura hominum:quoniam imitatio ex natura ortũ habuit,ars ꝟo ab imitatione,⁊ exercitatione:ideo de rhetoricę inuentione quoddaꝫ dicamus. Hermogenes itaꝗ rhetoricę origineꝫ ab ipſo deo eſſe probat,primo quidem vere:quoniaꝫ omne bonũ a deo eſt,rhetorica bonum quid eſt,igitur rhetorica a deo eſt.deinde fabuloſe/quoniam(vt inquit)in factura mundi oẽs dij cooperati fuerunt vnuſquiſ nonnihil addens ad eius ornatum:vt pallas oleam,⁊ telam:Dionyſius vitem/Ceres fruges,Apollo medendi facultatem/muſicaꝫ,⁊ diuinationem,Uulcanus ferrariam artem: Mars militiam/ Mercurius hominibus rhetoricam,atqꝫ dicendi artẽ addidit.Si igitur ex Mercurio fluxit rhetorica: patet ex deo,⁊ in deo eſſe rhetoricam.idem probat Neptũni atqꝫ Mineruę fabula:nam poſt diluuiũ Minerua prima rhetorica viſa eſt.Ex his argumentatur ad heroas (vt inquit Homerus)vt ad Neſtoreꝫ/Menelaũ/Ulyxem/atqꝫ Achillem,deinde migraſſe ad homines,naꝫ ſi primum in dijs,⁊ a dijs ad heroas,conſonum ratiõi eſt,vt demum ad homines proceſſerit.Sed cui regioni primuꝫ,Hermogenes ait ſyracuſis Sicilię vrbi primum captam exerceri rhetoricam ob Helonis,atqꝫ Heronis oppſſionem.Illic enim cęperunt primum procęmia,quę principia dicũtur,⁊ de ſyracuſanis Corax primum rhetoricam docuit:cuius auditor fuit Tiſias.Ab his Athenas deriuauit,per Gorgiam Leontinum illuc miſſum vt auxilia peteret in bello leontino/vbi primi oratores fuerunt Antiphon Ramuſius,Lyſias cephali,Iſocrates,Iſęus,Andocides, Demoſthenes, Eſchines,Lygurgus, Hyperides,atqꝫ Dinarchus,Cicero in procęmio veteris rhetoricę,⁊ primo de oratore rhetoricę inuentum vrbium conditoribus, atqꝫ legum la

Cap.ij°. toribus tribuit.Cui Quintilianus libro tertio aduerſatur,quia adhuc vage,⁊ ſine vrbibus/ac legibus adſunt gentes,intra quas nonnulli ſunt, qui ⁊ legationibus funguntur: ⁊ accuſant aliqua , ⁊ defendunt, et deniqꝫ alium melius alio dicere arbitrantur. Ad hęc ante vrbes homines dicebãt,⁊ alij alijs peritius,quare cũ ſemper fuerit dictio hominib[9] coęua,iure Quintilianus rhetoricę inuentũ tribuit naturę, artis ꝟo obſeruationi. Nam natura initium,obſeruatio autem artem fecit.initium quidem natura,quoniam ſermonem ab ipſa rerum natura geniti protinus acceperunt. Artem ꝟo obſeruatio,naꝫ homines ſunt in facultate medendi,cuꝫ viderent alia ſalubria,inſalubria alia,ex eorum obſeruatione artem medendi effecerũt:ita quoqꝫ cũ in dicendo alia vtilia,alia inutilia eſſe cognouerint, artem dicendi conſtituerunt,quam poſitionem,vt mihi viſum eſt,Ariſtoteles hic olfecit. ¶ Diodorus ꝟo rhetoricę inuentorem aſſerit fuiſſe Mercurium. Ari-

Libro p. ſtoteles autem teſte Laertio libro 8°/primum Empedoclem oratorię inuentorem fuiſſe ait,⁊ Quintilianus idem fere ſentiens in tertio ſic ſcribit,naꝫ primus poſt eos,quos poetę tradiderunt,nouiſſe aliqua circa rhetoricen Empedocles dicitur.Uerum Ariſtoteles libro elenchorum in peroratione libri aſſerit Tiſiam poſt priores rhetoricam auxiſſe,Thraſymachum ꝟo poſt Tiſiam,poſt Thraſymachum Theodorum. Sed de modo,quo rhetorica ipſa inuenta eſt,non eſt a Quintiliano explicatum,ꝓpterea dicamus accuſare,⁊ defendere eſſe nobis naturalia,nec alia ratione nobis inſita,niſi natura/quia homines,⁊ rationales ſumus.Dicere ꝟo/quo accuſamus,ac defendimus,ineſt nobis aut temere,h' eſt ſine arte,⁊ vſu:aut exercitatione,ſiue imitatione,quo fit vt dicibilia nobis inſint/partim natura/partim vſu,⁊ quia vtroqꝫ modo,poſſunt,(vt Ariſt. inquit)eẽ bona,aut mala,vtilia aut inutilia ad perſuadendum,obſeruatione apprehenſa ſunt ⁊ vtilia ⁊ inutilia ad perſuadendum.Quare rhetoricę initia/partim natura,partim vſus fecit,artem autem,obſeruatio,qua vꝫ.vtilia,⁊ inutilia ad dicendum appręhenſa ſunt: veluti vt Quintilianus,⁊ Celſus dixerunt, ſalubria,⁊ inſalubria naturalia ſunt,quę ꝟo ſint ſalubria,quęue inſalubria,obſeruatione apprehenſum eſt, quare vt initia artis medẽdi natura fecit,artem ipſam obſeruatio: per quã vtilia ⁊ inutilia apphendũtur , ſic ipſa dicibilia,quę artis rhetoricę initia ſunt,natura effecit, artem ꝟo dicendi obſeruatio,quatenus obſeruatione apphẽſum eſt quę dicibilia ſint vtilia, quęue inutilia, eadem via atqꝫ ordine dialectica inuẽta eſt,nã quęrere,⁊ reddere rõnem naturalia ſunt,nec nobis inſunt,niſi natura,vt ꝗa homines.Diſputare auteꝫ,quo quęrimus,vel rationem reddimus,ſunt partim temere ſine vſu,⁊ arte,partim vſu,hinc diſputabilia fuerũt alia vtilia,alia inutilia ad diſputãdum/partiꝫ vſu,partim temere, ꝗre primordia dialecticę natura fecit. Obſeruatio,autẽ artem per quã vtilia,⁊ inutilia ad diſputãdum apphenſa ſunt.Simili rõne ⁊ ſyllogiçãdi artem fecit obſeruatio, nã natura fecit voces,ars autẽ ꝓpõnes,⁊ ſyll'os vtiles ex talibus ꝓpoſitionibus cõſtitutos.per obſeruationẽ enim apphenſum eſt,quę ꝓpoſitionuꝫ miſtio vtilis ẽ, quęue inutilis. Pꝫ igitur primordia artium natura facta eſſe,artem ꝟo,obſeruatione:hęc de rhetoricę inuẽtione. ¶ Uerum aĩaduerſione dignũ nos oratores dicere,qui cauſas agunt. rhetores ꝟo,qui rhetoricam ꝓfitentur.Declamatores deniqꝫ,qui ſiue alios docendi, ſiue ſe exercendi gratia fictam cauſaꝫ orant:vt in veris poſtea cauſis poſſint dicere. Rhetoricus autem ꝑ rhetore aliquãdo,⁊ interdum pro oratore accipitur.Apud ꝟo gręcos rhetor pro oratore,accipit̃,rhetoricus autẽ modo pro oratore,qui cauſas ex arte dicit,modo ꝑ eo, qui docet artem. Rhetoricam ꝑterea authore Suetonio de claris oratoribus conſtat nonnũꝗ Romę ꝓhi-

bitam eſſe exerceri,ſed cum paulatim deinde ipſa vti/lis,⁊ honeſta appᵃruiſſet,Romę fuit reuocata,⁊ lȝ plu/res pꝛofiterentur ipſam,Antonius niphus tamen genti/lis noſter,inter cęteros doctiſſime eam pꝛofeſſus eſt,cu/ius ſcholas,vt Suetonius meminit in libro de claris grāmaticis,Cicero cū vacabat a ꝑtura,viſitabat.

ſtruxerunt
συντιθέτες
cōpoſuerūt
perſuaſiones
πίστεις
fides
fidē facere
artificioſum
ἔντεχνόν
artificiale
artificioſe
corpus
σῶμα
neruus
commotio
διαβολή
tentatio
criminatio
ſeductio
columnia
indignatio

¶ Qui igitur artes orationū nunc ſtruxerūt, paruam ipſius particulam effecerunt,pꝛſua ſiones eniȝ dūtaxat artificioſum ſunt,cętera autem additiones.Hi autē de enthymema tibus quidem nihil dicunt,(qđ quideȝ cor/pus perſuaſionis eſt)de eis vero,quę pꝛęter reȝ ſunt,plurima pertractant. Cōmotio enī ⁊ cōmiſeratio,⁊ ira,cęteriq; affectus nō ad rem,ſed ad iudicem ſunt.

¶ Cum dixiſſet de artis inuētiōe,nūc quę pꝛiores de ipſa tetigerunt,reſumit,vt oſtenderet eoꝝ inſufficiētiā,vbi pꝛimo annotatione dignū Ariſt.hic per rem,intellige/re hypothēſim,hoc eſt q̄ſtionem ſiue cauſam,vel pꝛopo ſitum:vt Plato inquiſitus de furto,ſit ne torquendus? Hęc eni dicit̄ res,⁊ hypotheſis,quę ⁊ cauſa,⁊ q̄ſtio de/finita,ſiue circūſtantionata etiā nūcupatur.Quare per rem/qđ gręce eſt πρᾶγμα,hypotheſim hoc eſt cauſaȝ intelligit,ea aūt,quę iudices,aut auditores flectūt,alia ſunt ad rem:alia autem ꝑter rem,ad rem quidē ſunt,ea omnia,quibus q̄ſtio pꝛobatur:vt enthymema,⁊ exem plum.Vbi cā.inquiſitus Plato de furto togę,pꝛobat̄ ex eo,q̄a noctis tempore cuȝ ſcalis,⁊ chordis depꝛēhenſus eſt.ergo torquendus.Amplius alias Plato furatus eſt frumētum,igitur torquēdus.Hęc itaq; iudicem flectūt ad rem.ꝑter rem vero:ſunt aut orationes patetice: q̄s li/centia loquēdi dicere poſſumus efficacias,quales ſunt orōnes moratę,orationes affectę,orationes etiā accō/modatę,de quibus 2° libro dicemus, aut ſunt ſigna, q̄

Cap.17.

non in verbis conſiſtunt,ſed in ipſis perſonis demon/ſtrātur,de quibus multa exempla tradit Quintilianus libro 2°,veluti ſunt authoritas,gratia,⁊ dignitas dicen tis,pecunia,aſpectus miſerabilis,cicatrices,⁊ id genus, quorum vis perſuaſiua non in verbis eſt,ſed in ſignis. Piores itaq; qui de rhetorica ſcripſerunt, de his,quę ꝑter rem ſunt, valde elaborarunt:de enthymematib⁹,⁊ exemplis,⁊ de propoſitionibus,⁊ elemētis horuȝ,⁊ de generibus dicendi,quę ad rem ſunt,nihil fere dixerūt. Quare paruam rhetoricę partem tetigerunt,nam ꝑter/mittentes enthymemata,⁊ exempla/orationis corpus, atq; neruum ꝑterierunt,⁊ pertractantes,quę pꝛęter reȝ ſunt,non ad q̄ſtionem,ſed ad iudicem reſpexerūt. Ro mani vero oratores multa de elocutione tradunt,vt Ci/cero,⁊ Quintilianus,q̄m hanc putant difficillimā ora/tionis partem.M.enim Antonius aiebat ſe multos vi diſſe diſertos,eloquētem vero,neminem.Cicero quoq; inuentioneȝ,⁊ diſpoſitionē pꝛudentis hominis putat, eloquētiam oratoris noſtra ꝑſertim ętate hāc tātum in vſu cernimus,cum cętera iaȝ exoleuerint Socrates ēt in apologia elocutionem non multuȝ magnifecit,dicit eniȝ oratori ſatis eſſe(vt vera dicat)iudici autē aut au/dientibus iuſta ne an iniuſta ſint,cognoſcāt. In Gorgia etiam elocutionē,quę ⁊ ornamēta habet, vult ſimilem eſſe cibis medicoꝝ,qui(vt dulces videātur)ornari cō/ſueuerunt.Unde explodit ab oratione hęc omnia,mo netq; vt ſtudium oratoris ſit ſolum erga neruū,quę eſt ipſa perſuaſio.Ariſt.igitur dicit.⌊Qui igitur artes ora/tionum nunc ſtruxerūt,⌋atq; compoſuerunt,hoc eſt,q̄ noſtris tempoꝛibus docent dicere,atq; orationem con ficere,⌊paruā ipſius⌋.ſ.rhetoricę⌊particulā effecerūt:⌋ atq; docuerunt,deinde pꝛobat hoc,⁊ dicit,⌊Perſuaſiōes enim dūtaxat artificioſum⌋quid⌊ſunt:⌋vt ſunt enthy/memata,⁊ exempla,⁊ horum loca,⁊ pꝛopoſitiones,⌊cęte ra autem additiones,⌋vt quę ꝑter rem ſunt.deinde ex/ponit quo modo veteres ꝑtermiſerūt id quod artificio ſum eſt,⁊ totum orationis corpus,⁊ tetigerunt, ea:quę ꝑter rem ſunt,⁊ dicit.⌊Hi autem de enthymematib⁹ ni hil dicunt,quod quidē corpus,⌋⁊ neruus⌊perſuaſionis eſt,⌋⁊ ſic ꝑtermiſerunt id,in quo potiſſima oratiōis pꝛs conſiſtit,corpus gręce eſt σῶμα Trapeçuntius expo ſuit.i.neruus,nō imperite:animaduertēs magis ad ſen ſum q̄ȝ ad verbum.Nam orationes patetice,ſigna,ver boruȝ ornatus,ſiue elocutio,⁊ cętera id genus ſunt car ni ſimilia:enthymemata,exempla,pꝛopoſitiōes, ⁊ loca, in quibus omnis vis cōſiſtit,ſunt ſimilia neruo.Quod autem particulam paruam attinxerint,ſubdit.⌊De eis vero:quę ꝑter rem ſunt,plurima pertractant,⌋⁊ aſſignat cauſam,⁊ dicit.⌊Cōmotio enim ⁊ cōmiſeratio,⁊ ira,cę teriq; affectus⌋de quibus agunt,⌊non ad rem⌋hoc eſt ad pꝛopoſitum,⌊ſed ad iudiceȝ ſuntę.¶ Quo vero ad ver ba attinet,⌊cōmotio quę gręce eſt διαβολή,eſt latine tentatio/criminatio,ſeductio,calūnia,⁊ indignatio.Af/fectus gręce πάθη,verum non vna ratione ab omnib⁹ exponitur,nam Quintilianus lib° 3° affectus exponit, Cicero 3° lib° q̄ſtionum tuſculanarum perturbationes interꝑtat̄,⁊ morbos.Boetius noſter vbiq; paſſiōes di cit,nos vero indifferēter,⁊ affectus,⁊ affectiones,⁊ mor bos,⁊ perturbationes,⁊ paſſiones dicimus.

q̄ bene legib⁹ gubernantur;
εὐνομοῦμέναις
bene legib⁹ or dinatis
promulgare
ἀγορεύειν
i cōciōe dicere
vtuntur
χρῶνται
interrogant

¶ Quare ſi circa omnia iudicia eſſet,ſicut in quibuſdam ciuitatibus etiaȝ nunc eſt,⁊ ma/xime in ijs,quę bene legibus gubernant̄:ni/hil vtiq; haberent qđ dicerent.Omnes enī hi quidem putant oportere ſic leges pꝛomul/gare,hi autem ⁊ vtunt̄⁊ pꝛohibent ꝑter rem dicere,ſicut etiam in ariopago.

¶ Cum declaraſſet antiquorū inſufficientiā,ex eo,quia tetigerunt ſolum artem cōmouendi iudicem,qđ eſt mi nima pars rhetoricę,at nunc partim concludit,partim ſcđo loco declarat eorūdē inſufficiētiā,ex eo:q̄a nō eſt omnibus ciuitatibus cōceſſum ꝑter rem dicere.⁊ dicit. ⌊Quare ſi circa omnia iudicia⌋oium ciuitatum⌊eēt,ſi/cut in quibuſdam ciuitatibus etiaȝ nunc eſt,⁊ maxime in ijs⌋ciuitatibus⌊quę bene legibus gubernātur,nihil vtiq; hn̄t qđ dicerent.⌋eſt ergo ſcđa ratiōe hęc dicē/di pars inſufficiēs,q̄m nō apud omnes eſt pꝛmiſſa. Ex/ponit autē q̄d apud oēs ciuitates ſit ordinatū de his,⁊ dicit.⌊Oēs eni hi q̄dem putāt oportere ſic leges pꝛmul gare,⌋vt ſubaudi nihil ꝑter reȝ dicat̄,⌊hi autē et vtun/tur,⁊ pꝛohibent pꝛęter rem dicere,ſicut etiā⌋adhuc⌊in ariopago⌋.¶ Quo vero ad verba attinet,verbū vtun/tur, χρῶνται gręce dicitur:latine interrogant,⁊ ciuita tes,quę bene legibus gubernantur,ſunt in quibus non tyrānice viuit̄.Pꝛomulgare leges gręce eſt ἀγορεύειν, latine in conciōe dicere,aut leges vulgo publicare, vn̄ feſtus leges pꝛmulgari,eſt cum pꝛimū in vulgus edunt̄. Ferre aūt leges,poſt pꝛmulgationē eſt,nā pꝛīt leges pꝛo/mulgari,quę poſtea nō ferent̄.Legē eni q̄uis viri pꝛu dentes ⁊ cōſulti q̄dē cōdere debēt,tamē pꝛmulgādā eſſe dico,vt Romani cōſueuere.Rogatio eni apud popu/luȝ Romanū trinūdino pꝛmulgabat̄,anteq; acciperet̄.

vt vndeuiginti dierũ ſpatio(tot enĩ inter trinas nundinas intercedunt)optime deliberare poſſent, vtrũ futura lex reipu.cõduceret,q̃ſi igit̃ velit,omnes leges has, quę dicũt nihil p̃ter rẽ eſſe dicẽdũ/aſſerũt ꝑmulgãdas eſſe,ſed Ariopagitę ferunt haſce:⁊ acceperunt.

Recte id putantes.non enĩ oportet iudicẽ peruertere in iram prouocantes,aut in inuidiam,aut in cõmiſerationem. Simile enim eſſet, ſiquis qua debet vti regula, hanc faciat diſtortam.

Cõmẽta[m]. Cũ induxiſſet Ariopagitas in cõprobationẽ eius,qđ dixerat,nũc ꝑtiʒ approbat legis rectaꝝ ciuitatũ,⁊ Ariopagitarũ obſeruationẽ,ꝑtiʒ oſtẽdit,ꝙ dicere p̃ter reʒ ꝑpateticas,affectaſqʒ ꝑſuaſiões nõ ſit a legũlatorib⁹ permittẽdum.⁊ dicit.[Recte id putãtes]ſubaudi Ariopagitę,qui ꝑmulgãtes eas leges,ferũt,⁊ obſeruant,⁊ aſſignat cãm,⁊ dicit.[Non enĩ opʒ iudicẽ in irã,ꝓuocantes ꝑuertere,aut in inuidiã,aut in cõmiſerationẽ,]qb⁹ pendeat cõtra accuſatũ,vel accuſanteʒ.Quod declarat per ſi̾le in natura more rhetorico,⁊ dicit.[Simile eniʒ eẽt,ſiquis qua dʒ vti regula,hãc diſtortã faciat,]ac deprauet.Annotatione dignũ eẽ ita in iudicio cauſaꝝ,vt eſt in iudicio nãli,quo ſenſoriũ iudicat ſenſibilia.nam veluti q̃ꝺiu ſenſoriuʒ guſtus nõ eſt aliq̃ qualitate affect⁹,de ſenſibilib⁹ recte iudicat,⁊ q̃ꝫ cito eſt aut cholera/aut flegmate alteratũ,mox ſibi oĩa quę guſtat,aut amara:aut dulcia iudicat,vt apud ęgrotãtes pʒ:quorum guſtus,cũ ſint infirmi oĩa ꝑ humore,quo afficit̃,iudicat, ita erit in iudicio cauſarũ,qm̃ tãdiu q̃ꝺiu iudex nulla afficitur affectione,recte iudicat,⁊ q̃ꝫ cito pẽdet aliq̃ affectiõe pulſus,de ſnia ꝓferenda recte nõ procedet. Ex ħs ſeq̃tur taʒ ꝑmulgãtes leges,qbus cautũ eſt,vt nemo p̃ter rem dicat,q̃ꝫ Ariopagitarũ obſeruationeʒ, qua ferũt,vt nemo p̃ter rem dicat,eſſe tũ rõni,tũ naturę cõſonum. Quo ꝯo ad ꝯba attinet,regula gręce eſt κα νὼν,eſt autẽ canon pluſq̃ꝫ lex,nam canon eſt lex icõmutabilis,aſſimilauit autẽ Ariſt.iudicem canoni,principẽ ꝯo legi:⁊ non ab ratione,qm̃ lex eſt p̃nceps ſine appetitu/iudex ꝯo regula,qm̃ imꝑmutabilis eſt,cũ non habeat authoritatẽ ꝑmutãdi leges,ſed ſolum ſm̃ leges iudicandi. Hinc pʒ Ariſt.clam cauſidicos a ciuitatibus,q̃ bene legibus gubernãtur,fugaſſe:⁊ ꝙ iura extorqueãt, ⁊ ꝙ leges,atqʒ iudices peruertant.

Adhuc autem manifeſtum,quoniam litigantis q̇dem nihil eſt,niſi oſtendere rem q̇a eſt,aut non eſt,aut facta eſt,aut facta nõ eſt. Sit autẽ ne magna aut parua,aut iuſta,aut iniuſta(quęcũq̇ʒ legiſlator non determinauit)ipſum vtiq̇ʒ iudicem oportet cognoſcere,⁊ non diſcere a litigantibus.

Cõmẽta[m]. Quarto refellit cauſidicos oratores ex eo q̇a ſibi arrogãt officiũ iudicũ aut legũlatoꝝ:vbi aĩaduerſiõe dignũ ꝙ ꝑ ea,quę dicunt̃ ad rẽ,ꝓprie nihil aliud oñdit̃, niſi ſit ne res,vel nõ ſit:aut ſit ne facta,vel nõ facta.per ea ꝯo,quę p̃ter rem dicunt̃,oſtẽdit̃,res facta ſit ne magna,vel parua,iuſta,vel iniuſta.Quo fit,vt ſint duo officia:oratoris q̇dem,vt oſtẽdat ſit ne res,vel nõ ſit,iudicis ꝯo,vt cognoſcat ſit ne res facta magna,aut ꝑua,iuſta,vel iniuſta. Hui⁹rei rõ eſt,qm̃ iudicis officiũ eſt pęnas,⁊ aĩaduerſiões ꝓ re facta iudicare/q̃s iudicare nõ poterit,niſi cognoſcat q̃ta ſit res,q̃re qui p̃ter reʒ dicũt,ꝓprio officio non vtunt̃.ſed iudicis,nã ꝑ ea,q̃ p̃ter rem dicũtur,oſtẽdit̃ quãta ſit res,qđ q̇deʒ cognoſcere ꝓpriũ eſt iudicuʒ:vnde dicit.[Adhuc aũt manifeſtum, qm̃ litigãtis q̇dẽ nihil eſt.]h̃ eſt nullũ aliud officiũ eſt, [niſi oſtẽdere rẽ,q̇a eſt,aut nõ eſt,]vt in cauſis de p̃ñti, [aut facta eſt,aut facta non eſt,]vt in cauſis de p̃terito, de futuris ꝯo nõ ſe extendit,niſi ꝑ accñs,q̃tenus ꝑticipant nõ nihil p̃ſentis,vel p̃teriti. Hęc de officio oratoris,q̇ cauſas dicit,deinde de officio iudicis,dicit.[Sit aũt ne magna,aut parua,aut iuſta,aut iniuſta.(q̃cunqʒ legiſlator nõ determinauit)ipſum vtiq̇ʒ iudicẽ opʒ cognoſcere.⁊ nõ diſcere a litigãtibus.]diſcet aũt,ſi litigãtes p̃ter rẽ ꝑmittat dicere.q̇a,vt diximus,ꝑ ea,q̃ p̃ter rẽ dicunt̃,nõ oſtẽdit̃ ſit ne res,ſed quanta ſit.Ex hiſce pʒ tria eẽ officia ꝑ ſe ſm̃ Ariſ.eoꝝ,q̇ in cã ꝯſant̃. oratoris q̇deʒ dicere ad rẽ,h̃ eſt oſtẽdere ſi res ſit,vel non ſit,facta,vel nõ facta. Iudicis ꝯo ⁊ h̃ cognoſcere,⁊ inſuper quãta res ſit,⁊ q̃lis,vt ſi magna,vel ꝑua,iuſta aut iniuſta. Legiſlatoris deniqʒ promulgare,atqʒ ferre leges, hinc fit,vt in officio iudicis ſit,cũ legiſlator leges non tulerit,vt ꝓ̇ṗa doctrina,vel experiẽtia ſuppleat.ob hãc rem iudex quaſi peritior eſſe debʒ legiſlatore,quę etiã Plato libro de legibus ſentit.

Maxime igitur conuenit,vt quę recte poſitę ſunt leges,cũcta ipſę determinent, ⁊ q̃ꝫ pauciſſima iudicibus cõmittant.

Cõfutãdo rhetores ſui tꝑis Ari.obiter incidit in ſermonẽ de iudicis officio,ac legiſlatoris peritia, q̇b⁹ explicatis redit/vñ defluxit orõ.vʒ.ad declarandũ q̇d ſit officiũ oratoris. Pro declaratiõe itaqʒ iudicis atqʒ legiſlatoris,annotatiõe dignũ,ciuilẽ gubernationẽ ſimilem eẽ mũdano regimini:vt ẽt Ariſt.inq̇t libro de cauſa motuũ aĩalium/nã,vt in mũdano reꝝ oĩum regimie a ſupręmis influxus deueniunt ad ima per cauſas cęleſtes medias,(nam cũ ſup̃mę ſubſtãtię,vt de⁹,cęteręqʒ intelligẽtię in hęc ima mortaliaqʒ imediate agere non poſſint,cęli conſtituti fuerunt,vt Plato ſentit in Timęo,per quos eiuſmodi diuini influxus ad nos deducantur,)ita quoqʒ in ciuili ipſo regimine ſunt legumlatores,qui principes,⁊ ſupremi ſunt,litigantes auteʒ, imi,medij deniqʒ iudices. Deuenit igitur legiſlatoris iudiciũ ꝑ medios iudices vt diuinaꝝ ſubaꝝ iſluxus deſcẽdit ad ipſa mortalia ꝑ cęlos,q̃re vt in mũdano regimine mediũ.vʒ.cęluʒ ſup̃mi,⁊ imi nã ꝑticipat,vt Peripatetici declararũt,ſic ẽt in ciuili regimie iudices legiſlatoris ac litigãtiũ officio ꝑticipare debẽt. Ari.igit̃ volens oſtẽdere q̇d a legiſlatore,q̇due a litigãtib⁹ ipſis iudex mutuet̃,p̊ accipit q̃les eẽ leges ꝺbeãt,q̃s legiſlator ꝑmulgat,⁊ dic̃.[Maxie igit̃ ꝯuenit,vt q̃ recte poſitę ſt leges]ab ipſo legiſlatore,[cũcta,]q̃ ꝺtermiari poſſint, [ipſę]leges[determinẽt,]caſuſqʒ oẽs,vt fieri põt,decidant,[⁊ q̃ꝫ pauciſſima iudicib⁹cõmittãt]ꝑ q̃ innuit iudicem a legiſlatore plura q̃ꝫ a litigãtib⁹ mutuari. quippe cum a legiſlatore quid iuris ſit,accipiat,a litigantibus ꝯo,facta ne res ſit,vel non ſit.

Primum quidem,quia vnuʒ aut paucos admodum prudentes,qui leges ferre,ac iudicare poſſint,facili⁹ eſt iuenire q̃ꝫ multos

admodũ prudentes εὐφρονοῦντας bñ ſapiẽtes inuenire λαβεῖν accipere

Cũ accepiſſet legiſlatorẽ pau[ma] iudicis prudẽtię,atqʒ arbitrio relinq̃re ꝺbẽ,vt ꝯcluderet plura iudicẽ a legiſlatore q̃ꝫ a litigãtib⁹accipe:nũc id trib⁹ rõnib⁹ ꝓbat,p̊a eſt,q̇a leges ferre ſpectat ad vnũ,vel ſalteʒ ad paucos, Solon enĩ Athenieñſib⁹ leges tulit,⁊ fuit vn⁹, Ligurg⁹ Lacedemonijs,⁊ rurſuʒ vn⁹fuit, Minoes Cretẽſib⁹

etiam vnus exiſtens, ⁊ ſi plures fuerint, pauci ſunt, qui leges ferunt, iudicare autem ſm leges latas ſpectat ad multos, nam in ſingulis ciuitatibus, atqꝫ quantumuis paruis oppidis oportet eſſe iudices legibus latis vtentes, cum igitur plura ⁊ perfecta inuenire ſit longe difficilius ꝙꝫ pauca vel vnum inuenire, ideo iudicibus pauciſſima ſunt cõmittenda, ſed omnia per leges tradenda: ne inſcitia in iudicijs errent: vnde dicit. [Primum quidem, quia vnum aut paucos admoduꝫ prudentes] legiſlatores [qui leges ferre, ac iudicare poſſint, facilius] eſt inuenire ꝙꝫ multos [iudices, qui legibus poſitis vti poſſint. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, annotatione dignum verba vltima legi cum negatiua particula: ⁊ qdẽ non recte, quoniam (vt pꝫ) ſuperflua eſt omnino.

¶ Deinde legumlationes quidem ex multo tempore conſideratis fiunt. Iudicia autẽ ex propinquo. Quare difficile eſt aſſignare iuſtũ, ⁊ expediens bene iudicantes.

ex ꝓpinquo
ἐξ υπογύου
ex ſuborto
breuiſſime
Cõmẽtaᵐ.

¶ Secũdo, qa leges ferri ſolent poſt factam longo tempore conſiderationem. non eniꝫ qui leges fert, cogitur ſubito leges ferre. Iudicia ꝟo breui tempore cõſideratione facta fiunt. ⁊ ita niſi iudex omnia aut plura per leges determinata reperiret, quibus iudicare poſſit, non poterit recte iudicare, ſępiſſimeqꝫ in errorem dilabeť. Quare arbitrio iudicum pauciſſima cõmittenda ſunt. vnde dicit. [Deinde legũlationes ex ꝯſideratis ex multo quidem] ⁊ longo [tempore fiunt. iudicia autem] ⁊ decreta [ex propinquo,] ex temporeqꝫ. ꝓpterea cõcludit [quare difficile eſt] ipſos [bene iudicantes iudicare iuſtum, ⁊ expediens] hoc eſt ⁊ ęquuꝫ. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, verbum ex ꝓpinquo, gręce eſt ἐξ ὑπογύου, ⁊ antiquus interp̃s ex ſuborto expoſuit, qḋ nõ eſt mihi diſſonũ, nã quę iudex ꝓſpicit, mox ſuboriuntur.

¶ Omniuꝫ autem maximuꝫ eſt, qa iudiciuꝫ quidem legiſlatoris non de particularibus neqꝫ de p̃ſentibꝰ, ſed ⁊ de futuris, ⁊ de vniuerſalibus eſt, Senator autem ⁊ iudex de pręſentibus iam, ⁊ determinatis iudicãt: ad quos ⁊ amare, ⁊ odiſſe, ⁊ ꝓprium cõmodũ annexa ſunt ſępe, vt non amplius ſufficiẽter verum ꝓſpicere poſſint: ſed obtenebrare iudiciuꝫ proprio voluptifico, aut dolorifico. De alijs igitur (vt diximus) oportet ꝙꝫ pauciſſimis iudicem principem facere.

proſpicere
ἐπισκοπεῖν
videre
obtenebrare
ἐπισκοτεῖν
adumbrare
Cõmẽtaᵐ.

¶ Tertio idem perſuadet ex eo, qa legũlatoribus facile eſt proſpicere verum, iudicibus auteꝫ perdifficile legũlatoribus quidem facile: quia de futuris, ⁊ vl̃ibus ꝓſpicit, ad quę nec amor, nec odium, nec vtile annexum eſt. Iudicibus ꝟo perdifficile: qa proſpiciunt de p̃ſentibus, ⁊ particularibus hominibus, vt de amicis, vel inimicis, de ꝓpinquis vel extraneis, ad quos plerũqꝫ annexus eſt amor, veluti erga amicos, odium veluti erga inimicos, ꝓprium vtile, vt erga propinquos, quare iudices impediti affectibus non poſſunt facile verum ꝓſpicere, legũlatores auteꝫ, qui his nullatenus afficiunť, facile verum diſcernunt, non ergo iudicibus, qui cum difficultate verum ꝓſpiciunt, multa cõmittẽda ſunt, dicit. [Oium autem] .ſ. argumẽtorum ad ꝓbanduꝫ pauca eſſe iudicibus relinquẽda [maximũ] ac potiſſimum argumẽtum [eſt, qa iudicium qdem legũlatoris nõ de particularibus] .ſ. perſonis, [neqꝫ de p̃ſentibꝰ] hoibꝰ, atqꝫ perſonis eſt, [ſed ⁊ de futuris, ⁊ vl̃ibꝰ] hominibꝰ [eſt,] quę ratio docet legũlatoris q̃ſtiones eſſe theticas, quia ſunt incircũſtantionatę. Iudicum ꝟo q̃ſtiones, ⁊ iudicia eſſe hypothetica, quoniã circa cauſas, quę ſunt quęſtiões circũſtantionatę. ꝓpterea ſubſcribit. [Senator autem ⁊ iudex de p̃ſentibus iaꝫ] .ſ. factis, perſonis, ⁊ hominibus, [⁊ de determinatis,] ac ꝯſignatis particularibuſqꝫ hominibus, ⁊ perſonis [iudicãt.] ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, ſenator, gręce eſt ἐκκλησιαστής, latine tũ pręfectus, tuꝫ contionator, ſiue cõſiliarius, ⁊ vtrũqꝫ ſit, de ijs proſpicit, quę de pręſenti ſunt, ⁊ de hominibꝰ determinatis, vt de amicis, vel inimicis, vel ꝓpinquis. ꝓpterea oſtendit hos cum difficultate poſſe verũ diſcernere, ⁊ dicit, [ad q̊s] .ſ. homines, vt ad amicos, [⁊ amare iam,] ⁊ ad quos .ſ. inimicos [odiſſe,] ⁊ ad quos .ſ. propinquos, vt ad filios, vel id genus [⁊ ꝓprium cõmodũ annexa ſunt ſępe, vt non amplius ſufficienter veruꝫ ꝓſpicere poſſint, ſed obtenebrare iudicium ꝓprio voluptifico, aut dolorifico.] ¶ Quo ꝟo ad verba attinet verbum obtenebrare gręce ẽ ἐπισκοτεῖν, latine tum adumbrare / tuꝫ obtenebrare, eſt autẽ adũbrare verbũ tractum a pictoribus, qui planas imagines adũbrant, vt ſolidę videãtur: ſic iudex ꝓprium iudicium adũbrat ꝓprio dolorifico, aut voluptifico: quatenus nõ plane ꝓpter ꝓpriũ bonum / aut malum iudiciuꝫ facit, ſꝫ adũbratiue. Tunc affert concluſionẽ, ⁊ dicit. [De alijs igiť] vt diximus .ſ. vniuerſalibus [oportet ꝙꝫ pauciſſimis iudicem principem] ⁊ dñm [facere.]

¶ Id autem, qḋ eſt factuꝫ eſſe, aut non factũ eſſe, aut fore, aut non fore: aut eſſe / aut nõ eẽ, neceſſe eſt iudicibus cõmittere, nõ enĩ poſſibile eſt hęc legiſlatorem ꝓuidere.

Cõmẽtaᵐ.

¶ Cum declaraſſet quot iudex accipit a legũlatore ſubſcribit mox, quę legiſlator relinq̃re dꝫ iudicibus, vt ex hoc accipiat, q̃ iudex ab ipſis litigãtibus ſumit, ⁊ dicit, [id autẽ, qḋ eſt factũ eẽ, aut nõ factũ eſſe] .ſ. de pteritis, [aut fore, aut nõ fore] .ſ. de futuris, [aut eẽ, aut nõ eẽ] .ſ. de pñtibus [neceſſe eſt iudicibꝰ cõmittere,] cuius cãm aſſignat, ⁊ dicit. [Nõ enĩ poſſibile eſt hęc legiſlatorẽ ꝓuidere,] cuꝫ hęc oriãť ex facto: ⁊ hęc accipit a litigãtibus, pꝫ igiť iudicẽ eſſe q̃ſi mediũ inter legiſlatorẽ, ⁊ litigantes, qppe cũ aliq̃ a legiſlatore, aliq̃ a litigãtibꝰ accipiat. ¶ Sed circa ea q̃ Ariſt. dixit, annotatiõe dignum tres eẽ magiſtros circa leges, alius eſt, q dicif legũ conditor, alius / q dicif legũlator, ⁊ tertius dr̃ iudex, qui ſm leges iudicat: ideo p̃mo videamus de legũ conditore: ⁊ dicamus q legũ cõditores ſunt p̃ncipes, qui in ſuis regnis abſolutã poteſtatẽ hñt, quiqꝫ ẽt vim hñt, qua ſubditos coercere pñt vt legibꝰ pareãt. Ex h̃ pꝫ nullũ poſſe leges cõdere in regno vel ciuitate, qui in illo, vel illa abſolutã atqꝫ publicã poteſtatẽ nõ habeat. ¶ Sꝫ q̃riť hic vtrũ tyrãnus poſſit cõdere leges, ⁊ p̃ma facie vr̃ q ſic, nã maior ps eoꝝ, qui hodie iperitãt ſũt tyrãni, ⁊ tñ leges cõdunt. Dõm q tyrãnus non põt leges cõdere, ⁊ huius rei cã eſt, qm̃ effectꝰ legis eſt faceř hoies bonos, at tyrãnus nõ cõdit leges, vt faciat hoies bonos, ſꝫ ad ſuã vtilitateꝫ. Amplius q̃tuor ſunt actus legis, iperare, ꝓhibere, ꝑmittere, ⁊ punire. Imperare qdẽ honeſta, nã vt dr̃ 5° elenchoꝝ lex iubet viuere ſm oẽs virtutes, ꝓhibere aũt ꝯ̃ria ṽtutibꝰ: vñ ⁊ Ari. ibidẽ ſubdit, ⁊ ꝓhibere omneꝫ malitiam. ꝑmittere ꝟo ea, quę non ſunt ſimpliciter mala, ſed poſſunt eſſe mala, ⁊ bona. punire deniqꝫ, ne homines de bonis tranſeant ad mala. Oderũt enim peccare mali formidine pęnę, ſed tyrannicarum

Digreſſio de legibus

legum hi actus nequaq̄ ſunt, igit̄ tyrannus non pōt leges condere. Ex hys pꝫ legem tyrānicam nō eē legem, ſꝫ potius, vt ita dixerim, peruerſionem legis, non eni dirigit ciues ad bonum publicū, ſed ad bonum tyranni, priuatuꝫ. Argumētuꝫ autē in contrarium facile delet̄, nam reges, qui hodie ſunt, nō ſunt oīno aut tyrāni, aut reges, ſed permiſti, ⁊ ideo nōnullas leges tyrānicas cōdunt, quę reſpiciunt ſuum priuatuꝫ bonuꝫ: ⁊ hę ſunt ꝑuerſiones legū, ⁊ has condūt, vt tyrāni. nonnullas vero condunt, quę reſpiciunt bonum publicū, ⁊ has cōdūt, vt reges, ⁊ leges hꝰ ſunt leges. hoc pacto ⁊ argumentuꝫ Antonij apud Appianum alexādrinū deletur, cū argumentabatur: qui ſortes de Cęſare denuo emittendas ceſent, eos hęc intelligere neceſſe eſt, ipſo. ſ. imperāte, ⁊ ꝑ ſide iuſte electo omnia ab eodem facta, ⁊ prębita, illęſa permanere, ſin violentia, ⁊ tyrānide craſſatum aſſerūt corpus extra vrbem inſepultuꝫ abijciendū eſſe, eiuſqꝫ geſta omnia ꝓ nihilo habēda. Deletur itaq̄ hoc argumētuꝫ, qm̄ ea Cęſaris pro nihilo habēda erant, quę, vt tyrānus condiderat, quę vero, vt rex, ⁊ ad bonum publicū, ſeruanda erāt. Poſt hęc de legūlatore diſſerenduꝫ, qm̄ non ſemꝑ idē eſt legūlator, ⁊ leguꝫ cōditor ſm̄ Ariſtotelē. nā eſt legūlator, qui leges fert, qualis apō Atheníenſis fuit Solon: hic autē eſt, qui per leges, q̄s fert, itendit duplex bonū in hoībus ingenerare, cōmune, ⁊ ꝓprium, ⁊ ꝓprium qdem intēdit, q̄tenus ordinat̄ ad cōe bonum: alioqn non eēt verus legiſlator. Cōtingit autē aliquādo eūdem eſſe legiſlatorē, ⁊ cōditorem, vt cuꝫ q̄ fert leges, fuit Princeps, qui abſolutā poteſtatē haberet in ciuitate, aut regno: vt Minos apud Cretenſes, q̄bus Rex ⁊ legiſlator fuit. Interdū autē differūt, vt dictum eſt. ¶ Sed q̄res vtruꝫ priuatus poſſit leges ferre, aut cōdere, dicēdū duo eſſe ꝑneceſſaria ei, qui leges fert, atq̄ cōdit, ꝑmuꝫ eſt prudentia ſiue ſciētia: qua poſſit, ⁊ ſciat iuſtas leges cōſtituere. Scōm eſt poteſtas, q̄ poſſit eos coercere, qui nolūt legibus obedire. Quare ſi attēderimus ad ꝑmum req̄ſitum, ꝑuatus poteſt leges cōdere, ⁊ ferre, nā poteſt eē ſapiens, perituſqꝫ in morali phīa, per quā Phi ſciunt cōdere leges, ſin autē attenderimus ad poteſtatē: qua rebelles cogūtur legibꝰ parere, ſolus rex aut princeps poteſtatē hꝫ condendi leges. Hinc pꝫ non iniuria Platonē librū de legibus confeciſſe, nō eni leges fecit, vt ꝑnceps, ſed, vt moralis Phs cuius ꝓprium eſt dare ꝑncipia, ex q̄bus leges fiūt, ⁊ cōſilia, q̄bus mali hoīes puniūtur. Poſt hęc de iudice, dicamus. Nā ſm̄ Ariſto. in hoc libro, differt arbiter, ⁊ iudex, quoniā arbiter ad bonū, ⁊ ęquum iudex ad legem ſpectat. Arbitri eni officium eſt exiſtimare non ꝓut iuris ſit, ſed prout ipſe ęquuꝫ eſſe exiſtimet. Iudex vero, q̄ ſm̄ leges ſcriptas iudicat. Sed videt̄ q̄ iudex nō ſemper iudiciuꝫ ferre dꝫ ſm̄ leges ſcriptas, qm̄ iudiciuꝫ eſt de ſingularibus, mō nulla lex ſcripta cōtinet oēs caſus ſingulares, vt pꝫ 5° ethicoꝝ. vbi Ariſt. dicit legiſlatoreꝫ ponēdo leges nūq̄ reſpicere poſſe ad omnes caſus ſingulares. Ariſ. in hoc ꝑmo loquens de iudice, dicit ęquū eſſe rebus humanis ad dignoſcēdum cōmoueri, vt nō legem, ſed legis ſcriptorē, ⁊ non verba, ſed verboꝝ ſententiam, ſpectet, nec factuꝫ, ſed volūtateꝫ agentis, nec ꝑtem, ſed totū, nec quis nūc, ſed quis ſemꝑ fuerit, qui delinq̄t: aut quis fuerit ſemꝑ: ęquum eſt ꝯſiderare. Unde colligit̄ iudicem ſm̄ leges ſcriptas bifariā poſſe iudicare, vno mō ferendo ſnīam ſm̄ verba legis, alio modo ſm̄ intētionem legiſlatoris, qui leges ſcripſit, ꝑmo mō iudex non tenetur iudicare, aliogn contingeret perſępe bonuꝫ ⁊ iuſtum capite punire, vt Phi morales deducūt: vt ſi lege cautuꝫ ſit nullum anularum manū debere extollere, ſitqꝫ vir bonus, anulatus, qui cum hoſtes viderit, manū extollat pro ſalute reipu. hic ꝓfecto ſm̄ legem ſcriptā reus eſt mortis, vere aūt nō eſt reus, cum id bonum fuerit ⁊ ęquū. Scdo modo vero, iudex tenetur ſm̄ leges ſcriptas iudicare, qm̄ pro intentiōe legiſlatoris. Ex hys pꝫ ꝑmo ſubdituꝫ aliquando poſſe cōtra legem ſcriptam ire, vt ſi cautuꝫ ſit lege nullum męnia vrbis debere aſcēdere, nam cōtra hanc legeꝫ aliqn̄ poteſt ſubditus ire in caſu: quo pro ſalute reipu. aſcēderet. Pꝫ ſcdo ſubditum nō poſſe ire ꝯtra legem ſcriptā, quo ad illius ſenſum: vel quo ad ſenſum, quo illam legiſlator tulit. per quę pꝫ non eē eiuſdem leges cōdere, ⁊ interꝑtari. nam ſubditi poſſunt leges interpretari: nō autem leges condere. Patet vltimo, q̄ lꝫ iudex ex ſola ſuſpitione poſſit ꝓcedere ad inquirēdam veritatem: ex ſola tamē ſuſpitione non pōt iudex iudicare. hactenus de iudice. ¶ Deinde circa verba Ariſto. dubitatur ꝑmo, quoniā ſuperius dixit legiſlatoreꝫ ꝓſpicere futura vniuerſalia, poſtea dicit, etiā iudicem de futuris, p̄ſentibꝰ, ⁊ pręteritis ſpectare. Dicēdum legiſlatorem per ſe ꝓſpicere futura: p̄ſentia vero ac pręterita per accidens, quatenus p̄terita, ac pręſentia ſunt futuris ſimilia. Iudex vero contra per ſe facta, ac pręterita, ⁊ pręſentia, per accidēs futura conſiderat, quatenus futura ſunt pręteritis, ac p̄ſentibus ſimilia. ¶ Scdo dubitatur, qm̄ Ariſt. dixit legiſlatorem ꝓſpicere vniuerſalia, poſtea addit de alijs particularibus pauciſſima debere relinquere iudicibꝰ. igitur ⁊ vlīa, ⁊ particularia legiſlator ꝓſpicit: cuius oppoſitum dixit. Dicēdum vlīa bifariam eſſe, alia ſimpliciter, quę omnibꝰ carēt circūſtantijs, vt ſunt homo, leo, animal, ⁊ id genus: ⁊ de his fiūt q̄ſtiones dialecticę, alia ſunt vniuerſalia ſm̄ quid, quę ſunt vniuerſalia circunſtantionata: quatenus ſunt vlīa ⁊ particularia. Uniuerſalia quidē: quia carent aliquibus circūſtantijs, particularia vero, quia aliquibus circūſtantijs determinantur. Vbi cauſa, homo Phus, homo reus, hō iuſtus, ⁊ id genus. De talibus vniuerſalibus fiūt ipſe Theſes, de particularibus, quę oībus circūſtantijs determinant̄, fiūt hypotheſes. Ulterius dico q̄ vniuerſalia quę hoc modo dicūtur, poſſunt dici plus, ⁊ minus vniuerſalia, naꝫ quę pluribus circūſtantijs determinātur, dicūtur minꝰ vlīa, ⁊ quaſi particularia. Quę vero paucioribus circunſtantijs limitātur: hęc vlīa appellant̄. Exempli cauſa, vtrum tēpore pacis ſit bonum phari, hęc eſt q̄ſtio, quę dicitur Theſis: quatenus adhuc pōt limitari ad perſonam, hoc pacto, vtrū homini indigenti tempore pacis bonū ſit phari. hęc etiā dici poteſt Theſis, quia adhuc pōt limitari ad Socratē, hoc pacto, vtrū Socrati, qui eget, ſit tēpore pacis bonum phari, ⁊ ſic q̄diu poteſt q̄ſtio limitari, ſemper dicit̄ theſis, ⁊ hypotheſis, theſis q̄dem, q̄a limitari poteſt, hypotheſis vero, q̄a limitatiſſima, nec amplius apta limitari: vt Boetiꝰ ſcribit. Ex hys pꝫ, q̄ſtiones circa quas verſat̄ legiſlator, ſunt theſes, et hypotheſes, theſes quidem, q̄a adhuc poſſunt limitari, hypotheſes vero, q̄a aliqua ex parte limitatę ſunt. q̄ſtiones vero litigātium, circa quas verſatur iudex: ſunt hypotheſes tm̄, quoniā ſunt oīno limitatę ad ꝑſonam, ad factum, ad locuꝫ, ad tempus, ad modū, ⁊ ad amminicula, hę eni ſunt hypotheticarū q̄ſtionum (vt Boetius inquit) conditiones. Tūc dico q̄ cum Ariſto. dixit legiſlatorem ꝓſpicere vlīa, per vniuerſalia vero intelligit hypotheſes, quę etiā ⁊ theſes ſunt, ſed paucis cōditionibꝰ limitatę, cum autē ait pauca particularia debere cōmittere iudicibus, per particularia autē intelligit theſes, q̄

ſunt ſimul, ⁊ hypotheſes, ſed ait illa eē particularia, qa limitatiora. ¶ Tertio dubitatur, qm̄ Ariſt. ſuperius dixit plura iudicē accipere a legiſlatore, pauciora autem ab ipſis litigantibus. Modo hoc nō videt̄ ita eſſe, qm̄ quę iudex accipit a litigātibus, ſunt infinita, ⁊ ꝑticularia, quę vero accipit iudex a legiſlatore, ſunt vl'ia, ⁊ finita. igitur lōge plura ſunt quę a litigātibꝰ, ꝗ̄ quę a legiſlatore accipit. Et dicēduʒ ꝙ plura accipit iudex a legiſlatore ſm veritatem, ⁊ potētiaʒ, qm̄ vl'ia, quę accipit a legiſlatore, ſunt virtute infinita: quę vero accipit a litigātibus, cū ſint ſolum p̄ſentia, ⁊ p̄terita: ſunt finita, ⁊ pauciora. ¶ Quarto dubitat̄ vtrū inter ea, quę a legiſlatore, ⁊ ea: quę a litigantibus accipit iudex ſit aliqs ordo: ⁊ videt̄ ꝙ non cuʒ inter finita, ⁊ infinita nullus ſit ordo. Dicēdum ꝙ quę ſumit iudex a legiſlatore, ſunt ꝓpoſitiones, quas dialectici maiores appellāt, Cicero autem in veteri, ⁊ noua rhetorica, ꝓpoſitiōes. quę vero iudex ſumit a litigātium hincinde ꝑſuaſionibꝰ, ſunt aſſumptiones, quas dialectici minores dicūt, Cicero autē aſſumptiones, has eni iudex cum applicat ꝓpōnibus, infert cōcluſionem, quę iudiciū, decretuʒ, ſiue ſnia dicit̄. Hę re aūt criſis. Vbi cauſa, lex erat apud Eginitas, vt capitale eſſet Athenienſibus Eginam adire. Chamāder Platonem athenienſem, qui Eginā petierat, tāꝗ̄ mortis reū accuſauit. Iudex itaqʒ a legiſlatore accepit oēm Athenienſem qui eginā petit, capite eſſe puniēdum, Achamādro accuſante accepit Platonē athenienſem eginā petere, quare iudex ſi voluerit, poterit ꝯcludere Platonem eſſe capite puniēdum, hoc eni, vt Plato. vʒ. puniretur, erat in ſua poteſtate. Tūc dico ꝙ lʒ inter finita, ⁊ īfinita nō ſit ordo numeri, pōt eſſe ordo ſyllogiſticꝰ, vt pʒ, in quo cōſiſtit poteſtas iudicis. ¶ Quinto dubitatur ſi nō poſſit legiſlator cūcta occurrentia legibus determinare, poſſit ne per aliquā regulam p̄termiſſa etiaʒ complecti, ⁊ videt̄ ꝙ non, qa infinitoꝝ nulla eſt regula. Sʒ quę p̄termittit legiſlator, ſunt infinita. igit̄ nō poteſt ea aliqua regula complecti. Rn̄det ad hoc Ariſto. alibi ꝙ legiſlator dʒ ferre leges, quibus cōtinētur omnes theſes, quę ſunt hypotheſes ſm quid. ⁊ p̄termittere hypotheſes ſimpl'r, quę ſunt infinitę. Amplius legiſlator dʒ dare regulas, qbus de p̄termiſſis iudex poſſit coniectare, vt ſunt loca topica, ſiue rhetorica, vt a ſimili, a contrario, a minore, a maiore, ⁊ ab alijs id genus. nā ꝑ hęc poterit iudex facile de p̄termiſſis quę de nouo occurrunt, coniectare. ¶ Vltimo dubitat̄, qm̄ eadem ꝑſpicit iudex, litigās ⁊ legiſlator, qm̄ ſi alia atqʒ alia, nō poſſent in idem concidere. Sed litigātes ⁊ iudex verſant̄ circa hypotheſes, igit̄ legiſlator verſari dʒ circa hypotheſes, ⁊ ſic non circa vl'ia, ⁊ futura, quę ſunt theſes. Dicendum legiſlatorē ſolum ea ꝑſpicere, quę ſunt theſes, hypotheſes vero ſm quid. Deſpicere autē hypotheſes, q̄ nullatenus eē poſſunt theſes, ⁊ ſolū earum tenet̄ ponere regulas, atqʒ loca coniecturādi. Iudex autē oīa ꝑſpicit ⁊ theſes, ⁊ hypotheſes. litigantes autem hypotheſes tm̄. Nam officiū legiſlatoris eſt ferre leges, qbus ꝓpoſitiones habeant̄. litigātium autē aſſumptiones miniſtrare. Iudicis autē officium eſt videre ſi aſſumptiōes, quas litigātes miniſtrant, bene contineātur ſub ꝓpoſitionibus, quę ſunt in legibus. Nā ſi ſub ꝓpōnibus contineātur: poterit afferre ſniam. Hęc eadem in cęteris dicēdi generibus locū habēt, nam orator in gn̄e demonſtratiuo laudat vel vituperat ſpectatores, qui ſunt loco iudicis, fidem ſumūt. In gn̄e etiaʒ deliberatiuo orator perſuadet reʒ debere fieri, vel nō fieri, populus accipit ab oratorem rē eſſe agendam vel nō agendaʒ: vt capta fide deliberet, quare in oibus generibus eūdē locū habent. ¶ Sʒ dices in genere forēſi qs ne eſt orator hodie. Dōm ꝙ priſcis tēporibus, qbus erant ſenatus, oratores erāt qui cauſas agebant coraʒ ſenatu, apud quem nō leges, ſed perſuaſiōes inducebātur. Cauſidici vero, q cauſas agebant corā iudicibus: apud quos leges inducebantur, nō perſuaſiones. Cauſa dꝛię erat, qm̄ ſenatus ſupponebatur, vt lex aiata, cuius erat ferre antiquas, ⁊ nouas leges. Amplius iudicare ſm leges ⁊ pręter leges. At iudex non, vt lex aiata, ſed, vt lex ſcripta habebat̄. Ideo cauſidici coram iudicibus per leges cauſas agebāt, oratores coram ſenatu, aut principe ꝑ ipſas perſuaſiones. Seruat̄ ordo iſte hodie Romę: naʒ qui cauſas dicunt corā Pōtifice, nō legibus, ſed ꝑſuaſionibus dicunt, qui vero coraʒ priuatis iudicibus, legibus ꝑſuadēt Quēadmodum igit̄ iudices iudicare noſi poſſunt, niſi ſm leges, ſic cauſidici, qui cauſas agunt coraʒ iudicibꝰ, perſuadere nō poſſunt, niſi per leges. ⁊ quēadmodum ſenatus, aut princeps poteſt ſm leges, ⁊ p̄ter leges ferre ſniam: ſic oratores, qui corā principe, aut ſenatu dicūt, perſuadere pn̄t legibꝰ, ⁊ ꝑſuaſiōibꝰ. hactenꝰ de iudicijs.

¶ Si itaqʒ hęc ita ſe habēt, manifeſtum eſt, qm̄ quę p̄ter rem ſunt, arti aſcribunt qcūqʒ alia determināt. Vt quid oportet proęmiū, aut narrationem habere, ⁊ aliarum vnamquāqʒ particularuʒ. Nihil eni aliud in ipſis negotiātur, ꝗ̄ vt iudicē q̄lē quēdā faciāt.

¶ Ex dictis cōcludit inſufficiētiam, ⁊ errorem antiquoruʒ rhetoꝝ, ⁊ lege ſic. [Si itaqʒ hęc ita ſe habēt,] ꝙ. vʒ. iudex, vel auditor nihil aliud ſumit a dicētibus, niſi rē factam eſſe, vel nō factam eſſe, aut eē, vel non eſſe, aut fore, vel nō fore, [manifeſtū eſt, qm̄ quicūqʒ alia determināt] ab his, quę ꝓbant rem factam, vel nō factam, ⁊ reliqua: [quę p̄ter rem ſunt, arti aſcribunt.] Qui eniʒ coram iudice, vel auditore dicit, aut dicit in genere iudiciali, aut in genere demōſtratiuo, aut in gn̄e deliberatiuo. Si dicit in gn̄e iudiciali, iudex nihil aliud accipere dʒ a dicentibus, niſi res ſit ne facta, vel nō facta. Si dicit in genere demōſtratiuo, auditor nihil aliud ſumit a dicenti, niſi ſit ne res, vel nō ſit. Sin autē dicit in genere deliberatiuo, auditor nihil aliud ſumit a dicēte, niſi rem fore, vel nō fore. Quę rō docet, quęcūqʒ p̄ter hęc addit rhetor, eſſe additamēta, ⁊ p̄ter eius officiuʒ. Dico cętera p̄ter hęc eſſe additamēta [vt quid] ſiue cur [opʒ proęmiuʒ, aut narrationē habere, ⁊ aliarum vnāquāqʒ particularuʒ] orationis, vt epiloguʒ, collationē, ⁊ replicationem. Qr autē hęc ſint additamēta, probat, ⁊ dicit. [Nihil enim aliud in ipſis] orationis partibus diſſerendis [negotiant̄, ꝗ̄ vt iudicē qualem quēdaʒ faciāt.] hoc eſt, niſi, vt per hęc iudicē afficiant. Ex ijs pʒ Ariſt. non negare partes orōnis, ſed ſolum velle eos, qui determināt quid debet cōtinere proęmiū, ⁊ quid debʒ cōtinere narratio, ⁊ quid cęterarū quęqʒ pars, eē additiones, quoniā ſolū hęc determināt, vt iudicem afficiant. ¶ Quo vero ad verba attinet, [arti aſcribunt] gręce eſt τεχνολογοῦσιν, ⁊ in trāſlationibus veteribus, legit̄ regiologiçant, qđ ignoro, lʒ nouus expoſitor exponat, ideſt ſermocinātur, vel circuunt, naʒ cuʒ veteres tāgāt hęc additamenta, non ipſas res, ſed quę rem circuunt, tangūt. nos vero interpretati ſumus. ideſt arti aſcribunt, nam veteres ſolum ea quę p̄ter rem ſunt, arti aſcribūt, quę vero ſunt ad rem: prętermiſerunt, arbitrantes ea nō attinere ad artem.

Cōmēta.

ἐνθυμεματικὸσ entbymematicus abūdās ēthymematibus.

¶De artificialibus autem perſuaſionibus nihil determinant. Hoc autē eſt, vnde vtiqꝫ quis fiat enthymematicus.

¶Cum dixiſſet ea, de quibus veteres dixerunt, nūc addit ea, quę prętermiſerunt, ⁊ dicit. [De artificialibꝰ aūt perſuaſionibus nihil determinant,] ⁊ exponit, quid p̄termiſerint, ⁊ dicit. [Hoc autē].ſ. quod prętermiſerūt, [eſt, vnde vtiqꝫ quis fiat enthymematicus,] h̄ eſt abundans enthymematibus, prętermiſerunt eniꝫ loca, ⁊ maximas, quibus rhetor poteſt fieri abūdus enthymematibus. Quare veteres circa ea, quę ſunt pręter rem abūdi fuerūt, circa v̄o ea: q̄ ſunt ad rē, parti, atqꝫ diminuti.

etiam γὰρ enim ratio τῆς οὔσης μεθόδου cū ſit methodus via. ō iudiciali re περὶ δὲ δικάζεσθαι, ō iudiciali autem re ō diſceptatione.

¶Quapp̄ etiam cum eadem ſit ratio de deliberatiuis, ac iudicialibus: ſitqꝫ etiam pulchrior, magiſqꝫ ciuilis deliberatiua res, q̄ꝫ q̄ eſt circa cōmutationes: de illa quideꝫ nihil, dicunt: de iudiciali aūt re conant̄ omnes artificialiter diſſerere. qm̄ minus eſt vtile, quę ſunt p̄ter rē dicere. Minus quoqꝫ etiā fraudulenta iuriſdictione deliberatio eſt, cuꝫ ſit cōmunior. Quippe cum is, qui iudex eſt, de proprijs iudicet.

Cōmētaᵐ.

¶Secundo loco principaliter reprębendit antiquos rhetores de eorum inſufficientia quantuꝫ ad aliud, hoc eſt quia non docuerunt dicere in genere deliberatiuo. Docuerunt enim afficere iudicem in genere iudiciali, non autem in genere deliberatiuo. Et hoc ideo fecerūt quia crediderunt vnum eſſe genus dicendi, vt forenſe. Ariſtoteles declarat triplex eſſe dicendi genus, vt forēſe, deliberatiuum, ſiue contionale, demonſtratiuum, ſiue laudatiuum vel vituperatiuum. vnde dicit. [Quapropter etiam cum eadeꝫ ſit ratio de deliberatiuis ⁊ iudicialibus, ſitqꝫ etiam pulchrior, magiſqꝫ ciuilis deliberatiua res, q̄ꝫ quę eſt circa cōmutationes] hoc eſt cauſas forenſes, quę ſunt contractus, mutua, ⁊ cęterę cauſę, quę in foro aguntur: [de illa quidem] ſcilicet re deliberatiua [nihil dicunt, de iudiciali autem re conantur omnes artificialiter diſſerere.] quare videntur de arte inſufficienter dixiſſe, quia prętermiſerunt docere arteꝫ dicendi in principali genere cauſarum, quod eſt deliberatiuum. ¶Quo v̄o ad verba attinet, deliberatiua gręce δημηγορικὰ dicuntur, latine etiaꝫ contionalia, Eſt enim contio vno modo locus (vt Liuius inquit) in quo verba fiunt. Alio modo oratio publica ad populum, vnde contionator is eſt, qui hodie prędicator dicitur. At nunc contionale ⁊ deliberatiuum eſt idem, hoc enim eſt in publicis conſilīj, quę vrbani ac ciues facere ſolet pro malo euitando, vel bono proſequendo, de quo genere poſtea dicemus. Iudicialia v̄o gręce dicūtur δικανικὰ, latine etiam forenſia, eſt autem iudiciale ſiue forenſe in litibus, quę ſunt circa contractus, ⁊ cōmutationes, quę gręce dicuntur συναλλάγματα, latine etiam forenſes cauſę, quę ſunt contractus, mutua, ⁊ cętera id genus. De iudiciali autem re, gręce dicitur περὶ δὲ τοῦ δικάζεσθαι, latine diſceptare, ſiue dicere in cauſis, quod vulgo aduocare, ſiue patrocinari dicitur, vel litigare, ⁊ non modo artem dicendi in genere deliberatiuo, ſed etiam demonſtratiuo, prętermiſerunt: cuius partes ſunt laudare, ⁊ vituperare, vt dicemus. Aſſignāt autem Ariſt. cauſaꝫ, cur antiqui oratores p̄termiſerunt artem dicendi in deliberatiuis, ſimulqꝫ oſtendit in deliberatiuis oratorem non debere afficere aliquo pacto auditores, ⁊ dicit. Dico eos p̄termiſiſſe artem dicēdi in deliberatiuis. [Qm̄ minus eſt vtile, quę ſunt p̄ter rem dicere,] modo cum ars dicēdi eorum erat potiſſimū in ſermonibus exterioribus ⁊ in deliberatiuis ſermones hꝰ non competant, hac ratione artem dicendi in deliberatiuis prętermiſerunt, et aſſignat quaſi cauſam cur minus cōpetunt patetici ſermones in deliberatiuis, ⁊ dic̄. [Minus quoqꝫ eſt fraudulenta iuriſdictione,] ſiue diſceptatiōe [deliberatio.] nam in deliberatiuis auditor non eſt corruptibilis, naꝫ deliberatio eſt cōior, [quippe cum is].ſ. populus [q iudex eſt] in contionibus, [de] bonis [ꝓprijs iudicet,] cū eni in cōtionibus iudex ſit populus, ⁊ ea de qbꝰ agit̄ in contionibꝰ, ſint bona vel mala populo/populus ſemꝑ eſt paratus exequi, mō a dicēte bonę ꝑſuaſiones fiant. Quę rō docet ſermones patheticos, q̄ ſunt oīone affectę minus cōuenire deliberatiuis, qm̄ nec ꝓ iudice, nec pro re ipſa. ꝓ re quidē ipſa, non, qm̄ contionator nihil aliud dicere debet, niſi oſtēdere rem fore, vel non fore vtilem. ꝓ iudice v̄o minime, qa iudex eſt ſūme ꝓpēſus audita oratione perſuaſiua. Et ſic patēt duo, quoꝝ primum eſt, cur antiq̄ p̄termiſerūt arteꝫ dicendi in genere deliberatiuo, ⁊ eſt, qm̄ ars, quā arbitrabant̄, illi gn̄i nō deſeruit, quę tota v̄ſat̄ circa affectas oīones. Scd̄ꝫ v̄o eſt, ꝙ rhetoris officiuꝫ ſit minus afficere iudiceꝫ, qm̄ in talibus iudex eſt ſūmopere affectꝰ: cuꝫ ſit populus apō quem agit̄ de proprio bono. vtruꝫ v̄o in deliberatiuis orationes affectę conueniant, poſtea dicemus. Ari. enī non negat ſermones affectos conuenire deliberatiuis, ſed aſſerit eos minus conuenire.

¶Quare nihil aliud oſtēdere opꝫ, niſi ꝙ ſic ſe habeat, vt conſiliarius dicit. In iudicialibus autem, non ſufficiens eſt hoc, ſed vtile eſt reficere auditorem. De alienis eniꝫ iudicium eſt. itaqꝫ ad id, quod ſuum eſt intēdentes, ⁊ ad gratiam audientes, condonant litigantibus, ſed non iudicant.

Cōmētaᵐ.

¶Ex dictis cōcludit diaꝫ inter deliberatiua ⁊ iudicialia, ⁊ dicit. [Quare nihil aliud oſtēdere opꝫ] ſubaudi in iudicialibꝰ, [niſi ꝙ ſic ſe habeat, vt cōſiliarius dic̄]. vꝫ. rem fore vtilem, vel nō fore vtilem, fore dānoſam/vel nō fore dānoſam. Et ꝓpterea ars dicēdi veterū rhetoꝝ non ſe extēdit ad deliberatiua, qm̄ in illis nihil p̄ter reꝫ dicere poterant ad iudicem: in quo potiſſimū dicēdi artem conſiſtere arbitrabant̄. Deinde tangit alterā ꝑtem differētię, ⁊ dicit. [In iudicialibus aūt, nō ſufficiens eſt hoc, ſed] in illis [vtile eſt reficere] ac diſponere [auditoreꝫ] ad amorē, vel odiū, vel alios affectus: cuius cāꝫ dicit, ⁊ inqt. [De alienis enī iudiciuꝫ eſt,] quę non ſpectāt ad iudicē: ⁊ ideo nō facile iudex p̄ſtat aures: tunc cōcludit cur iudices iudicāt, ⁊ dicit. [Itaqꝫ ad id, qđ ſuū eſt] iudices [intendentes] vt ad amorem ⁊ odium, quę iudicis ſunt, [⁊ ad gratiam] habendam a litigantibus [audientes, condonant litigantibus, ſed non iudicant,] quoniam iudicium, quod afferunt, non eſt ex oſtenſis, ſed ex affectiōe, qua iudices diſponunt̄ attendētes ad amorem, vel odiuꝫ quę ſua ſunt. ꝓpter hāc cām in iudicialibus docuerūt artem dicendi, qm̄ in illis oratio pathetica affectaqꝫ locū habet. Aiaduerſione dignum conſultationē, ſiue deliberationem bifariā eſſe ad publicā vtilitatem, aut ad priuatam, deliberatio publica eſt, vt poſtea dicemus, de opibus, de bello ⁊ pace, de regiōis cu-

ſtodia,de vectigalibus/ac de legũlatione. Deliberatio
autē priuata,eſt conſultatio de quouis priuato bono ſi
agendũ vel nõ agendum ſit:ad deliberationē priuatã
dicunt contionatores,qui vulgo prędicatores dicũtur,
cũ ergo Ariſt.dicit in deliberatiuis nõ cõuenire orõnē
affectã/loquitur in publicis deliberationibus.nã in pri
uatis conueniũt orões,⁊ affectę,⁊ moratę,⁊ accõmo/
datę,vt pꝫ in ꝯtionibus q̃ fiunt ad populũ a p̄dicatori/
bus,i qb⁹ ꝯtiõatores vtunt̄ oī arte afficiēdi auditores.

Quapp etiã in multis locis(ſicut ⁊ prius
diximus)lex ꝓhibet dicere p̄ter reꝫ, ibi autē
ipſi iudices hoc ſeruant ſufficienter.

Cōmēta. Cum declaraſſet orationes affectas parum aut nihil
cõuenire rhetoricis orõnibus,nũc ex dictis concluden
do infert cãm,quare in multis locis bene ꝓhibetur di/
cere p̄ter rem,⁊ dicit.[Quapp etiã in multis locis ſicut
⁊ prius diximus,lex ꝓhibꝫ dicere p̄ter rē,]vt apõ Ario
pagitas,[ibi aũt ipſi hoc ſeruãt ſufficiēter]h̄ eſt ad vn/
guem,non enī ꝑmittunt oratores dicere p̄ter rē,ne affe
ctu cõmoti p̄ter leges iudicēt.¶ Quo aũt ad rē attinet,
aĩaduerte orões affectas,quas patheticas dicũt,eē,in
quibus orator ꝑtim ad reꝫ dicēs oſtendit rem factã vel
non factam,vt cũ dicit.In genere iudiciali,aut reꝫ eſſe
vel non eē,vt cum dicit.In gñe demõſtratiuo,aut rem
fore,vel non fore,vt cuꝫ dicit.In genere deliberatiuo,
partiꝫ autē ad iudicē dicens eum afficit cõmouēdo ipꝫ
ad cõmiſerationē,vel amorem,vt credat,vel fidem ha
beat,hos igit̄ ſermones gręci pateticos vocãt,nos ora
tiones affectas,ſiue affectiuas ꝙ iudicē cõmoueãt, aut
Nõ de affectibus. afficiãt. Circa hęc,quę dicta ſunt,quęritur an orato/
ri dicendo pręter rem liceat afficere iudicē,animumqꝫ
illius cõmouere.Deinde ſi liceat,an potiſſima pars ſit
dicere p̄ter rem cõmouendo iudicem,⁊ prima facie vi/
detur non licere oratori,qui eſt vir bonus dicendi peri
tus(vt inquit Cicero)afficere animum auditorum,qm̃
hoc conceſſo,eſſet permiſſa corruptela,quę viro bono
non cõuenit.pro parte oppoſita eſt,ꝙ ſi affectus ab ar
te dicendi ſubtollerentur,orationes frigidę,atqꝫ leues
Pō Quinti. haberentur. Quintilianus lib° 6° oratoriarũ inſtitu
tionum,animum audiētium afficere non modo orato/
ri licere,verum etiam potiſſimam rhetoricę partē cõſi
ſtere in hoc aſſerit.vnde concludens inquit,huc igitur
incumbat orator, opus eius hic labor eſt, ſine quo
cętera nuda,ieiuna,infirma,igrata ſunt,qꝛ,vt dicit,ope
ris ſpũs,atqꝫ animus in affectibus eſt, pro hac quoqꝫ
ꝑte eſt Cicero vbiqꝫ,⁊ pñt fieri bonę rõnes,p̄ma qdeꝫ,
qꝛ oratoris finis eſt ꝑſuadere,h̄ eſt fidē vel credulitatē
facere his,qui audiũt:veluti finis dialectici eſt opinio/
nē inducere in rñdente.igit̄ quę magis fidē,⁊ credulita
tē inducũt,magis vident̄ oratoria eſſe.Sed affect⁹ mo
uēt magis,ac ꝑſuadēt magis,qꝛ(vt recte ingt Quintil.)
cętera ſunt nuda,infirma,ingrata. Inſuper etiã operis
ſpiritus, atqꝫ animus in affectibus eſt. deinde vt argu/
mētãtur Polus atqꝫ Gorgia apud Platonē, pręcipuũ
oratoris eſt quo dicēdo põt amicis prodeſſe, inimicis
obeſſe,ꝓpinquis beneficia cõferre,ab extraneis bene/
ficia ſubripere.Sed cum dicit orator preter rem mouē
do auditores ad effectus,hoc magis ac magis efficit,q̃/
tenus eniꝫ mouet animũ iudicis,valet pro arbitrio ad/
uerſarios carceri/mortiqꝫ donant,vel expoliãt bonis,
vel vrbe priuãt,⁊ hmõi: amicos quoqꝫ valet e carceri/
bus,morteqꝫ liberãt,etiã ſi ſint horum digni,vt multis
exēplis Ciceronis orationes oñdunt,⁊ illę Demoſthe/
nis,quare hęc ē potiſſima oratoris pars. Pręterea.

Illud videt̄ potiſſimũ oratoris magis ęgregiũ/per qõ
oſtendit̄ licentia agēdi quicqd libuerit,per qõ põt libe
re male,⁊ benefacere:iniurias,⁊ penas inferre,atqꝫ au
ferre,at cum orator cõmouet iudicē hoc potiſſimũ fa/
cit,nemo enim eſt, qui dubitat Ciceroneꝫ atqꝫ Demo/
ſthenēꝫ omnibus libere potuiſſe iniuriã facere,pati ve
ro,minime,qui tamē maximi erant in afficiēdo. ad hęc
in quo cernitur maior laus,honorqꝫ maior, ac ſumma
gloria,id ⁊ videt̄ in dicendo ſumme deſideratuꝫ:⁊ po/
tiſſima pars artis.At maior gloria,laus ⁊ honor ſpectã
tur,quoties orator dicendo adeo animos audientium
mouet,vt iuſta iniuſta eſſe perſuadeat,honeſta eſſe tur
pia,⁊ vtilia fore dãnoſa,⁊ deniqꝫ nigra cãdida audiēs
credat:qõ quidem eo cõſtat,quia hic deprehēditur ma
ior difficultas,veluti maior gloria dialectici eſt,cũ pro/
bat falſum,⁊ de falſo reſpõdenti opinionē inducat: ꝙ
de vero,cognoſcitur eniꝫ in hoc maior agendi difficul/
tas,⁊ ita maior virtus, quę circa difficilia verſat̄. qua/
re cum honor ⁊ gloria ſint virtutis pręmiuꝫ,iure videt̄
oratori potiſſima pars,vt afficiat,eo qꝛ afficiendo diffi
cilius agit.Inſuper id potiſſimuꝫ ac pręcipuũ oratoris
eſt,in quo omnes putant oratorē excelluiſſe, atqꝫ ſum/
mos fuiſſe.At celebres oratores creditũ eſt fuiſſe Cice/
ronē,Demoſthenē,Photionē,⁊ Carneadē.Ciceronē q
dē:qꝛ facile poterat afficiēdo oēꝫ audiēꝫ aĩuꝫ ad fidem
mutare,Demoſthenē ꝯo,qa oēs ſui tpis oratores ſupa/
uit,de q̃ teſte Ariſtochio,Theophraſtus iterrogatus,q̃
lis nã ſibi Demoſthenes orator videret̄. Rñdit ciuita/
te Athenarũ dignus. Photionē autē,q(vt Plutarchus
ingt)acuta q̃dã breuitate apta ad faciēdũ fidē oib⁹ pręe
ſtabat.Carneadē qs dubitat maximuꝫ fuiſſe/eo potiſſi
mũ,vt Plinius ingt.7° hiſtorię nãlis,qm̃ illo argumē/ Cap.30.
tante qd veri eēt,non facile diſcerni poſſet.Quare ſi eo
oratores fuiſſe maximos tradit hiſtoria,quo ipſi pote/
rant aĩos afficiendo obtinere oĩa,⁊ de oib⁹ fidē facere,
hoc videt̄ eſſe ſummum ⁊ p̄cipuũ in oratoris officina.
Stoici quoꝝ finis fuit ſeueritas,ꝓbarũt oratori nõ Op. Stoicorum.
licere p̄ter rem dicere afficiendo aĩum iudicis aut audi/
toris:imo perſuadent id nullo pacto cõuenire ex eo,qꝛ
orator quam regulam ſibi conſtituit,non licet contor/
quere:nam quo licet eam contorquere:regulam quã cõ
ſtituit,ſubtollit,qua ſublata,oratio nulla erit.Cum igit̄
iudex(vt dictum eſt)veluti regula habeatur,fit vt nul/
latenus ſit contorquendus.Quare hi ſunt,qui volũt p̄/
ter rē dicere non eſſe oratori permiſſum,quo fit,vt ora
tor eo ſolo ſit orator,quo dicit ad rē.Pro hac ꝑte Pla
to,⁊ Ariſt.fuerunt.Ariſt.enim partem hanc ꝓbauit pri
mo,quia in ciuitatib⁹ bonis legib⁹ rectis,lege cautũ eſt
ne qs in iudicijs p̄ter rē dicat,vt iudices Ariopagitę ſer
uãt ad vnguē.Hoc ēt legib⁹ cõprobat̄,qb⁹ hodie viui/
mus,nã affectus iudex,atqꝫ ꝓpēdens,vt ſuſpect⁹ ex le/
gibus allegari põt,qõ qdē nõ alio videt̄ eſſe,niſi qa iu
dex dꝫ eſſe vt regula.Uñ ⁊ Ptolemęus mathematicus
li° cētũ enu[tor].ingt.Opꝫ q ꝑ ſtellas recte iudicat,ab ira,
⁊ ab odio,atqꝫ amore eē alienuꝫ.Et Cęſar idē apõ gal/
los tradit. P. Idē Ariſt.ꝓbauit,qa cuꝫ triplex ſit ge
nus dicendi,iudiciale demonſtratiuꝫ, ⁊ deliberatiuũ:
in iudiciali iudex ſumit tm̃ ab oratore rem factam eſſe,
vel non factam eſſe. In demonſtratiuo,reꝫ eſſe vel nõ
eſſe. In deliberatiuo deniqꝫ rē fore,vel nõ fore. Qua/
re ad oratorem nihil aliud pertinere videt̄,quaten⁹ eſt
orator,⁊ bene dicēs,niſi oſtendere rem factam vel nõ
factam,eſſe vel non eſſe,fore, vel non fore. Quo fit,
vt ſolum oratori proprium ſit enthymematibus,⁊ exē/
plis,amplificatione,vel extenuatione vti:⁊ nullo alio.

Tertio pōt idem ꝓbari, vt nouus expoſitor ꝓbat, naꝫ hō triplici cōſtat vita, quo qdeꝫ aīal eſt, vita voluptuoſa cōſtat. Quo ꝟo eſt qd diuinum, ꝯtēplatiua. Quo ꝟo hō: ciuili ac morali. duo itaqꝫ erūt hoīs fines, alter, q in ciuili ipſa vita: quę eſt homini ꝓpria: homo beatur, prudentia. vꝫ. quę eſt ratio recta agēdi/qua habita oēs vtutes adſunt, ⁊ qua habita/hō viuit ſm vtutes. Alter quo viuit in vita hoī ꝓpria, q̄tenus eſt qđdam diuinū, cōtēplatio. vꝫ. reruꝫ diuinarū: qua ipſe, vt diuinum qđdam beatur. Vitę autem voluptuoſę nullus finis accōmodatur ſm peripateticos, lꝫ Epicurei voluptatem ſūmū bonum conſtituerint. Cū itaqꝫ ſint duo hominis fines, duę erunt vię, quibus homo ad vtroſqꝫ fines ꝓficiſcit̄. Altera/quę dicitur doctrinalis, ⁊ ſcientifica: quę diſſecatur in tres, phyſicam. vꝫ. metaphyſicam, ⁊ mathematicam. Hac enim homo peruenit ad contēplationeꝫ rerum diuinarum. Altera quę moralis eſt, qua pergimus ad virtutes, ⁊ demum ad prudētiam, quę eſt ciuilis hominis vitę ſūmum bonum. ⁊ qm̄ ꝑ has vias hō non facile ad fines ꝓficiſcitur, hinc duę quaſi duces adinuētę ſunt facultates, quę gręce organa, latine inſtrumēta dicūtur, altera qua recte ac facile proficiſcimur ad diuinarum rerum contēplationeꝫ, ⁊ hęc dialectica eſt. Altera, qua ꝑ moralem viam facile, recteqꝫ proficiſcimur ad finem ciuilem, qui eſt ſm virtutes viuere: ⁊ potiſſimum ſm prudētiam. hanc gręci rhetoricā, Cicero vbiqꝫ oratoriam vocat. Qua rōne pꝫ id omne eē p̄ter intētioneꝫ oratoris, qđ diuertit a iuſto, ab honeſto, ac ab vtili, veluti p̄ter intentioneꝫ dialectici id omne eſt, quod diuertit a vero. Nam ſicut hoc diuerticulo fruſtamur a fine/qui eſt diuinarum rerum contēplatio, ita a fine ciuili, q̄ eſt prudentia, diuertimur, quoties ad iniuſta, turpia, ac dānoſa diuertimur. Quare cum ſermones patetici, orationeſqꝫ affectę aīos audiētium ab his oībus diuertāt: oīno videtur p̄ter intentioneꝫ oratoris. Quo fit vt nullatenus liceat oratori animū audiētium aut iudicis afficere. Quā etiā rōneꝫ Plato in Gorgia, ⁊ Phedro oſſecit. Pōt hoc idē ꝓbari ſic, oratori nūq̄ꝫ deeſt ipm dicere ad rem, afficere aūt deeſt, poſtq̄ꝫ iudicē ad regulā reduxerit. igit̄ magis neceſſariū eſt oratori dicere ad reꝫ, q̄ꝫ afficere, cuꝫ illud nūq̄ꝫ, hoc aliqñ deſit. Ad hęc 3° lib° topicorum ꝓbat iuſtitiā eē magis neceſſariā hoc pacto, ſi omnes eſſemus iuſti, fruſtra eēt fortitudo. Juſtitia ſiue ſit fortitudo, ſiue nō, ſemꝑ eſt. igit̄ iuſtitia eſt magis neceſſaria q̄ꝫ fortitudo: eodē modo argumētabor, ſi auditores eſſent iuſti/fruſtra eēt ipſuꝫ afficere. At ſiue ſit ipꝫ afficere, ſiue non, ſemꝑ eſt dicere ad rē. igit̄ neceſſariuꝫ magis ipſi oratori eſt dicere ad rē q̄ꝫ afficere. Cū igitur hęc ſint, nō parum hinc inde res hęc dubia eſt, nā auferre affectus, eſſe videt̄ contra ſūmos oratores, ꝑmittere illos, eē videt̄ cōtra ſūmos Phōs. Verum tātos viros ſic mihi videt̄ eē ꝯcordādos, ꝙ ad oratorē ꝑ ſe ſpectet dicere ad rē. per accñs ꝟo, ⁊ q̄ſi de licētia ſcđa, p̄ter rem aīum audiētium cōmouēdo atqꝫ afficiēdo. Dico ꝑ accidēs, quatenus accidit, vt dicat corā iudice vel auditoribus, aut natura ineptis, aut alio quouis modo peruerſis. Dico vero de licētia ſcđa, qm̄ eo vſqꝫ licꝫ p̄ter rē dicere, aīumqꝫ auditoris cōmouere, quouſqꝫ aīus illi⁹ reducatur ad rectum, vt ſit regula: vltra ꝟo nequaq̄ꝫ lꝫ auditoris aīum afficere: ne eā quā orator regulam conſtituerat, ꝑuertat. Ex ijs pꝫ primo recte Ariſt. dixiſſe in ipſis deliberatiuis nullatenus oratori cōuenire vt aīum afficiat eorum, qui in cōtione ſedent. naꝫ populus, qui illic iudex eſt, ſumme eſt affectus. Qr ſi vltra afficiatur, diuertetur a recto. Jn iudicialibus ꝟo, ac demonſtratiuis eatenus lꝫ afficere, quatenus aīus eoruꝫ, qui audiūt, ad rectuꝫ deducit̄, vt ſit regula, vltra ꝟo hoc, non licet. Scđo patet non iniuſte Platonem oratores ſui tēporis appellaſſe adulatores, nā, vt duplex eſt facultas medendi, altera vera, quę curat ſm regulas, ⁊ nihil prętermittit de neceſſarijs in arte ſua, altera adulatoria, vt coquinaria, quę cū his, quę medicus miniſtrat, placita miſcet, guſtuiqꝫ iucunda. Medendi facultatem quideꝫ, q̄ guſtui placere intendit, adulatoriam ac coquinariā vocat, eam vero, quę principaliter ęgroto prodeſſe intendit, ⁊ per accidens quaſi de licentia ſecunda ei placere: medendi veram facultatem eſſe aſſerit. Simili modo rhetorica, quę quidē principaliter ac per ſe intendit animum iudicis afficere: ac cōmouere, adulatoria rhetorica a Platone, quę ꝟo per ſe ad rem dicit iuſta perſuadendo, ⁊ iniuſta diſſuadendo, hęc vera, ⁊ pręcipua rhetorica dicitur. Hanc Ari. hic, ⁊ Plato in Gorgia, ⁊ phedro, ⁊ alij pręcipui Phi laudauerunt. Tertio quoqꝫ ex hiſce patet recte Platonem rhetores ſui temporis a rebuſpu. abieciſſe, ⁊ tāq̄ꝫ peſtes pernitioſas fugaſſe: ꝙ. vꝫ. rerum pub. fuerint peruerſores. Nam hi erant, qui ſolum ⁊ pręcipue pręter rem dicendo, animos iudicuꝫ ꝑuertere ſtudebant: quiqꝫ iuſta eſſe iniuſta, honeſta eſſe turpia, vtilia eſſe dānoſa perſuadebant. Hi enim ſeducebant omnium hoīuꝫ animos ab humano fine diuertendo, quod diximus eē viuere ſm virtutes. quibus facile rationes diluuntur, quę pro prima opinione inductę ſunt. Naꝫ oratoris finis, quatenus vir bonus eſt dicendi peritus, eſt perſuadere honeſta, iuſta, atqꝫ vtilia. diſſuadere ꝟo iniuſta, turpia, ac dānoſa. Per accidens autē eouſqꝫ iudicuꝫ atqꝫ audiētiuꝫ animos afficere oratori licet, quouſqꝫ ad rectū redeat, quo poſſit regula eē. Diluitur ⁊ ſcđa nam (vt Plato in Gorgia inq̄t) amicis tunc ꝓficimus, cuꝫ de cōmiſſis ſceleribus eos puniri ꝑmittimus: cum melius ſit hominibus de cōmiſſis ſceleribus puniri, q̄ꝫ impune liberari, quod longis rationibus ꝑſuadet. Ariſtoteles ꝟo aſſerit nos amicis eouſqꝫ prodeſſe poſſe, quouſqꝫ honeſta, iuſta, ⁊ vtilia ſeruamus: quippe cum amicis nemo teneatur, niſi vſqꝫ ad aras. Vtrum ꝟo officioſi viri ſit obeſſe inimicis, Ari. ꝓcedit, Plato diſputat. Diluit ēt Plato rōnē tertiā ꝙ libertas iferēdi iniurias, ⁊ eiuſmodi mala agēdi, nō ſit facere, ſed deficere. cum mala facere ſit ab ente deficere, eſt enim malum non ens. Quare licentia faciendi qđuis, modo ſeruetur honeſtum, iuſtum, ac vtile, eſt licentia faciendi. licentia ꝟo inferendi iniurias, penaſqꝫ auferendi ab ijs, qui eas merentur, cum ſit malefacere, non erit licentia faciendi, ſed potius deficiendi. Jn deo enim eſt ſumma agendi libertas, qui praua facere non poteſt. Simili modo deletur quarta ratio, nam agendi difficultas eſt in agendo: At qui facit de nigris candida, deqꝫ candidis nigra, perſuadet iuſta eſſe iniuſta, honeſta eſſe turpia, atqꝫ vtilia dānoſa: hic non facit, ſed potius (vt Plato inquit) deficit: ſi quidem male facere non eſt facere, nec poſſe male facere ſit poſſe. Quare nec difficultas faciendi mala: eſt difficultas. Quo fit, vt rhetores qui peruertunt hominum animos, nihil facile aut difficile faciant. Vltima deniqꝫ rō delebitur. ꝙ Cicero, Demoſthenes, Phocion, ⁊ Carneades non eo fuerint alijs excellentiores, quo iuſta eſſe iniuſta, honeſta eſſe inhoneſta, ⁊ vtilia eſſe damnoſa perſuaſerint, ſed quo excellentius, ⁊ magis iuſta, honeſta, ⁊ vtilia reipu. confirmarunt, quia, vt dicebāt, malefacere nō eſt facere, ⁊ ſic praua ꝑſuadere nō eſt ꝑſuadere. Hęc ſūt, q̄ mihi vident̄ in tāto q̄ſito.

artificioſa ἐντεχνος artificialis
De gñe rhetoricę.

¶ Quoniam autem manifeſtum eſt, ꝙ artificioſa methodus quidem circa perſuaſiones ſit: perſuaſio autem demonſtratio quędam nam tunc maxime credimus, cum demonſtratum eſſe exiſtimauerimus. Eſt autem rhetorica demonſtratio, enthymema: ⁊ eſt hoc (vt ſimpliciter dixerim) principaliſſima perſuaſionum. Enthymema autem ſyllogiſmus quidaꝫ eſt. De ſyllogiſmo ꝟo ſimiliter omni dialecticę eſt videre, aut ipſiꝰ

δὴ itaqꝫ δὲ aūt

totius, aut partis alicuius: palam itaqꝫ eſt, quoniam qui maxime hoc poteſt conſiderare, ex quibus, ⁊ quo modo ſit ſyllogiſmus, iſte, ⁊ enthymematicꝰ vtiqꝫ erit, maxime aſſumens ⁊ circa qualia quędam ſunt enthymemata, ⁊ quas habet differentias ad logicos ſyllogiſmos. Nam ⁊ verum, ⁊ veriſi̅le eiuſdem potentię videre eſt.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Hactenus de eorum erroribus, qui dixerunt potiſſimam rhetoricę partem conſiſtere in afficiendo. at nũc quędam de genere rhetoricę interſerit, nam in quo genere rhetorica ipſa continetur, non parua q̃ſtio eſt. nec inutilis eſt hęc pertractatio, cum enim ſciuerimus genꝰ rhetoricę, facile patebit quo modo rhetorica ip̃a exponenda ſit: cuꝫ artes genere diuerſę diuerſimode tractẽtur. Ariſtoteles ergo determiat genus rhetoricę, ⁊ vult eam eſſe in genere logicę, aſſerit eniꝫ logicã genus qđdam eſſe, quod ſub ſe continet rhetoricam, topicã, analyticam, ⁊ poeticam: nititur autem probare Ariſto. rem hanc vnica ratione, quę tamen poteſt reſolui in tres, q̃rum prima eſt, rhetorica eſt de enthymemate, q̃ eſt vna ſyllogiſmi ſpecies: de quo ſyllogiſmo i vniuerſo eſt logica, ergo rhetorica eſt de genere logicę. Cum enim rhetorica ſit de vna ſyllogiſmi ſpecie, quę eſt enthymema, ad logicã, quę de omnibus ſyllogiſmis eſt, attinet, tãq̃ ad proprium genus. circa hanc rationem ſic procedit Ariſt. quia primo ſũmit quędam pręter rationem pręſentem, quę tamen vtilia ſunt ad intelligendum terminorum rationes. Secundo ſũmit ea, quę attinẽt ad hãc rationem. Quantum ad primam partẽ dicit. ⌊Quoniaꝫ autem manifeſtũ eſt ꝙ artificioſa methodus quidẽ⌋ .ſ. rhetorica ipſa artificioſa ⌊circa perſuaſiões ſit,⌋ ⁊ de ꝑſuaſionibus. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, per artificioſam methodum intelligit rhetoricam artificioſaꝫ, quã artificioſam vocat, propter eam rhetoricaꝫ, quę habet̃ aut temere, aut vſu. Hęc enim non eſt de ꝑſuaſionibus artificioſis. aut dixit artificioſam methodum ad differẽtiam eius methodi, quę ſit ſine arte per teſtes. vꝫ. quęſtiones ⁊ tormenta de qua poſtea. Hoc itaqꝫ pręter rationeꝫ primo aſſumit. vꝫ. ꝙ artificioſa methodus ſit de perſuaſionibus, ⁊ tota ſeries textus legatur ſuſpenſiue vſqꝫ ibi. ⌊Palam itaqꝫ eſt,⌋ deinde aſſumit ſcđm, quod etiam eſt pręter pręſentem rationẽ, ⁊ dicit ⌊Perſuaſio autem demonſtratio quędam eſt,⌋ cuius cauſam aſſignat, ⁊ dicit. ⌊Nam tunc maxime credimus, cuꝫ demõſtratum eẽ exiſtimauerimus.⌋ iudices eniꝫ atqꝫ auditores tunc p̃cipue credunt, cum putauerint rhetores demonſtraſſe. Quare ꝑſuaſio quędam eſt demonſtratio: ⁊ dixit ⌊quędam⌋ quoniaꝫ ꝑſuaſio non eſt ſyllogiſmus demonſtratiuus ſimpl'r, ſed quodãmodo, quoniaꝫ ad rhetores ita ꝑſuaſio ſe habꝫ, vt demõſtratio ad Phos. deinde ſũmit tertium, quod etiaꝫ p̃ter p̃ſentem rationẽ eſt, ⁊ dicit. ⌊Eſt aũt rhetorica demõſtratio enthymema, (vt ſimpl'r dixerim) principaliſſima ꝑſuaſionum,⌋ hoc eſt rhetorica demõſtratio, quę eſt ſimpl'r principaliſſima, eſt enthymema: ⁊ non exẽplum, quoniaꝫ enthymema ita ſe habꝫ ad rhetorem, vt demonſtratio ad Phm. Exẽplum ꝟo, non eſt principaliſſima ꝑſuaſio: cum nõ ſit ita efficax, vt enthymema vt poſtea dicetur. Hęc ſũt tria: quę p̃ter rationem pręſentem ſumpſit, fuerunt aũt vtilia, q̃a per hęc ſcimus, q̃d ſit enthymema, quo vtunt̃ rhetores, ſcimus enim ꝑ hęc, ꝙ enthymema ſit perſuaſio, ⁊ demonſtratio rhetorica, ⁊ p̃cipua perſuaſionum. Deinde aſſumit ea, quę ſunt vtilia ad pręſentem rõnẽ: ⁊ dicit. ⌊Enthymema autẽ ſyllogiſmus eſt quidam,⌋ ⁊ dixit ⌊quidam,⌋ quia non eſt ſimpl'r ſyllogiſmus, ſꝫ apud rhetores, cum eam vim habeat apud rhetorẽ, quam hꝫ ſyllogiſmus apud Phm: hoc eſt primum: quod ad rationem ſũmit. deinde ſũmit ſcđm, ⁊ dicit. ⌊De ſyllogiſmo ꝟo ſimil'r omni dialecticę⌋ hoc eſt logicę ⌊eſt videre.⌋ dico logicę eſt videre ⌊aut ipſius totius, aut ꝑtis alicuius⌋ .ſ. prioriſticę/ nam in libro priorum agitur de oĩbus ſyllogiſmis, ⁊ de exẽplo, ⁊ enthymemate. ⁊ ꝑ dialecticam non topicam, ſed logicam intellexit, ex his concludit propoſitum, ⁊ dicit. ⌊Palam itaqꝫ eſt, quoniam qui maxime hoc põt cõſiderare⌋. vꝫ. ⌊ex quibus, ⁊ quo modo ſit ſyll's, iſte ⁊ enthymematicus vtiqꝫ erit.⌋ hoc eſt ad hunc de enthymematibus ꝑtractare maxime ſpectabit. Quare ſit, vt rhetorica, quę principal'r de enthymematibus eſt, logicę pars ſit, cum ſit de parte eius, de quo omni eſt logica. Hęc ergo eſt prima ratio, rhetorica eſt de enthymemate, quę eſt pars eorum, de quibus omnibus eſt logica. igitur rhetorica eſt ſpẽs logicę. vñ ratio ſic cõponitur facultas, quę eſt de parte logicę. eſt logica rhetorica artificioſa eſt de parte logicę, quia de enthymemate. ergo eſt logica. Deinde tangit ſcđam rationeꝫ, ⁊ dicit. ⌊Maxime aſſũmens, ⁊ circa qualia q̃dã ſunt enthymemata, ⁊ quas differẽtias habꝫ ad logicos ſyllogiſmos⌋ logica eniꝫ aſſumit ex quibus ⁊ qualibus ſunt enthymemata, ⁊ quas differẽtias habẽt ad ſyll'os, ⁊ ſic logica eſt rhetorica, ⁊ ita rhetorica eſt de genere logicę. Cum eniꝫ logica eamet ſumat, quę rhetorica, iure videtur eiuſdem generis eẽ, ⁊ alteram ad alteram attinere. Demum tangit tertiam rationem, ⁊ dicit. ⌊Naꝫ ⁊ verum, ⁊ veriſimile eiuſdem potẽtię eſt videre⌋. q. d. cũ logica agat de veriſimilibꝰ, de quibus ⁊ rhetorica agit, igitur altera ad alteram attinere videtur, vt ad ſuuꝫ genus. Ecce quõ ratio eſt vna: diſſoluitur auteꝫ in tres, vt conſideranti pꝫ. ſic igitur rhetorica eſt de gñe logicę tũ quia, eſt de parte eoꝝ de q̃bus agit logica, vt de enthymemate. tuꝫ etiam, quoniã logica ⁊ rhetorica agunt de differentijs enthymematum, ⁊ de ijs ex quibus enthymemata ſunt. etiam quoniã agunt de veriſimilibus.

¶ Simul autem ⁊ homines ad veritateꝫ nati ſunt ſufficienter, ⁊ in pluribus adipiſcuntur veritatẽ, ꝓꝑ qđ ad ꝓbabilia ꝯiecturabil'r ſe habere, eſt ⁊ ad veritatẽ ſil'r ſe habentis.

nati ſunt πεφύκασιν apti nati ſunt

Cõmẽtaᵐ. ¶ Ultima rõ põt hoc pacto ſtrui, hoies ſunt nã logici, hoies ſunt nã rhetorici. g̊ in 3ª figura rhetoricus eſt logicus, ⁊ ita rhetorica erit logica ſiue logicę ſpẽs. De rõne ſumit aliquid loco maioris, ⁊ dicit. ⌊Simul autem⌋ ſubaudi cum ijs, quę dicta ſunt, ⌊⁊ hoies ad veritateꝫ nati ſunt ſufficienter,⌋ hoc eſt dicere, ſimul autem cum rationibus dictis, eſt veruꝫ ⁊ homines eẽ natos ad veritatem

ritate m ſufficiēter,quoniā hn̄t omnia,per quę poſſunt
conſequi veritatem. Habēt eni ſenſus,⁊ intellectuz,per
quos ſufficiēter hoīes naſcūtur ad veritatez acqrendā,
[et] ꝓpter hoc qa habent omnia per quę pn̄t veritatez
adipiſci,[in pluribus] hoīes[adipiſcuntur veritatem,]
cum laboꝛant ad ingrendam veritatē. Per hęc Ariſto.
vult habere,hoīem naſci natura logicum,idez enim vī
naſci ad veritatem,⁊ naſci logicum. Sola enim logica
eſt veritatis inquiſitiua. Adde minoꝛē.vz.homines na
tura naſcuntur rhetoꝛici,hanc enim ſupponit tāq̄ no
tiſſimam,quia omnes naſcuntur cum aliqua viuēdi ra
tione,naſci autem cum aliqua viuendi ratione eſt naſci
rhetoꝛicum,tunc dat aliquid loco concluſionis,⁊ dicit.
[pꝛopter quod ad pꝛobabilia coniecturabiliter ſe hr̄e]
hoc eſt rhetoꝛice ſe habere ad pꝛobabilia,[eſt ſimil'r ſe
habentis ad veritatem] hoc eſt ad logicam,quaſi dicat.
igitur vnus ⁊ idem eſt rhetoꝛicus,⁊ logicus,⁊ ſic videt̄
rhetoꝛica eſſe logica. ¶ Quo ꝯo ad verba attinet,per
coniecturabiliter ꝓbabilia,veriſimilia intelligit,quęq̄z
perſuaſibilia dicuntur,de quibus rhetoꝛica eſt. Per ve
ritatem,intelligit logicam,quę eſt veritatis inquiſitiua.
attentione dignum,ea,ex quibus rationes conſtant,eē
aut vera,aut veriſimilia,aut pꝛobabilia, aut pꝛobabili
ſimilia.vera quidem ſunt,quęcūq̄z,ita ſunt ſicuti ſigni
ficant,vt ſubeſſe pꝛimis cauſis,filios eſſe parētib' ſimi
les,non contrariari ei,quod vice verſa non cōtrariat̄,
ſimile ſuo ſimili eſſe vtile,⁊ ipſum augere. Hęc eniz di
cuntur vera,quia ſicuti ſignificant ita ſunt. veriſimilia
autem ſunt,quęcūq̄z a veris ſumuntur,quęq̄z ſunt qua
lia fieri debent ſm rectam rationem. vt obedire parēti
bus,quod accipitur ab illo vero,qđ eſt,ſub eſſe pꝛimis
cauſis. vt filios imitari parentes,quod ab illo ꝯo oꝛit̄,
quod eſt filios ſimiles eſſe parentibus. vt eos non lędē
re,qui nobis non ſunt inimici,quod ab illo vero pꝛo
ficiſcitur,quod eſt non contrariari ei,quod vice verſa
non contrariatur. vt amicis benefacere,quod ex eo ve
ro naſcitur,quod eſt ſimile ſuo ſimili eē vtile,⁊ augere
ipſum. Sunt itaq̄z illa vera,quia in re ita ſunt ſicuti ſi
gnificant,hęc veriſimilia,non ex eo quia ita ſunt,vt ſi
gnificant,ſed quia debent,aut expedit fieri,⁊ pꝛopter
hanc cauſam perſuaſibilia dicuntur,atq̄z coniecturabi
liter pꝛobabilia,ac rhetoꝛica. Uera autē dicuntur logi
ca ſiue ſpeculabilia,qa ille qui ſpeculatur,illa intendit.
At pꝛobabilia ſunt,quęcūq̄z ſapientioꝛibus maximis,
atq̄z pꝛęcipuis videntur,vt ſolez eſſe terra maioꝛē,ſub
terra non eſſe vacuum,aquam firmari in terrā ipſam,
⁊ cętera id genus. Inſuper lignum poſſe eſſe nigruz,ho
minem poſſe non ſcribere,canem latrare,⁊ id genus.
Hęc enim pꝛobabilia dicuntur ⁊ logica. pꝛobabili ſi
milia,quęq̄z ſophiſtica dicuntur,ſunt,vt album poſſe
eſſe nigrum,quia ſi lignum poteſt eſſe nigrum,⁊ albuz
eſt lignum, album poterit eſſe nigrum. Simili ratio
ne ſcribens poteſt non ſcribere, quia homo poteſt
non ſcribere, ſcribens eſt homo, ergo ſcribens po
teſt non ſcribere. Eodem quoq̄z argumento ſidus la
trat, quia canis latrat, ſidus eſt canis. ergo latrat ſi
dus. Ex ijs omnes rationes fiunt,ex veris enim ſciē
tiam faciens demonſtratio. Ex veriſimilibus fidem
generans enthymema ⁊ exemplum. Ex pꝛobabilibus
opinionem efficiens dialecticus ſyllogiſmus. Ex pꝛo
babili ſimilibus faciens deceptionem cauillus ſiue pa
ralogiſmus. Sed quo modo homines ad veritatē na
ti ſint,⁊ in pluribus veritatem adipiſcantur,non eſt ex
ploꝛatum. Nam homines maioꝛe vitę tempoꝛe viuūt
in ignoꝛatione, quę eſt veritati oppoſita, vt ſcribit
Ariſto. libꝛo de anima ſecundo. Egidius vir peripa
teticus per veritatem non eam,quę eſt finis ſpecula
tionis intelligit, ſed eam, quę eſt ratio quędam vi
uendi,quęq̄z facit ad vitę regimen. Ad hanc dicit ho
mines eſſe natos, ⁊ hanc in pluribus conſequi natu
ra. Idiotę enim viuendi rationem natura conſequun
tur,⁊ omnes fere,aliqua ex parte,⁊ tunc ratio Ariſto.
aliter eſt intelligenda,quia ſm hanc expoſitionē Ari
ſtoteles minoꝛem accepit,quę eſt ꝙ homines ſint rhe
toꝛici,maioꝛem ꝯo.vz.ꝙ homines ſint logici ſuppo
ſuit. Melius autem dicendum vt expoſuimus. Ariſt.
intellexiſſe per veritatem logicaz ipſam,quatenus ve
ritas eſt finis ſpeculationis,quę in logica conſiſtit. Ad
hanc nos eſſe natos,teſtantur ſenſus ⁊ intellectus,qui
bus eam conſequimur,qui nobiſcum naſcuntur,hanc
in pluribus conſequimur,cum inſudauerimus eā adi
piſci natura ipſa,dirigente,non enim intelligit nos eē
in ipſa veritate pꝛo maioꝛe vitę tempoꝛe. Sz quoties
ad eam adipiſcendam inſudauerimus,plerūq̄z nos eā
adipiſci intellectu ac ſenſib' nobis cōnatis magiſtris.

¶ Quod igitur ⁊ ea,quę alij negociant̄ ſint extra rem, ⁊ cur magis declinauerunt ad iuriſdictionem,manifeſtum eſt.

declinauerūt ad iuriſdictionem

ἀπονενεύκασι προς το δικολογειν

diuerterunt ad te ligare

¶ Nunc epilogat contra antiquos,qui de arte inſuffi
cienter tradiderunt,⁊ dicit.[Quod igitur ⁊ ea,que alij
negotiantur,ſint extra rem.] nam ſolum de arte affici
endi iudices tradiderunt,[⁊ cur magis declinauerunt
ad iuriſdictionem] hoc eſt ad artem afficiendi iudices,
[manifeſtum eſt,] declinauerunt enim magis ad artez
afficiendi iudices,quia ſolum vnum eſſe dicendi ge
nus arbitrabantur. vz.iudiciale,cętera neglexerūt. Epi
logauit autem contra antiquos poſt declarationez ge
neris rhetoꝛicę, quoniam erroꝛ eoꝛum magis pateſit
per ea,quę dixit de genere rhetoꝛicę,nam cum pꝛoba
tum ſit logicam eſſe genus rhetoꝛicę, ex eo quia eſt
ipſa rhetoꝛica pꝛincipaliter de enthymemate,pꝛopte
rea ſequitur antiquos,qui non de enthymemate dixe
runt,ſed de arte afficiendi,eſſe pꝛęter rem negotiatos,
cum nihil de pꝛincipali/hoc eſt de enthymemate ſint
locuti, quod eſt oꝛationis neruus. Sequitur etiaz eos
magis ad iudicialia declinaſſe, quoniam ars afficien
di pꝛęcipue in hoꝛum genere locum habet. ¶ Quo
ꝯo ad verba attinet, declinauerunt ad iuriſdictionez
gręce ſunt, ἀπονενεύκασι προς το δικολογειν,
apud veterem tranſlationem leguntur diuerterūt ad
litigare. hoc eſt ſolum ad genus foꝛenſe, in quo oꝛa
toꝛes ſolum dicunt accuſando vel defendendo in li
tigijs. ¶ Sed hęc quę Ariſto. dixit de rhetoꝛice ge
nere, habent quęſtionem pꝛimo,quia plures fuerunt
oꝛatoꝛes,⁊ quidem celeberrimi, qui tamen nullam lo
gicę partem percalluerunt. Non igitur rhetoꝛica vi
detur eſſe logica. deinde logica oꝛdinatur ad veri no
titiam. Rhetoꝛica autem ad fidem inducendam in au
dientibus,ergo non poſſunt eiuſdem generis eſſe. De
genere rhetoꝛicę varię fuerunt opiniones. nam alij ar
tem dixerunt eē genus rhetoꝛicę, quod ⁊ Ariſt. ſentire
videtur, cum eam appellauerit methodum artificio
ſam. Nonnulli rhetoꝛicę genus pꝛudentiam eſſe au
tumant ꝙ pꝛudentia ſit recta agendi ratio,⁊ rhetoꝛi
ca ſimiliter, quas opiniones Quintilianus vtraſque
affirmat. Boetius libꝛo 4° de differentijs topicis ge
nus rhetoꝛicę facultatem conſtituit, ꝙ ea facile dica

De genere rhetoꝛice.

mus.Grãmatici rhetoricę genus grammaticaz eſſe vo⸗lunt,propterea ꝗa ornatus eſt potior pars,de qua agũt grãmatici.Uictorinus genus rhetoricę fecit qualitatẽ, quia qualitate quales, ⁊ rhetorica rhetorici dicimur. Sed hę poſitiones non videntur proprię,quia aut ge⸗nera tangunt remota,aut genera per accidens,propte⸗rea fuerunt alię magis ad rem accedẽtes, quarum pri⸗ma eſt ꝙ rhetorica ſit ſpecies naturalis phię, ꝙ hęc ſit de affectibus animę,de ꝗbus agit naturalis phia,quaz poſitionem Socrates ſecutus eſt,quia ſcientia de vir⸗tutibus voluit eſſe moralem,virtuteſqꝫ ipſas ſcientias appellans,de affectibus ꝟo rhetoricaz,quę eſt phię na⸗turalis quędam pars.Secũda ꝟo poſitio aſſerit rheto⸗ricam eſſe ſpeciem pręcipuam atqꝫ maximam faculta⸗tis ciuilis,nam lꝫ ſub ciuili plures contineantur partes ſiue ſpecies,pręcipua tamen eſt rhetorica,quę verſatur circa complura in ciuili ſcientia pertractata.Hãc opi⸗nionem,vt dicet poſtea Ariſto. finxerunt primo pro⸗pter ignorantiam,quia differentiam inter rhetoricaz ⁊ ciuilem ignorauerunt Deinde ob gloriam atqꝫ hono⸗res.Cum eniz ciuilis ſit cęteris honorabilior, rhetores hoc id credunt honoratiores eẽ.Poſtremo ob cauſas humanas hoc eſt ob potentiam ⁊ lucrum,rhetores eni dum ſe ciuiles faciunt,⁊ potentiores, ⁊ ditiores ſe effi⸗ciſſe putant,quippe cũ ciuiles ⁊ potentia,⁊ diuitiꝫs aliꝫs pręſint.Hanc opinionez Cicero in veteri rhetorica ſe⸗qui videtur,cum inquit hanc eſſe magnam,⁊ amplam ciuilis partem,cuius rationez Boetius noſter aſſignat 4° de differentijs topicis ex eo ꝙ rhetorica circa quę⸗ſtiones verſatur,circa quas ciuilis diſquirit. Uerſatur enim circa hypotheſes,quę ciuiles quęſtiões ſunt.qua⸗re cum vtreqꝫ de eiſdem ſint,videntur eiuſdem gene⸗ris eſſe,ſic enim erat prima Ariſto.ratio.¶ Ariſt pho⸗rum Princeps rationem generatim bifariam diuiſit, inſimulatam,quę principaliter ad delectandum, ⁊ de⸗inde ad mores inducitur,⁊ in veram quę ad credulita⸗tem de aliqua re inuenta eſt.Quę autem ad credulitatẽ inuenta eſt,quadrifariam diſtinguitur ab eodem,nam alia eſt,quę ex veris ⁊ neceſſariꝫs ſcientiaz efficit,⁊ hęc ratio dicitur demonſtratio,alia quę ex veriſimilibus fidem generat,vt enthymema,⁊ exemplum.Tertia au⸗tem,quę ex probabilibus opinionem,vt ſyllogiſmus. Poſtrema quę ex ſimilibus probabili deceptionez,vt paralogiſmus,hinc quinque fuerunt rationales facul⸗tates,poetica,quę de ficta ratiõe agit,analytica, quę de demonſtratione,rhetorica,quę de enthymemate,⁊ exẽ⸗plo,topica ſiue dialectica,quę de ſyllogiſmo,⁊ ĩductio⸗ne,⁊ ſophiſtica,quę de cauillis.⁊ quoniam hę omnes circa rationem verſantur.Erunt igitur omnes rationa⸗les,quare ⁊ logicę.quo fit,vt logica ſit genꝰ has omnes ſub ſe continens.Nos autem inter hos conſulentes di⸗cimus rhetoricę tres materias poſſe aſſignari, aliam ꝗ⸗dem propriam propinquam,atqꝫ per ſe, vt actus ra⸗tionis,quę dicuntur perſuaſiones exemplum.vꝫ.⁊ en⸗thymema.Hęc eniz materia rhetoricę ſunt per ſe pro⸗pria atqꝫ propinqua,aliam ꝟo per ſe remotam tamẽ, ⁊ hęc ſunt virtutes,⁊ quęſtiones ciuiles, quę hypothe⸗ſes ſiue cauſę dicuntur.Hęc eni ſunt materia,circa quã verſatur rhetorica,ſed remota,quia non niſi actibꝰ ra⸗tionis accerſitis.aliam deniqꝫ materia eſt,quę per acci⸗dens eſt,vt affectus,circa hos enim per accidens rhe⸗tor verſatur,quatenus iudices per ſe ſunt,quibus cum rhetor perſuadere non poſſit ex iꝫs,quę ſunt ad rẽ,mo⸗uet eos ad affectus,vt per eos inducat fidem, ⁊ ſic per

Diuiſio logice.

accidens rhetor verſatur circa affectus,hinc patet rhe⸗toricam trigeniam eſſe,quia eſt ſpecies logicę ratione habita ad materiam per ſe propinquam.Eſt ſpecies ci⸗uilis facultatis ratione habita ad materiaz per ſe remo⸗tam.eſt ſpecies nãlis phię rõne habita ad per accidens materiam.Aſtipulatur hinc Ariſt.qui in hoc libro agit de actibus rationis enthymemate, ⁊ exemplo, quate⸗nus rhetorica eſt de genere logicę. Agit de virtutibus atqꝫ quęſtionibus ciuilibus,quo ipſa eſt ciuilis facul⸗tatis particula.Agit de affectibꝰ,quo ipſa eſt pars phię naturalis.Et lꝫ trigenia rhetorica ſit, ꝑncipalius eſt de genere logicę,quoniam facultas omnis magis a prin⸗cipaliore materia ſortitur genus.At materia principa⸗lior rhetoricę actus rationis eſt.Tunc rationes quę op⸗poſitum probabant,diluuntur,prima quidez,quia nul⸗lus fuit orator abſqꝫ logica,ꝗa nullus orator fuit abſ⸗qꝫ rhetorica,quę eſt ſpecies logicę.Secunda ꝟo, quia lꝫ rhetorica differat fine a dialectica,nõ tamẽ differt fi⸗ne a logica,cuius ipſa eſt pars.Idem enim finis eſt to⸗tius,⁊ partis.Hactenus de genere rhetoricę.

¶ Utilis autez eſt rhetorica, ⁊ ꝓpterea quis vera ⁊ iuſta ſunt natura meliora contrarijs, vt ſi non ſm conueniens iudicia fiant,neceſ⸗ſe ſit,in ipſis vinci.Hoc autem eſt dignum increpatione.

De vtilitate rhetorice
conueniens προσηκον
rectum
vt ωστε
quare
in ipſis δι' αυτων
per ea
ꝓpter ipſa
increpatione επιτιμησεως
vituperatiõe

¶ Hactenus de procmio in ſe,vbi determinauit de qui⸗bus eſt rhetorica,⁊ quę ſit,ꝗliſue nunc accedit ad proę⸗mium quo ad auditores,vbi oſtendit rhetoricam vti⸗lem eſſe,ac bonam.Sic enim auditores ⁊ beniuolos, ⁊ attentos reddit.Eſt autem ꝑma rhetoricę vtilitas cõ⸗munis omnibus artibus atqꝫ ſcientiꝫs,naz omnis ars, omniſqꝫ ſcientia regula quędam eſt,qua dirigimur ad agendum,vel faciendum,vel contemplandum.Eſt eni ars recta ratio operandi.Medicinalis eniz recta ratio eſt,qua eligimus conuenientia pro ſanitate inducenda, ⁊ fugimus contraria,quę ſanitati aduerſantur. Simil'r phia ipſa recta ratio eſt,qua eligimus conuenientia ꝓ veritate habenda,⁊ fugimus contraria,quę impediunt ſcire veritatem,⁊ in cęteris artibus eadez ratiõe.Qua⸗re cum rhetorica ſit quędam ars,per eaz quatenus ars eſt perſuadendi,ſciemus eligere conuenientia ad ꝑſua⸗dendum,⁊ euitare contraria,⁊ ſciemus vincere iudices ignorantes,atqꝫ peruerſos,quando ignorant recta iudi⸗cia.Sciemus dico eligere conuenientia hoc eſt,vera,⁊ iuſta:quę ſuis contrarijs meliora ſunt.⁊ euitare cõtra⸗ria his,procedunt autem ſic.[Utilis autem eſt rhetori⸗ca vt ſi]a iudicibus ignorantibus atqꝫ peruerſis [non fiant iudicia ſm conueniens]ac ſm rectum ab eis,[ne⸗ceſſe ſit in ipſis]peruerſis iudiciꝫs[vinci]atqꝫ increpa⸗ri.ergo prima vtilitas eſt,vt ignorantes,ac peruerſi iu⸗dices compellantur afferre recta iudicia in cauſis.com⸗pellantur quidem tum ex iꝫs,quę ad rem ſunt argumẽ⸗tando,tum ex ijs,quę pręter rez ſunt afficiendo.Inter⸗poſuit autem quędam verba vt remoueat tacitaz obie⸗ctionem,quia aliquis dicere poſſet,propter quid debe⸗mus compellere iudices ad recta iudicia proferẽda,cũ perſępe recta iudicia atqꝫ decreta nobis obſint, quaſi reſpondendo interpoſuit ſolutionem,⁊ dixit.[Et pro⸗pterea quia vera, ⁊ iuſta ſunt natura meliora contra⸗rijs]ſuis.ſ.falſis,atqꝫ iniuſtis,dico[nã]h eſt ſimpl'r,ꝗa aliqñ falſa ac iniuſta ſunt mihi vel tibi meliora.q̃re qꝛ vera ac iuſta ſunt ſimpliciter meliora ſuis contrarijs,

ideo

ideo pᵃ rhetoricę vtilitas eſt cōpellere puerſos, ac ignorantes iudices ad vera ac iuſta pferenda in decretis. et qa aliquis poſſet ambigere nūquid iudices, qui peruerſe iudicant ſint increpādi, videt̄ enim qđ non ſemper, cum peruerſa iudicia ſint aliquādo bona, ſaltez alicui, quaſi reſpondēs dicit. [Hoc autem] .ſ. pferre peruerſa iudicia eſt dignum increpatione, ſaltem ſimpliciter, qa lz alicui ſit bonum, ſimpliciter eſt malum. ¶ Quo ℞o ad verba attinet, verbuz vera, non accepit Ariſt. p veris, quę ſunt finis ſpeculationis, ſed pro vtilibus, honeſtiſqz. nam rhetor dicit ad honeſta in demōſtratiuo genere cum laudat, ad vtilia, cum dicit in deliberatiuo genere cum hortatur, ad iuſta autē, cum in iudiciali dicit, accuſando vel defendendo, nam per iudicia non ſoluz iudicum decreta in cauſis forenſibus itelligit, ſed oiuz eorum, qui audiunt rhetoricas orationes, ſiue ſit iudex in foro, ſiue ſit ſpectator in theatro, ſiue ſit conſul in cōctionibus et per contraria intelligit ea, quę his omnibꝰ oppoſita ſunt, vt dānoſa, turpia, et iniuſta. verbum conueniēs, gręce eſt προσηκον, qđ latine rectum etiaz dici poteſt. verbum vt, gręce eſt ωστε, quod non p illatiua particula accepit, ſed potius p coniūctiua, vt nos trāſtulimus. verbuz in ipſis gręce eſt, δι᾽αυτων, h eſt per ipſa, veruz hic δια accepit pro in, vt mihi videt̄, in veteribus trāſlationibus, verba hoc autē eſt dignuz increpatione, nō ſic legūtur, ſed cum dictione cauſali, q̄ eſt eniz. et poteſt habere bonum ſenſuz, qm̄ intelligēdo vinci p increpari, erit ſenſus, vt ſi nō ſm conueniēs iudicia fiant, neceſſe ſit in ipſis increpari. [Hoc eni] .ſ. nō iudicare decēter, dignum eſt increpatiōe. Ex ijs pz prima vtilitas rhetoricę quę eſt ad compellēdum peruerſos, ac ignorantes iudices, vt proferāt iuſta decreta in omni rhetorica oratione.

¶ Adhuc autem apud quoſdam (neqz ſi certiſſimam haberemus ſciētiam) facile eſſet p illam perſuadere dicentes. Doctrinę enim eſt, quę ſm ſciētiam ratio eſt. Hoc autē impoſſibile, ſed neceſſe eſt per cōmunia facere perſuaſiones, et orationes, quemadmodum et in topicis dicebamus de ea, q̄ apud multos collocutione eſt.

apud / προσ / ad
certiſſimam / ακριβεστατην / exactiſſimam
per illam / απ᾽εκεινης / ab illa
collocutione / εντευξεως / obuiatione
Cōmētaᵐ.

¶ Nunc aſſignat ſcđam rhetoricę vtilitatem, quę eſt vt vulgares hoies, imperiti ac rudes, qui per ſcientificas rōnes reduci nō poſſunt, p rhetoricas, quę fiūt ex cōibus, ac veriſimilibus, reducantur. Vulgares eni inepti ſunt rōnibus ſcientificis, ideo p eas ipoſſibile eſt illos reducere, exēplaribus ℞o, cōmunibus, atqz veriſimilibus aptiſſimi, p quas ſuadet rhetor, vnde dic̄. [Adhuc autē apud quoſdā] hoc eſt apud vulgares, rudes, atqz imperitos, [neqz ſi certiſſimā haberemus ſciētiam, facile eēt p illam pſuadere dicētes] .q.d. neqz ſi nos dicēdo vteremur ſciētificis rōnibus, eſſet facile p eas vulgaribus pſuadere, cuius cām aſſignat, et dicit. [eniz] naz [ratio, quę eſt ſm ſciam, eſt doctrinę] hoc eſt ſciētifica, ac doctrinalis, et p doctrinaz dialecticam, vel analyticā intelligit, dialectica autē non eſt idoneuz inſtrumētum perſuadendi vulgaribus. eſt eni ſupra eorū capacitatē. et ppterea ſubdit [hoc autez] .ſ. perſuadere vulgaribus per doctrinalez rōnem [eſt impoſſe,] cum ſint ebetes, ac rudes, ineptiqz ſcientificis ac dialecticis rōnibus. [Sz neceſſe eſt] ipſis [facere pſuaſiones et orōnes per cōia] hoc eſt per veriſimilia, [quēadmodum et in topicis dicebamus de ea collocutione, quę eſt apud multos.] ibi enim diximus qꝫ omnis collocutio, quę fit apud multos / hoc eſt apud vulgares, fieri dz per cōia. ſunt autem cōmunia aut veriſilia, aut pbabilia. ¶ Sz occurres in quo differt hęc rō ab ea, quę prime dicta eſt, videt̄ eni eadem, nā obuiare rudibꝰ eſt regulare eos, vt iuſta proſequātur, et iniqua fugiant. Quare hęc rō non videt̄ diuerſa ab ea dici pōt hanc vtilitatē diuerſaz eē a pma, qꝫ pma cōis ſit, qppe cum ſciētijs oibus competat regulā eē. At rhetoricę ſpeciatim cōpetit eē regulaz, qua regulātur rudes, quę vtilitas accipit̄ ex hoc, quia rhetorica differt a cęteris ſciētijs per hoc / qa rhetorica cōficit orationes ex veriſilibus. Cęterę autē aut ex veris, aut ex pbabilibus. iterum quęres qđ eſt illud / ad qđ credēdum opz reducere rudes, ac populares. Diximus olim illud eſſe viuere ſm virtutes. Cuz eni viuere ſm virtutes rudibus hoibus ſit difficile, ideo oportuit, vt p aliquā regulam regulētur ad viuēdum ea rōne. Hęc autē regula eſt rhetorica, nō enim pōt eē doctrinalis / ac ſcientifica, qm̄ hęc trāſcendit capacitatē rudium, qm̄ ebetes ſunt, ac rudes. Quare cū rhetorica pcedat ex veriſimilibus, quę cōmunia quodāmō ſunt vulgaribus, et ſapientibꝰ, ideo idoneū inſtrumētuz eſt, quo vulgares regulantur ad viuēdum ſm virtutes, nā vt dialectica eſt dux ac inſtrumētum ad ſpeculandū, ita rhetorica ad viuēdū ſm virtutes. Aut fortaſſe dōm illud ad qđ credēduz opz reducere vulgares, non eē vnius generis, qa aliquādo eſt ipm vtile vel dānoſum, cū rhetor hortat̄ vel dehortat̄, aliquādo autē eſt ipm iuſtum vel iniuſtū, cum accuſat, aut defendit. nōnūqꝫ eſt ipſuz honeſtū vel turpe, cū laudat vel vituperat. Qđ aūt ita ſit, poſteriꝰ differēduz.

¶ Adhuc autez cōtraria opz poſſe perſuadere, quemadmoduz et in ſyllis, non vt vtraqꝫ faciamus. (Non eniz oportet praua perſuadere) ſed vt non lateat quo mō ſe habet. et vt alio vtente orationibus ipſis nō iure, ſoluere poſſimus: Aliarum quidem igitur artiuz nulla contraria ſyllogizat. Dialectica autez et rhetorica ſolę hoc faciunt. Similiter eni ambę contrariorum ſunt.

praua / φαυλα / mala
poſſimus / εχωμεν / habeamus / valeamus

¶ Sūt q̄dam ſciētię, quę docēt vitę contraria, vitęqꝫ cōuenientia, vt moralis phia, et ars medendi. Moralis qdem docet vitia pariter et virtutes, vt liberalitatē, et auaritiam, fortitudinē et metuz, et cętera id genus ſili rōne. Medicinalis ℞o ars docet venena, et quonā pacto ex his hoies enecent̄, docet etiā antitoda, et quo pacto venenis ſit obuiādū. Quare hę facultates duplr̄ vtiles videntur, pmo quidē, quo p ipſas ſcimus eoꝝ naturas, q̄ nobis aduerſant̄. Scimus eni per moralem naturas et ſpēs vicioruz, et per medicinalē naturas atqꝫ ſpēs venenoruz. deinde quo p ipſas ſcimus obuiare eis, cum nobis occurrerint, niſi eni medicus naturas venenoꝝ tradidiſſet, pariterqꝫ et antitoda, eis occurrētibus obuiare non poterimus. Eodē quoqꝫ modo rhetorica atqz dialectica, contraria docēt atqz oſtēdunt, vt ſint ob id nobis duplr̄ vtiles, pmo quidem, qa per eas ſcimus naturas eoꝝ cōtrariorūz, quę ipſę argumētantur. Deide vt ſciamus fugere, cuz alij ipſis aduerſus nos vtunt̄. ergo tertia rhetoricę vtilitas eſt, quo ipſa vtraqz cōtraria argumētatur, ſic eniz docet nos ꝯtraria cognoſcere, et eis obuiare, cum alij contrarijs vtētur, vnde dicit. [Adhuc autē contraria opz poſſe pſuadere] et per opz, vtile eſſe intelligit, et ſubdit ſilitudinem, et dicit. [Quēadmodum

⁊ in ſyllꝭis] vtile eſt ꝓbare poſſe vtraqȝ oppoſita.⁊ exponit ſe ⁊ dicit,[Non vt vtraqȝ faciamus] quę nobis perſuadet rhetoꝛ,[Nõ enim opoꝛtet ꝑſuadere praua] vt.vȝ.illa faciamus,[ſȝ vt nõ lateat]ſubaudi nos,[quomõ ſe habȝ]praua facere.Sic eniȝ cognoſcimus cõtrariorum naturas ꝑ rhetoꝛicã, veluti venenoꝝ peculiaritates ꝑ artem medẽdi,⁊ hęc eſt ṗma vtilitas. Deinde aſſignat ſcḋaȝ,⁊ dicit.[Et vt alio vtẽte oꝛationibꝰ ipſis non iure]atqȝ ꝑueuerſe,[ſoluere poſſimus.]Rhetoꝛicus eni docet loca argumẽtandi partẽ contrariã,⁊ quomõ ſit obuiãdum eis,cum argumẽta fiunt,vt in ſophiſticis Ariſt.fecit,vbi docuit cauillos,⁊ loca cauillandi,docuit ẽt illis antitoda,qbus illis obuiandum eſt,cum fiũt.Ex his cõcludit hanc vtilitatȝ eẽ ꝓpꝛiam rhetoꝛicę,atqȝ dialecticę,⁊ dicit.[Aliaruȝ quidẽ igitur artium nulla contraria ſyllogiçat,dialectica aũt,⁊ rhetoꝛica ſolę hoc faciũt,]cuius rõnẽ aſſignat,⁊ dicit.[Similr̃ eni ambę cõtrarioꝛuȝ ſunt,]cęterę autẽ non ſunt argumentantes ꝯtraria niſi ꝑ accidẽs,quatenus.vȝ.vtunt̃ hiſce,phĩa eni atqȝ alię ſciẽtię ſi contraria argumẽtant̃,non niſi vtẽtes dialectica,atqȝ rhetoꝛica ea argumẽtant̃,vñ̃ pꝛioꝛiſticus dum docet ex particularibꝰ ſyllꝭm fieri nõ poſſe,duo ſimul docet ⁊ ſyllꝭm ex particularibꝰ,⁊ antidotum.vȝ.ipm̃ non valere.Silr̃ cum docet ex vtriſqȝ affirmatiuis in 2ª figura nõ fieri ſyllꝭm,ſimul docet oppoſita,docet eni ſyllogiçare ex vtriſqȝ affirmatiuis in 2ª figura,⁊ docet antitodũ ipſum.vȝ.nõ valere.Quare rhetoꝛica atqȝ dialectica vtiles ſunt,tuȝ ṗmo/qa docẽt contraria cognoſcere,qḋ eſt ſm̃ ſe vtile,tuȝ ſcḋo/qa docet alio vtẽte ipſis,quo mõ ſit obuiãdum.⸿ Quo ꝟo ad verba attinet,in veteribus tranſlationibꝰ,ꝟba illa,[Aliarũ quidẽ igitur artiũ]legũtur cum ꝑticula quidẽ,quaſi reddat cãm eius,qḋ pꝛius dixit.Dixit eni rhetoꝛicam atqȝ dialecticã vtiles eẽ ad cognoſcẽdum,⁊ ad argumẽtandum cõtraria,quaſi reddẽs cauſaȝ,dic̃.[aliaꝝ quidẽ artium nulla cõtraria ſyllogiçat,dialectica aũt,⁊ rhetoꝛica ſolę hoc faciũt,]quare hęc vtilitas videt̃ ꝓpꝛia dialecticę,atqȝ rhetoꝛicę.⸿ Sȝ occurres,nam ea facultas,quę bona,⁊ mala ꝑſuadet,nõ videt̃ magis vtilis ꝙ̃ dãnoſa.Sed qm̃ de his poſterius dicturi ſumus,nunc dicamus rhetoꝛicam ꝑſuadere hoibus vtraqȝ cõtraria.Ueruȝ alterũ per ſe,alteruȝ ꝑ accidẽs. Pręterea ſi docet ꝑſuadere malũ,non tãꝙ̃ ꝓpter finẽ ꝑ ſe,ſed ꝓpter bonum docet ipſum,qui eni docet fugere malum,docet pꝛoſequi bonum.

⸿ Subiectę tamẽ res non ſimilr̃ ſe habent,ſed ſemper vera atꝙ̃ natura melioꝛa magis ſyllogizabilia,atꝙ̃ credibilia ſunt,vt ſimpliciter eſt dicere.

Cõmẽtaᵐ. ⸿ Nũquid cõtraria ſint ęqualr̃ ſyllogiçabilia,atqȝ credibilia:reſpõdet,hęc ex natura reruȝ non ęqualr̃ eẽ ſyllogiçabilia atqȝ credibilia,qa ex parte rerũ vera,⁊ natura melioꝛa ſunt,vt ſimplr̃ eſt dicere,magis ſyllogiçabilia,atqȝ magis credibilia.dixit ex parte rerũ, vt ſimpliciter eſt dicere,qa ex parte noſtra qñqȝ eſt totuȝ oppoſitum.nam ex parte noſtra multa falſa,vt in topicis dicitur,ſunt pꝛobabilioꝛa veris.

⸿ Adhuc autem abſurdum eſt,ſi coꝛpore quidem non poſſe ſibiipſi ꝓdeſſe,turpe ſit,oꝛatione autȝ,non turpe,quę magis ꝓpꝛia hominis eſt coꝛpoꝛis vſu.

Cõmẽtaᵐ. ⸿ Quarta vtilitas eſt,quo ꝑ rhetoꝛicã alios excellimꝰ,turpeqȝ euitamus.nam ſi nõ poſſe coꝛpoꝛe ſibiipſi ꝓſidio eẽ,turpe homini eſt,cũ coꝛpus natura datũ ſit hoĩ in ꝓſidium,quanto magis oꝛone non poſſe ſibi ꝓſidio eſſe turpe habebit̃,cum oꝛatio atqȝ ſermo nobis natura(vt Ariſt.inqt.ṗmo politico.)ſit data etiã in ꝓſidiuȝ,imo eo turpe magis,quo oꝛatio magis hois pꝛopꝛia eſt ꝙ̃ ſit coꝛpoꝛis vſus,quippe cum coꝛpoꝛis vſus cõis ſit hominibus cũ beluis.vnde Ariſt.in pꝛoęmio huius libꝛi,qḋ tamẽ ante paruã rhetoꝛicam ſcribit̃,hoc vnum eſſe inqt,quo cęteris aialibus ꝓſtamus,pręclarum qḋdam ab imoꝛtali Deo adepti videmur,nam ſiqdẽ ⁊ cupiditate,⁊ ira ⁊ alijs hꝯ affectionibus vtũtur,etiã reliq̃ animalia,oꝛone autem hõ dũtaxat,abſurdũ ꝑfecto maxime oium cedat,ſi qua vna re beſtijs antecellimus,eã beneuiuendi ducȝ pręnegligẽtia relinquerimus.Quã ob cãm Martialis recte inquit,qui velit ingenio cedere rarus erit.Uiribus eni coꝛpoꝛis cedere ſolemꝰ,ingenio aũt haudquaꝙ̃,qḋ Ariſt.ꝓbauit in ꝓblematibꝰ.

⸿ Si ꝟo aliquando in magnis lęſierit,vtiꝙ̃ qui vtitur iniuſte huiuſmodi oꝛationuȝ vi,hoc quippiaȝ cõmune eſt cuȝ bonis oibus ꝓterꝙ̃ cum virtute,potiſſimuȝ cum ijs,quę ſunt maxime vtilia,vtputa,cuȝ roboꝛe,ſanitate,diuitijs,imperio.His eni vtiꝙ̃ qs ꝓderit maxime vtens iuſte,⁊ iniuſte,lędet.

aliquando ὅτε
quoniam ὅτι
in magnis μεγάλα
magna/valde
vi δινάκει
potentia
cum κατὰ
contra
de
imperio στρατηγίας
pretura
militia

⸿ Sit ne dãnoſa atꝙ̃ mala rhetoꝛica ipſa,an bona,vtiliſꝙ̃:non parua fuit olim,⁊ nũc digladiatio,quã Ariſt. in ꝓſenti loco intẽdit ſedare.Qui ꝟo rhetoꝛicã malaȝ,atqȝ dãnoſam eẽ tradũt,mouẽtur ṗmo,qa gñatim gentibus oibus obfuit,naȝ in aurea ipſa ętate(in qua nondum rhetoꝛes dicere cęperant)gẽtes cum pace,ſũmaqȝ cum ſimplicitate vixiſſe accepimus,cũ ꝟo cęperũt homines eloqui,cęperunt inſidię,qbus humanum genus vitiatum eſt.Deinde rebus publicis nõ parua nocumẽta intulit.ijs eni tempoꝛibus,qbus reſpublica Romanoꝝ conſulte atqȝ pacifice agebat̃,rhetoꝛes per Catonem cẽſoꝛium ꝓpulſi ſunt,cuȝ ꝟo per nepotẽ Catonȝ vticẽſem reuocati,Romanoꝝ reſpublica ſeditionibꝰ atqȝ bellis cõflictata eſt.Quod Plinius vir doctiſſimꝰ ſcribit 7° hiſtoꝛię nãlis.idem quoqȝ tradũt hiſtoꝛię de Atheniẽſi,atqȝ Lacedęmonica republica.Pręterea ꝙ rebꝰpublicis obfuerit,argumẽto maximo ꝓbauit Plato contra Thiſiã,⁊ Goꝛgiam,nam facultas,quę docet peioꝛem cauſaȝ meliorẽ fieri,melioꝛẽqȝ peioꝛȝ,⁊ qua non facile verum diſcernit̃,quaqȝ nigra in cãdida,candidaue in nigra vertũtur,nõ modo rebus publicis nõ vtilis,verũetiaȝ dãnoſiſſima videt̃.Hac rõne Cato cẽſoꝛius(vt Plinius inqt)in illa nobili trium ſapiẽtię ꝓcerũ ab Athenis legatione audito Carneade ꝙ̃pꝛimũ legatos eos cẽſuit dimittẽdos.qm̃ illo viro argumẽtãte quid veri eẽt,non facile diſcerni poſſet.Huic aſtipulãtur regna,regioneſqȝ,in quibus rhetoꝛes abſunt,illic eniȝ cũ pace,vnione,trãquillitateqȝ viuit̃ vt apud turcas,ęthiopes,arabes,cęteroſqȝ id genꝰ. Uillici quoqȝ ob dicẽdi imperitiã minoꝛe malitia viuunt.Tertio videt̃ hęc dãnoſa his met,qui illa vſi ſunt,naȝ plurimi legũlatoꝛes,iureqȝ conſulti,ac cauſidici,qui in dicẽdi genere foꝛenſi ſunt periti,mala moꝛte finierũt. vt Ligurgus qui ab Alcandro oculo ꝓuatus ab ipſa patria ꝓfugus moꝛitur.vt Solon qui Cypꝛi exul degit,nec in patria,de qua optime meruerat,humari cõtingit.vt Photion,qui ab Atheniẽſibus veneno necat̃.nec poſt obitum(vt addit Ualerius)glebbulã atticę regionis,quę oſſibus eius inijceret̃,inuenit,iuſſus etiam extra fines

Cap.30.

pꝛoijci,

proijci,intra quos optim᷒ ciuis vixerat.vt Demoſthenes,qui(vt nōnulli tradunt)iuſſu Philippi veneno interimitur.De noſtris plurimi ſunt,iter quos maior,Cicero eſt,hic eni iuſſu Antonij a Popilio lenate necatꝰ, a quo ſeruari meruerat.Qđ igitur rhetorica dãnoſa ſit, ex hiſce pſpicuuz,hi quoqz vtilē atqz bonam eē defendũt,ex eiſdem palinodice,pmo q̄ gēti pfuerit.nã poſt illuuionē gētes ferino more victitabant,ſiqdē in agris beſtiarũ more degētes victu ferino ſibi vitam cōparabant,nec rõne animi gcq̃z,ſed pleraqz viribus corporis exercebant,nōdum diuinę religionis,non humani officij rō colebatꝰ,nemo nuptias viderat legitimas,nō certos qſq̃z aſpexerat liberos,non ius ęquabile qd vtilitatis haberet,acceperat.poſteā ab vno (vt inqt Cicero)pſuaſionibus atqz eloquētia ad humanitatez reducti ſunt.Qđ rebus etiã publicis,declarãt,nam poſt earum cōſtitutionem plurima bella,ſeditioneſqz ciuiles emerſerũt,quę ſola rhetorica ſedauit,ſocietates,ac pacem poſt bella pſuadens.Exēpluz pbent nobis (vt Cicero inqt)Cato,Lelius,africanus Scipio,Grachi africani nepotes,qui Romę plurima bella reſtrinxerũt,ſocietates firmarũt,amicitias ſanxerunt/tuz animi rõne, tuz eloquētia.vñ Virgilꝰ.hoc his ꝟſibus teſtatur.

A c veluti magno in populo cum ſępe cohorta eſt
S editio,ſeuitqz animis ignobile vulgus,
I amqz faces,⁊ ſaxa volant furor arma miniſtrat,
T um pietate grauem ac meritis ſi forte virumqz
C onſpexere,ſilent,arrectiſqz auribus aſtant.
I lle regit dictis animos,⁊ pectora mulcet. ⁊ relqua.

Qua ratione non minus vere q̃z lepide Ennius flexāiam appellauit,rhetoricam.q̄ aiuz in quãcũqz vellet partē raperet.Vera etiaz illa Euripidis ſnia,qua dicitꝰ omnia cōficit oratio,quę etiam hoſtile ferruz ne vtiqz afficere valeret.Et q̄ hoibus ipſis,qui ea vtuntur,vtilis ſit,⁊ bona pbamus pmo qdem,vt hō homini pſtet, nam hō oratione beſtijs antecellit dũtaxat,cupiditate ſiqdem(vt Ariſt.inqt)⁊ ira,⁊ alijs hꝫ affectionib᷒ vtũtꝰ cętera aialia,orone tamen hō dũtaxat.Quare ſi hac re homo maxime beſtias excellit,q̄ eloqui poſſit,pclarũ videbitur adeptus is,qui qua hoies beſtias excellũt,ea in re hoibus ipſis antecellat.Scđo vtilis eſt ad vrbes ſubiugandas.Pyrrhus eni epirotarũ Rex verũ eſſe aſſeruit.nam cum bellum in Italia gereret,comitē quaſi gerēdoruz,ac ſociũ Cineam theſſaluz rhetorez Demoſthenis diſcipulũ accepit,eiuſqz opera impenſe admodum vtebatꝰ.naz ad ciuitates,quaſi vi,ac armis ſubigere nō poterat,eum oratorē mittebat,quas magna ex pte in ſniam ſuam adducebat,adeo vt ſępe Pyrrhus diceret plures a Cinea vrbes eloquētia i poteſtatē ſuã redactas,q̃z a ſe armis eē ſuperatas.Ducibus ac rei militari cōfert etiã non paruz,vt teſtatꝰ Cęſar,qui nũq̃z pręlium inibat,qn milites orone ac eloquētia percalefaciſſet,vt Lucanus meminit.Themiſtocles etiã aduerſus Xerſez plus ſua pugnauit eloquētia q̃z armis, pſuaſitqz Atheniēſibus,vt vrbes vrerēt,qđ quidē victorię cã fuit.Adde Periclez qui ſua eloquētia tot pclara facinora(vt Plato inqt)geſſit.Prodeſt inſup diuitijs cōgregandis,Iſocrates ſiqdem.zo.talētis vnã vendidit orationē,vt Plinius narrat 7° libro hiſtorię nãlis. Aſclepiades ętate magni Pōpei rhetoricę magiſter,vt idez
26.li.ca.3°. Plinius narrat,nec ſatis in ea arte q̃ſtuoſus/ad alia ſagacis ingenij.i.ad medicinã repēte ſe conuertit,hic torrenti,hac meditata quotidie orone ęgrotos blandiens, oia abdicauit,vniuerſumqz ppe humanuz genus circũegit in ſe,non alio mō q̃ ſi cęlo emiſſus veniſſet,diuitijs adeo ſocupletatus eſt,vt ſuo tēpore ſolus diues diceretur.Ad honores deniq̄z captandos, Gorgias leōtinus Empedocli aggrigentini diſcipulus magno nobis eē documēto poteſt,Is eni poſt Coracē ⁊ Thiſiaz antiquiſſimos artis rhetoricę magiſtros,tanto gręcię totius cōcurſu rhetoricen pfeſſus eſt,vt oium pmus.In delphici Apollinis tēplo ſolida nō aurata,ſꝫ aurea ſtatua fuerit honorat᷒.Adde honores,quos vniuerſa gręcia,genteſqz alię oratorib᷒ tribuerũt, vt Iſocrati,Thiſię,Coraci,Lyſię,Eſchinę,Demoſthenis emulo,Pericli,Milciadi,Simoni,Themiſtocli quos enarrare eēt longũ.Quare hincinde res hęc dubia nō parꝝ fluctuat. Cicero hũc in modũ cōtrouerſiaz tollit,dicēs ſapiētiaz ſine eloquentia parũ pdeſſe ciuitatibus,eloquētiaz ꝟo ſine ſapiētia nimiũ obeſſe plerũqz,prodeſſe nũq̃z.Eloquētia ſiqdem plurima reipublicę cōmoda adinuenit, moderatrix oium pſto eſt rerũ ſapiētia.Hęc etiã videtꝰ Platonis ſnia,qui beatiſſimas fore reſpublicas dicit,ſi aut Phi dñarentur,aut ſaltē qui gubernãt,diuina quadam ſorte philoſopharentꝰ.Ariſt ad Alexãdrũ ſic ſcribit Impator ſui eſt ſeruator exercitus,ita eloquentia,q̄ ſapientię cōiũcta eſt,humanę eſt vitę gubernatrix. Verum hęc Ciceronis moderatio dubitatione non caret, nō eniz qd ipſe velit per ſapiētiam,expoſuit,nec eſt exploratum.Sapiētia eni apud Platonē eſt rerũ diuinarum atqz humanaruz cognitio.Apud autē Ariſt.ſapiētia eſt,quã corrupto ꝟbo metaphyſicã vocant. Poteſt autē quis rhetor eē diuinaqz ⁊ humana cognoſcere,⁊ iniuſte rhetorica vti.Deinde ex ꝟbis Ciceronis videtꝰ eloquētiam eſſe ſui natura malã,aſſerit enim eã,ſi ſine ſapiētia fuerit,pdeſſe nũq̃z,ſed plerũqz obeſſe,qđ eſſe nō poſſet,niſi rhetorica eēt natura m ala.Hoc autē verum eē non puto,ſiqdē omnis ars,ois electio,bonum qđdaz itēdere videtꝰ pmo ethicoꝝ.Inſuper ois ars eſt recta q̄daz ratio,quare ois ars eſt ſuapte natura bona. Adde q̄ eloquētia beſtijs pſtamus,igitur non pōt eſſe natura ſua mala.nō enim pſtare alicui eſt p malũ.Ariſ. autē in pſenti loco digladiationē hanc ſedat,cuz dicit. [Si ꝟo aliquãdo in magnis lęſerit,vtiqz qui vtitꝰ iniuſte hꝫ orationuz vi,hoc qppiam cōmune eſt,]rhetoricę ſubaudi[cũ bonis oibus pterq̃z cuz virtute,potiſſimuz cũ ijs,quę ſunt maxime vtilia]ſubaudi ſua natura.⁊ exponit cũ quibus bonis,⁊ dicit.[Vtputa,cum robore,ſanitate,diuitijs,imperio,]nã hęc ſunt ſua natura bona,⁊ poſſunt eē mala,ſi referãtur ad vtētem, ⁊ H exponit,⁊ dicit.[His eni vtiqz quis pderit maxime vtēs iuſte,⁊ iniuſte]ſubaudi vtens,[lędet.]per quę iduit rhetoricam eē ſui natura bonã,vtilemqz,veluti alia,q̄ etiã ſunt ſua natura bona.vz.diuitię,ſanitas,robur,impiuz ⁊ id genus.oia eniz hęc ſuapte natura bona ſunt,veruz rōne vtentis ⁊ bona ⁊ mala eē poſſunt.Nã ſi iuſte vtetꝰ quis eis,erũt bona duplr,⁊ ſui ipſoꝝ natura,⁊ vtentis bonitate.Sin autē iniuſte,erũt mala,non quidē ob eorum naturas,ſed ob vtentis malitiã,qui ſuapte natura bonis abutitur.Quare rhetorica ſui natura bona eſt. Bonitate ꝟo ac malitia vtentis,pōt bona,⁊ mala fieri: vnde ⁊ Ariſt.pmo politicoꝝ aſſerit ſeuiſſimũ eſſe in republica ſapiētiam,quam comitatꝰ malitia,ex his facile tollũtur hincinde cōtraria,vt intelligēti perſpicuuz eſt.

¶ Quo ꝟo ad verba attinet,Ariſt.excepit virtutes,qa illę adeo bonę ſunt,vt nec ſuapte nã,nec malitia vtentis malę eſſe poſſint.Nō eni poteſt ſtudioſus eē,q vtute iniuſte vtitur.ideo ſi aliqs ſtudioſus fuerit,nō niſi iuſte virtutibus vti poterit.Adde q̄ non pōt vna vtus eē ſine alia.ſunt eni omnes nexu prudētię coniūctę: qppe

cuꝫ nemo ſine prudētia ſtudioſus eē poſſit. Quare nec vna virtutis ſpēs ſine alie. Quod ſi dicas ſciam eē virtutem, cū qua poteſt prauitas eē, dicas p̄mo ſciaꝫ eē q̄d bonum ſui natura, malaꝫ vō aliquādo malitia vtētis. deinde dicas ſciam non eē virtutem, non enī ſciētia de virtutibus eſt v̄tus, vt Socrates putauit. Eſt eniꝫ v̄tus habitus appetitus ſenſitiui, vel volūtatis. At ſcia habitus eſt intellectus. Ariſto. autē hic de v̄tutibus loqtur, q̄ ſunt habitus appetitus, mō his nemo pōt niſi iuſte vti. Sciētia vō, quę eſt de numero bonoꝝ ſui natura, malitia vtētis pōt eſſe mala. Egidius vō ait v̄tutibus nos non poſſe male vti formal'r, quia actus v̄tutis ſempꝫ eſt bonus, veluti actus calidi ſempꝫ eſt calefacere. materialiter tn̄, ⁊ per accidens poſſumus v̄tutibus male vti, q̄a poſſet q̄s ob v̄tutes ſuperbire. Sꝫ hoc qō vir iſte aſſerit, ſi nude intelligatur, non eſt veruꝫ, qm̄ vnuſq̄ſqꝫ ſtudioſus eſt prudēs, prudens autē nullo pacto pōt ſuperbire (vt vtar v̄bis eius) nam prudētia eſt recta rō agēdorum, mō qui recta rōne omnia agit, non pōt ob v̄tutes ſuperbire, alioquin nō recta rōne ageret. Quare dici poteſt aliter malum a v̄tute, ⁊ aliter a rhetorica ꝓfici, mala enī quę ꝓficiſcūtur a rhetorica, veniunt formal'r ab ea, ſed non rōne ſua, ſed rōne vtentis, a v̄tutibus vō ſi venit ſuperbia, hęc non ꝓficiſcitur formal'r ab ea, ſꝫ ab affectu eius, q̄ v̄tuteꝫ hꝫ. Qō ſi hoc pacto velit Egidius intelligere, non eſt malum.

¶ Quod igitur nō ſit vnius cuiuſdam generis determinati rhetorica, ſed queadmoduꝫ dialectica, ⁊ ꝙ vtilis, manifeſtū. Et ꝙ nō ſit perſuadere opus ipſius, ſed videre ea, quę ſunt perſuaſibilia circa vnūquodqꝫ, queadmodum ⁊ in alijs artibus oibus. Non eniꝫ eſt medicinalis ſanitateꝫ efficere, ſed vſquequo cōtingit, vſqꝫ ad hoc ꝑducere. Eſt eniꝫ ⁊ eos, qui nō poſſunt recipere ſanitatem, curare tn̄ bene. Adhuc autē ꝙ eiuſdeꝫ ſit ꝑſuaſibile videre, ⁊ apparens ꝑſuaſibile, queadmoduꝫ in dialectica ⁊ ſyll'm, ⁊ apparentem ſyll'm, ſophiſticus eniꝫ nō in potentia, ſed in electione eſt. Verūtamen hic q̄dem erit ille quideꝫ ſm ſcietiam, iſte vō ſm electionem rhetor. Ibi autē ſophiſta quidē ſm electionem, dialecticus vō non ſm electionem, ſed ſm potentiam.

opus ἔργον officium ꝑſuaſibilia πιθανα credibilia

hic [Greek] in rhetorica ibi [Greek] in dialectica

Cōmētaᵐ.

¶ Placet Egidio hūc eſſe epilogum. nos autē dicimus hunc eē epilogum nō ſoluꝫ eoꝝ, quę in proęmio dicta ſunt, ſed eoruꝫ, quę ex dictis ſequūtur, vnde dicit. [Qō igit̄ non ſit vnius cuiuſdā generis determinati rhetorica, ſed queadmodum dialectica,] quę neqꝫ ipſa eſt vni⁹ cuiuſdam generis determinati, manifeſtum eſt, hoc eſt primuꝫ, qō dictum q̄dem nō eſt ita explicite, ſed ſeq̄tur ex dictis, diximus enī rhetoricam ęqualem eē dialecticę, eſſeqꝫ de cōmunibus oibus, quare non erit determinati generis, queadmoduꝫ nec dialectica. Tu vō intelligas, vt dictum eſt, q̄a ſi rhetorica cōſideret̄ quo ad ꝑ ſe, ꝓpriam, ac ꝓpinquaꝫ mā̄ꝫ, quę eſt enthymema atqꝫ exemplum, eſt generis logicę, ſin autē quo ad ea, q̄bus applicatur, nullius eſt determinati generis. nā ſi moralibus applicet̄, eſt ciuilis, ſin autē reb⁹ nālibus, eſt phiā nālis. Deinde epilogat ſcd̄m qō eſt explicite dictum, et dicit, [⁊ ꝙ vtilis, manifeſtū.] Hoc enī exp̄ſſe dictuꝫ eſt, atqꝫ pluribus rōnibus ꝓbatū. Deinde epilogat tertiuꝫ, qō quidē dictū nō eſt, ſeq̄tur tamē ex dictis, ⁊ dicit. [Et ꝙ nō ſit perſuadere opus ipſius, ſed videre] ac ꝓſpicere, pertractareqꝫ, [quę ſunt ꝑſuaſibilia circa vnūqōqꝫ] ꝓpoſitum, qō coram auditorib⁹ orator ꝓponit perſuadere, ſiue illud ſit in gn̄e deliberatiuo, ſiue in genere iudiciali, ſiue demōſtratiuo, ⁊ per videre ea, quę ſunt perſuaſibilia, intelligit dicere bene, appoſiteqꝫ, ħ eſt nihil (vt inq̄t Ariſt. p̄mo topicoꝝ) omittere de neceſſarijs in arte dicēdi. ¶ Quo vō ad v̄ba attinet opus gręce eſt ἔργον, latine opus. Opus auteꝫ pro fine accepit. q̄a (vt p̄mo ethicoꝝ ſcribit Ariſt.) finis duplex eſt operatio, ⁊ p̄ter hanc opus ipſuꝫ, perſuaſibilia vō gręce ſunt πιθανα, latine (vt Georgius vir clariſſimus vbiqꝫ trāſtulit) credibilia. Quintilianus vtroqꝫ mō ⁊ ꝑſuaſibilia, ⁊ credibilia. Sed q̄d ꝑſuaſibile ſit, q̄due credibile, poſterius differēdum, illud tn̄ nunc ꝓ explorato habeat̄ nō perſuadere, ſꝫ proſpicere perſuaſibilia circa vnūqōqꝫ hoc eſt, circa oēm reꝫ, in qua cadere pōt perſuaſio, ſiue theſis ſit, ſiue hypotheſis, eē oratoris opus ħ eſt fineꝫ, ille autē ꝓſpicit circa vnūquodqꝫ ꝑſuaſibilia, qui bene atqꝫ appoſite dicit. Bene autē dicit, qui nihil p̄termittit de neceſſarijs ad ꝑſuadēdū, hoc loco fortaſſe Quintilianus accepit, non ꝑſuadere, ſed benedicere eē fineꝫ oratoris, qō auteꝫ non perſuadere ſit finis, ſed nihil ex neceſſarijs p̄termittere, Ariſt. exēplo aliarum artiūꝫ declarat, ⁊ dicit. [Queadmodum ⁊ in alijs artibus oib⁹,] illud pꝫ. [Nō enim eſt medicinalis] facultatis [ſanitatē efficere, ſed vſquequo contingit, vſqꝫ ad hoc ꝑducere.] cuius cām dicit. [Eſt enī ⁊ eos, qui nō poſſunt recipere ſanitatē, curare tamē bene,] vt qui ethicā, aut podagrā, aut cācrum, aut id genus patiūtur. Nā in cura nihil neceſſarioꝝ p̄termittitur. eſt enim perfectus medicus (vt Ari. inq̄t p̄mo topicoꝝ) q̄ nihil p̄termittit de neceſſarijs in arte ſua, ⁊ ſi nō ſempꝫ ſanet. Quare nō perſuadere, ſꝫ dicēdo nihil p̄termittere de neceſſarijs ad ꝑſuadēdum eſt finis oratoris, ⁊ cuꝫ dicit. [Queadmodum ⁊ in alijs artibus oibus,] per alias artes oēs, eas intelligit quarū duplex eſt finis, alter qui interior, alter qui exterior eſt, vt agricultura, nautica, militaris, hę eniꝫ oēs duos hn̄t fines, internū, qui in poteſtate eſt artificis, ⁊ externum, ad cuius acq̄ſitionem neceſſariū eſt naturę, aut fortunę beneficiū. Quādo eniꝫ nauta nihil p̄termittit de neceſſarijs ad nauigādum, attingit finē internū, lꝫ nō ſequat̄ externus, qui eſt ſalus nauis. Hoc eſt tertiū, qō lꝫ nō ſit exp̄ſſe dictum, tn̄ ſeq̄tur ex ijs, quę dicta ſunt, dictū eſt enī rhetoricam eē generis logicę, mō ſi eſt gn̄is logicę, habet finē ꝓprium, queadmodum ⁊ ipſa logica. Qō ſi habet finem ꝓprium, eius finis nō erit ꝑſuadere, quod eſt in ipſo auditore. Deinde epilogat quartū, ⁊ dic̄. [Adhuc autē] ſubaudi manifeſtū, [ꝙ eiuſdeꝫ] rhetoricę [ſit perſuaſibile videre, ⁊ apparens ꝑſuaſibile, quemadmodum in dialectica ⁊ ſyll'm, ⁊ apparētem ſyll'm.] Quare fit vt queadmoduꝫ in dialectica ſunt duę ꝑtes, altera q̄ verſatur circa apparentes ſyll'os, altera quę circa dialecticos, ita in rhetorica duę ꝑtes ſunt. ⁊ intelligit ꝑ ꝑſuaſibilia enthymemata, ⁊ exēpla, in quibus nō cōmittitur aliqua fallacia, vel aliqua cauillatio. per ea aūt, quę apparent ꝑſuaſibilia, intelligit enthymemata ⁊ exēpla ſophiſtica, vt 2° huius declarabitur. ¶ Sꝫ occurres, qm̄ ſi eiuſdem dialecticę eſt cōſiderare apparētes, ⁊ veros ſyll'os, tunc dialecticus erit, ſophiſta, ⁊ econuerſo. quaſi reſpōdens dicit. [Sophiſticus enī nō in potētia] cōſiderandi ſubaudi ſophiſticos ſyll'os dicit̄, nō enī di ſo-

phiſta, ga poteſt ſophiſticos ſyll'os ꝯſiderare. Sic eniz ſophiſta eēt dialecticus, ſed ſophiſta[in electione eſt,] nam ille dicit̃ ſophiſta, qui eligit ſophiſticos ſyll'os, argumentando per illos. ergo differt dialecticus a ſophiſta, ga dialecticus poteſt ⁊ ſophiſticos ⁊ non ſophiſticos ſyll'os conſiderare, ⁊ de facto cōſiderat. Sophiſta autem eſt, qui eligit ſyll'os ſophiſticos argumētando ꝑ illos, quare in dialectica, qui verſat̃ circa apparēter ꝓbabilia, ſophiſta dicitur. qui circa ea, quę ſūt ꝓbabilia, dialecticus appellat̃. Unde in dialectica dialectic⁹, ⁊ ſophiſta cōueniūt, ⁊ differūt. Cōueniunt qdē, ga ⁊ dialecticus ⁊ ſophiſta poſſunt apparēter ꝓbabilia ꝓſpicere. Nō eniz ſophiſta eligeret apparēter ꝓbabilia, niſi ea ꝓſpicere poſſet. Quare vterqꝫ pōt ꝓſpicere. differūt autē electione, nā ſophiſta eligit apparēter ꝓbabilia, vt media in finē, quę eſt gloria. Dialectic⁹ ꝓſpicit ea, vt obliquitates ſyll'oꝝ illas euitare docens. Nō eniz intendit gloriā vt finem, ſed opinionē gñare in reſpōdēte, quaz ipſe hꝫ. Eodē modo in rhetorica ſophiſta electione dī, ga apparēter perſuaſibilia ꝓſpicit, ⁊ eligit vt media in finē, quę eſt gloria. Uerus rhetor illa ꝓſpicit, ⁊ non eligit, vt media in finez, ſed obliquitates docet fugere. Deinde aſſignat differētiā in rhetorica ⁊ dialectica quātuz ad hos, ⁊ dic̃. [Uerūtñ hic qdē] .ſ. in rhetorica ipſa [erit ille quidez] qui. vꝫ. ꝓſpicit perſuaſibilia, ⁊ non ea eligit [ſm ſciam] ſubaudi rhetor [iſte vo] qui eligit apparenter ꝑſuaſibilia, [ſm electionē rhetor] .q.d. taꝫ ille ꝙ iſte eſt rhetor, ⁊ noīe rhetor dicit̃. [Ibi autez] .ſ. in dialectica differūt nomine, qm̄ [ſophiſta qdem] dicit̃ [ſm electionē, dialecticus vo nō ſm electionē, ſed ſm potentiā.] ergo ſophiſta ⁊ dialecticus differūt noīe, nō ſic in ipſa rhetorica, nā vterqꝫ dicit̃ rhetor. Pñt tñ in dialectica dici vno noīe, ſed cōmuni, ga ambo dicunt̃ logici / hoc eſt qntuz, qđ lꝫ non ſit dictū explicite, tñ eſt indicatum ꝑ hoc, ga rhetorica eſt in gñe logicę. ergo ſic duplex ē logica ſophiſtica, ⁊ vera, ita rhetorica duplex ē, ⁊ dialectica etiā duplex. ¶ Sed q̄res cur in rhetorica ſophiſta, ⁊ verus rhetor dicantur vno noīe. vꝫ. rhetor, in dialectica autē non. Non eni vterqꝫ dicit̃ dialectic⁹, ſed alter ſophiſta, alter dialecticus. An ga ſic cōſuetum eſt apud loquētes, mō loquēdum, vt plures, ſentiēduz vt pauci. An ga tā quę ſunt ꝑſuaſibilia, ꝙ quę videntur ꝑſuaſibilia, veriſimilia ſunt, verū re illa, hęc autē apparenter. ⁊ ga vterqꝫ ex veriſimilib⁹ ꝓficiſcit̃, iure vterqꝫ vno noīe cenſet̃. At in dialectica quę ſunt ꝓbabilia, ⁊ q̄ vident̃ ꝓbabilia nō vno noīe dicuntur ꝓbabilia, ideo in illa ſophiſta erit, qui vſatur circa apparenter talia: dialecticus qui circa talia. ¶ Quęres iteruz cur in rhetorica non ordinatus eſt liber ꝑticularis de ſophiſticis enthymematibus vel de ſophiſticis oꝛonibus, quēadmodū in dialectica, cuz in rhetorica vtrūqꝫ hoꝝ ꝓſpiciat̃. An ga dialectica de vlibus eſt, in qbus, cuz a ſenſibus ſint remota, multifariā decipi poſſumus, in rhetorica autē de ꝑticularibus, quę cuz ſint ſenſibus ꝓxima, raro decipimur, quo fit, vt in dialectica liber de ſophiſticis fieri debebat, cuz tot cauilli vno in libro cōtineri non poterāt. In rhetorica miſtiꝫ hęc agūtur, ⁊ in 2° li°. pauca, ga cum pauca ſint, vno in libro cōtineri pñt. An ga taꝫ enthymema ꝙ apparens enthymema vtrūqꝫ ex veriſimilibus eſt, ideo nō in diuerſis libris tractari debent. An ga rōnes ſophiſticę in rhetorica ſunt faciliores, ad quaꝝ euitationē ſufficit ſcia ſui recti. Propterea in hoc libro dū in 2° agitur de rectis, mox agit̃ de obliquis. ceu in medicinali in eodē de venenis ⁊ antitodis agitur. ¶ Quo vo ad verba attinet / rhetor gręce / latine eſt orator, quāꝙ differūt, ꝙ orator ſit, q in iudiciis, ⁊ contionibus cauſas agit. rhetor aūt qui rhetoricen ꝓfitetur. declamator q aut docēdi alios, aut exercendi ſe gr̄a fictam cām agit, vt in veris poſtea cauſis orare poſſit. Aliqñ autez rhetor pro oratore, ⁊ rhetorica ꝓ oratoria ponit̃, vt hic. Rhetoricus autez mō pro eo, qui rhetoricen profitetur, modo pro oratore ponitur. Uerum de his poſterius diſſerendum.

¶ **Sed de ipſa methodo iam tentemus dicere, ⁊ quo mō, ⁊ ex quibus poterimus aſſeq ea, quę ꝓpoſuimus. Rurſus igitur vt a principio definiētes ipſaꝫ qd eſt, dicim⁹ reliq̄.** aſſequi | τυγχάνειν eſſe Cōmēta[n]

¶ Cōpleto proęmio magno, nūc ad ſequentia ſe continuādo proęmiolū adiungit, vbi annotatione dignū in arte dicendi, quę eſt rhetorica, duo p̄cipue conſideranda eē, ⁊ inſtrumēta ꝑſuadendi ꝑſuaſibiliaqꝫ ipſa, ⁊ poſt hęc, quo mō oratio conficiēda eſt. Primū in hoc p̄mo ⁊ ſcđo libro abſoluit. Scđm autē in 3°, vbi orationem docet cōficere ex iis, quę prius inuenerat. hęc igit̃ duo ꝓponit, ⁊ dicit. [Sed de ipſa methodo] h̄ eſt de ipā arte [iaꝫ tētemus dicere,] ⁊ ga hoc agere eſt difficile, ideo dixit tētemus. Exponit autē ea, quę vult dicere de arte, ⁊ dicit, [⁊ quo mō .ſ. conficiat̃ oratio, vt 3° libro [⁊ ex qbus] ga ex iis, quę p̄mo ⁊ ſcđo libro adinuenit. ⁊ ſic tangit tertiū librū. ⁊ ſubaudi tu, nam hęc duo aſſequentes, [poterimus aſſequi ea, quę ꝓpoſuimus.] hoc eſt poterimus aſſequi ꝓpoſituꝫ noſtrū, ⁊ omnia quę intēdim⁹ in hoc libro, aut lege ſic, [ſed de ipſa methodo iā tētemus dicere ⁊ quo mō ⁊ ex qbus poterimus aſſequi ea] duo ſubaudi [quę ꝓpoſuimus,] ſunt autem ea duo. vꝫ. exponere inſtrumēta ⁊ perſuaſibilia, ⁊ ſcđo loco poſt declarationē hoꝝ conficere orationē. dixit autē ⁊ quo mō ⁊ ex quibus ga in omni cōſideratione quę de aliquo fit, reqritur ordo, ⁊ ordinata. Quare dixit quo mō hoc eſt quo ordīe, ⁊ ex qbus, hoc eſt ex qbus ordinatis, ea duo aſſequi poterimus. Egidius vo ga in ſuis tranſlationibus legit̃ [qual'rcūꝙ] exponit, ſed de ipſa methodo / h̄ eſt de ipſa rhetorica tētemus dicere qual'rcunꝙ .i. dicamus de ea ſm modum nobis poſ̄ez, ⁊ ex qbus .i. ⁊ dicamus ex qbus poterimus aſſequi ea, quę ꝓpoſuimus / h̄ eſt ex qbus poterimus cognoſcere ꝑſuaſibilia in vnoquoqꝫ genere. ergo ſm hanc expōnē, ꝓponit duo, ⁊ dicere de ipſa methodo ſm modū poſ̄em, ⁊ ex qbus .ſ. locis poterimus aſſequi ea quę ꝓpoſuimus, hoc eſt ex qbus locis poterimus cognoſcere ꝑſuaſibilia in vnoq̊qꝫ genere dicēdi. Uerū illud verbū qual'rcunqꝫ gręce eſt πῶς, latine quo mō. Sed nō refert quātum ad rē, qm̄ duo ꝓponit ⁊ dicere de rhetorica quo ad fieri pōt, ⁊ dicere loca, ex qbus cognoſcemus ꝑſuaſibilia propria in vnoquoqꝫ gñe. Arbitror autem ꝙ dicere de rhetorica quo ad fieri pōt, ſit dicere de ſtructura orationis, qđ abſoluit in 3°. dicere vo loca, qb⁹ cognoſcimus ꝑſuaſibilia ſit, ⁊ dicere loca argumentandi, ⁊ afficiendi, qđ p̄mo ⁊ 2° libro abſoluit. tunc cōtinuando ſe ad ſequētia dic̃. [Rurſus igit̃ vt a principio] definiuimus, [definiētes ipſam] nunc [quid eſt, dicimus reliqua] hoc eſt ea duo, q̄ſi dicat / rurſus redeamus ad definiēdū ipſaꝫ, vt prius definiuimus, ⁊ poſtꝙ hoc factū erit, aggrediemur illa duo / hoc eſt ſtructurā oꝛonis in 3°, ⁊ loca ꝑſuadendi in primo, ⁊ 2°. Hęc de proęmiolo, deqꝫ continuatione.

¶ **Sit itaqꝫ rhetorica potentia ꝯſiderādi circa vnūquodqꝫ cōtingens perſuaſibile.** ſit ἔστω eſt Cōmēta[m]

¶ Exequit̃ ⁊ primo definit rhetoricā, ⁊ dicit. [Sit itaqꝫ

rhetorica potentia conſiderandi circa vnūquodqȝ contingēs pſuaſibile]. i. quę conſiderat circa vnūquod, qđ/cūqȝ pſuaſibile eē pōt. ¶ Quo vō ad vba attinet, potētia gręce δυναμισ eſt, latine tuȝ vis, tuȝ poteſtas. verum hic ꝓ habitu, vel facultate accepit. Eſt eni habitus, vel facultas genus rhetoricę, cętera ponūtur loco differētię. ꝑ vnūquodqȝ intelligit vnāquāqȝ q̄ſtionē rhetoricā, quę dr̄ cauſa, theſis, vel hypotheſis, ſiue ſit in gn̄e iudiciali, ſiue demōſtratiuo, ſiue deliberatiuo, rhetorica eni facultas eſt, quę cōſiderat pſuaſibile qđcūqȝ eſſe pōt circa vnāquāqȝ q̄ſtionē cuiuſuis dicēdi gn̄is vbuȝ ſit, gręce εςω, nam de definitiōe pōt eē cōtēſio, ⁊ ideo dicit ſit. q. d. ita volo vt ſit. Qđ rhetorica ſit potentia ſiue facultas, ſupponit, cętera quę ſunt loco differentię, probauit, vt dicet ſtatim.

ſuum
αὐτῆ
ſibi
edoctiua
διδασκα
λικὴ
determinatiua
doctrinalis
ſuaſiua
πιστικὴ
fidefactiua
δὴ / itaqȝ
δὲ / aūt
Cōmēta^m.

¶ Hoc enim nullius alterius artis opus eſt. Aliaruȝ eni vnaquęqȝ circa ſuū ſubiectum eſt edoctiua, ⁊ ſuaſiua, vt medicinalis circa ſanū ⁊ ęgrum, ⁊ geometria circa paſſiōes, quę accidūt magnitudinibus. ⁊ arithmetica circa numerum. Similr̄ auteȝ ⁊ reliquę artium, atqȝ ſcientiarū. Rhetorica itaqȝ circa datum (vt eſt dicere) videtur poſſe conſiderare perſuaſibile.

¶ Quia dixerat rhetoricā cōſiderare pſuaſibile quodcūqȝ eē pōt circa vnūquodqȝ, loco dr̄ię, per quę induit rhetoricaȝ nō determinati generis, ideo ſimul declarat rhetoricā non eē determinati gn̄is, ⁊ ꝙ cōſideret circa vnūqđqȝ pſuaſibile qđcūqȝ eē pōt, qđ accepit loco differētię. ⁊ ſupponit vnum. vȝ. ꝙ pſuaſibile circa vnumqđqȝ ſit cōſiderabile, aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut aliqua alia arte. Hoc ſupponit, ⁊ eſt verū, qa cū pſuaſibile circa vnūquodqȝ ſit aliqđ cōſiderabile, cuȝ nō debeat ignotū remanere, opȝ, vt cōſideret̄ aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut ab alia arte. Tūc argumētat̄ hoc pacto pſuaſibile circa vnūqđqȝ conſiderabile eſt aut a rhetorica, aut a medicinali, aut a geometria, aut ab arithmetica, aut ab aliq̄ alia arte, ſȝ pſuaſibile circa vnūqđqȝ nō cōſideratur a medicinali, neqȝ a geometria, neqȝ ab arithmetica, neqȝ ab aliqua alia arte vel ſciētia. ergo cōſiderat̄ a rhetorica. de rōne ꝑmo tangit minorē, cū dicit. [Hoc eni nullius alterius artis opus eſt,] opus gręce εργον, latine tuȝ finis, tum officiū, hic ꝑ opus, officiū intelligit, ſupius autē ꝓ fine accepit. hęc eſt minor, deide ꝓbat minorē. ⁊ dicit. [Aliarum eni vnaquęqȝ circa ſuū ſubtum] ꝓpriū [eſt edoctiua, ⁊ ſuaſiua, vt medicinalis] facultas edoctiua atqȝ ſuaſiua eſt [circa ſanum ⁊ ęgrū] tāqȝ circa ꝓpriū ſubiectum. [⁊ geometria circa paſſiōes, quę accidūt magnitudinibus] tāqȝ circa ꝓpriuȝ ſubiectū, [⁊ arithmetica circa numerū,] tāqȝ circa ꝓpriū ſubiectū. [Silr̄ autē ⁊ reliquę artiuȝ atqȝ ſciētię] circa ſua ſubiecta ꝓpria, conſiderationeȝ faciunt. tūc dat cōcluſionē. ⁊ dicit. [Rhetorica itaqȝ circa datū]. i. circa qđcūqȝ qđ datum fuerit, [vt eſt dicere, videt̄ poſſe ꝯſiderare perſuaſibile,] ⁊ nō circa ſanum vel ęgrū tm̄, nec circa paſſiones magnitudinis tm̄, nec circa numerū tm̄, ſed circa qđcūqȝ datuȝ genus, ab aduerſario circa qđ pōt applicari aut genus demōſtratiuum, aut deliberatiuū, aut iudiciale. ⁊ hͦ accipiebat̄ in definitione rhetoricę loco dr̄ię. Quare recte definit̄ rhetorica ꝙ ſit facultas cōſiderandi pſuaſibile quodcūqȝ eē pōt circa qđcunqȝ ꝓblema datū. Verbuȝ itaqȝ gręce eſt δὴ / veruȝ in trāſlationibus veteribus legit̄ loco itaqȝ aūt. qa fortaſſe i gręcis codicib⁹ habebat̄ δὲ / ſed nō eſt vis, qm̄ ſenſus eſt illatiuus.

artificium
τεχνικὸν
artificialitatē
artificiale
artificioſum
Cōmēta^m.

¶ Propter qđ ⁊ dicimus ipſam nō circa aliqđ genus ꝓpriū determinatū hr̄e artificiū.

¶ Cū declaraſſet differētiā definitiōis, nūc cōcludit rhetoricā non eē determinati gn̄is ſubti, ⁊ dicit. [Propter qđ ⁊ dicimus ipſaȝ] rhetoricam [nō hr̄e artificiū] hͦ eſt artificialē cōſiderationē, [circa aliqđ genus ꝓprium, ac determinatū,] qa nec circa ſanū vel ęgruȝ, nec circa paſſiones magnitudinis, nec circa numerū, nec circa aliqđ tale, ſed circa oē datuȝ, in quo cadere pōt aliqđ gen⁹ dicendi. ¶ Quo vō ad vba attinet artificium gręce eſt τεχνικον, latine tuȝ artificiale / tuȝ artificioſuȝ, hic ꝓ artificio intelligit̄. Sȝ hęc rhetoricę definitio, quā hic aſſignauit Ariſt. carpit̄ ab Hermogene in eo cōpēdio, qđ de rhetorica edidit ex eo, qa dictionib⁹ deficit, ⁊ videt̄ amplior definito. Videt̄ eni dialecticę competere, qm̄ dialectica de oī re ꝓpoſita videt̄ diſputare pſuaſibilr̄, cum interrogatiōe ⁊ rn̄ſione abſqȝ narratiōe. Carpitur etiā a Quintiliano, qa nō tm̄ pſuaſibilia orationi ſufficiūt, ſed reqrunt̄ elocutio, colores, ⁊ cętera id gen⁹. Poſtremo in hac definitione Ariſt. ꝑtermiſit finē. ꝓpter hͦ Hermogenes aſſerit alterā eſſe Dionyſij halicarnaſei, qui ſub Auguſto Cęſare floruit, ⁊ qdem maximus artis dicēdi p̄ceptor ⁊ artifex. Rhetorica eſt inqt, vis artificioſa pſuadendi rōnabilr̄ in negocio ciuili, cuius finis eſt bn̄ dicere. Hāc diffinitionē ꝓbat qa nec abūdat, nec deficit, ⁊ hȝ genus, ⁊ dr̄iam cęteraqȝ neceſſaria, nā in q̊ ait vis: genus demōſtrati cuȝ ait artificioſa, alterā dr̄iā affert, nā vis altera eſt artificioſa, altera nāl̄is, cū auteȝ adijcit perſuadēdi rōnabilr̄, infert aliam differētiā, qa non ſolum rhetor pſuadet, ſed ēt medicus ⁊ geometra, nullę eni demōſtrationes carēt pſuaſione. q̄re aliam iūxit differētiaȝ cęteris magis ꝓpriā, qa hanc cętere artes minime hn̄t. vȝ. in negotio ciuili. qm̄ autem (vt inqt) finis adeſſe dȝ vnicuiqȝ definitioni: ideo addit rhetoricę finē, dicēs bn̄dicere: nam q̄cūqȝ ars fine caruerit, ea vel ꝑnitioſa, vel inanis, vel falſa eſt. Verū vt videatur quę harū diffinitionū ſit ꝑfectior: q̄runt̄ duo: ꝑmuȝ de mā̄ oratorię, ad qđ aliqui dixerunt, mā̄m oratorię eſſe orationē, quā ſniam ponit apud Platonē Gorgias, ſed hanc poſitionē recte Quintilianus refellit, qa oīo non mā̄, ſed opus, ſiue finis eſt oratorię. Hermagoras etpolus mā̄m oratorię dixit eē q̄ſtioneȝ oēm tam theſim q̄ȝ hypotheſim, quā ſniaȝ videt̄ Ariſt. ipſe olfacere, cū ait omne datū. accedit ad hęc ꝙ vt morbi ⁊ vlcera mā̄ eſt medicinalis, qa in illis ars verſat̄ ſic q̄ſtiones erūt mā̄ rhetoricę qa in oībus illis ipſa laborat. Rurſus ēt hāc optime refellit Cicero, qui ait q̄ſtiones tales potius ad Phm attinere. Pręterea cętere ſcię omnes ſupfluerēt. quapp recte Cicero inqt Hermagorā falſum qdē cōſtituiſſe de oratoris mā̄: qa non qd ars poſſet, ſed qd ipſe poſſet, expoſuit. multa quoqȝ Plato aduerſus hos loquit̄ in lib⁰ q Gorgias dicit̄. Hermogenes aūt oratoris mā̄m voluit eē qōnes oēs ciuiles. In his eni vult verſari rhetoreȝ dūtaxat, qđ Cicero in veteri rhetorica oſfecit, volēs mā̄m eē tria gn̄a cauſarū vel qōnes oēs ciuiles in tribus gn̄ibus cauſaꝝ cōtingētes. Hęc poſitio diminuta eſt, ⁊ optime Plato refellit in Phedo. vbi palā inqt, nō in iudicijs mō: ⁊ in cōtionib⁹, ac demōſtrationibus ſed in rebus ēt priuatis ac domeſticis rhetoricaȝ eē, cui Ariſt. recte cōſentit dicēs mā̄m eē datū omne, in

quo pōt cadere ꝑſuaſio:ſiue illō ſit ciuilis q̄ſtio/ſiue familiaris/ſiue moralis/ſiue priuata/ſiue amicorum/ſiue breuiter talis, vt in ea poſſit cadere ꝑſuaſio. Ubi aiaduerſione dignū, ꝓbabile differre a ꝑſuaſibili, ſeu credibili, nā ꝓbabile aut ꝓbare eſt opinionē facere. ꝑſuaſibile ac ꝑſuadere eſt fidē facere. At opinio eſt cōſenſus in intellectu velit, nolit. Fides ꝟo vel credulitas eſt ꝯſenſus in intellectu volūtate cōſentiēte. Nō eni poſſumus fidē hr̄e inuiti ſed volūtate aſſentiente. quare ꝓbabilia intellectū reſpiciunt, ꝑſuaſibilia ꝟo ac credibilia volūtatē. hui⁹ rei cā eſt, qa ꝑſuadere eſt in actionib⁹, quarū dn̄a eſt volūtas. ꝓbare eſt in oib⁹ opinionibus, quarū dn̄s eſt intell's. Quare orator ex ꝑſuaſibilib⁹ perſuadet volūtatis captādo cōſenſuꝫ: dialecticus ꝓbat, intellectū trahēdo ad opinionē. Ex his pꝫ mām oratoris eē queſtionē vel datū, nō oē, ſed id ſoluꝫ, vbi cadere pōt hinc inde ꝑſuaſio. Hāc opinionē videt̄ ſeq̄ Quintilian⁹ cuꝫ inq̄t res oēs q̄cunqꝫ ei ad dicēdū ſubiecte ſunt eē oratoris māꝫ. nā res oratori ſubte ad dicēdū ſunt q̄ōnes oēs in q̄bus pn̄t hincinde cōiecturales ꝑſuaſiones cadere, vt ſunt morales, ciuiles, domeſtice, priuate, ac amicoꝝ ꝛ inimicoꝝ q̄ōnes. Uer ga rhetorica trigenia eſt, ideo eius triplex pōt aſſignari mā: nā (vt rhetorica eſt logice particula) mā ſunt ꝑſuaſibilia ſimpl'r, vt enthymema ꝛ exēpluꝫ, ꝛ eiuſmodi, hec eni ꝑſuaſibilia ſimpl'r ſunt nō huic, vel illi, ceu dulcia ſimpl'r ſūt, que abſolute dulcia ſunt: huic vel illi forte nō dulcia, vt hn̄ti linguā īfectaꝫ. ita hec ſunt ſimpl'r perſuaſibilia, que forte huic vel illi nō ſunt ꝑſuaſibilia. ideo vt rhetorica eſt ꝑticula phyſice ſciētie, mā ſunt ꝑſuaſibilia huic vel illi: que ſunt patetica ꝛ affectitia, ſꝫ vt eſt ꝑticula eius facultatis, que eſt de actionibus humanis vl'iter, eius mā eſt omne datuꝫ in quo cadere pōt ꝑſuaſio hinc inde cōiecturalis hanc ſniam fortaſſe Cicero in lib° de oratore voluit: cum ait differre oratorē ſūmuꝫ ab oratore mediocri. Mediocris eni ille eſt q̄ ſolum dicit in trib⁹ gn̄ibus cāruꝫ/hoc eſt in q̄ōnibus ciuilib⁹. Sūmus eſt, q̄ dicit in omni dato, in quo cadit ꝑſuaſio: ex his pꝫ p̄mo quomō definitio Hermogenis ꝛ Dionyſij eſt diminuta: cuꝫ nō ſit de ſūma rhetorica: ſed de mediocri aſſignata: q̄ ſolum cauſas ciuiles cōplectitur. Pꝫ ſecūdo ꝙ nō ſit dialectici ꝛ ceteroꝝ artificū ꝑſuaſibil'r dicere de ſuis ſubtis. naꝫ ſolus orator dicit, ꝛ ꝑſuaſibil'r hinc inde rōcinat̄. Cetere vi dialectice aut loquūtur, aut ꝓbant ſiue ex ꝓbabilib⁹ rōcinātur. que Quintilianus ait (ꝙ hec definitio diminuta ſit, qa nō amplectit̄ niſi inuētionē, ꝛ nō elocutionē, ꝛ ceteros colores) nō ſunt recte obiecta Ariſt. nā ꝑ perſuaſibilia Ariſt. itelligit, tā ſimpl'r ꝑſuaſibilia, q̄ ſunt ſolum ad rem, q̄ꝫ ꝑſuaſibilia huic vel illi, que ēt ſunt ex̄ rē, vt elocutio, colores, ꝛ id genus: de q̄bus in 3° lib° dicet hec de mā/ac definitiōe. Et de fine, in quo Hermogenes diminutū ēt fecit Ariſt. pauca agēda ſunt, nā ſuo loco, cū de hac re occurret, etiā dicemus. De fine itaqꝫ diuulgata eſt rhetoꝝ opinio ꝙ oratoris finis ſit ꝑſuadere qō Ariſt. 3° ethicoꝝ aſſerit ꝑ exēplū medici, q̄ ſanitatē ſibi fineꝫ ſtatuit, ꝛ cuius gr̄a agit. Preterea queadmodū dialectici finis eſt ꝓbare, ita oratoris finis eſt ꝑſuadere. Ad hec finis partiū particularis, eſt finis toti⁹ vniuerſal'r, finis oratoris q̄ dicit in genere d̄liberatiuo eſt, fidem facere de vtilibus finis eius q̄ dicit in gn̄e demōſtratiuo eſt, fidē facere de honeſtis. finis eius, q̄ dicit. In gn̄e iudiciali eſt, fidē facere de iuſtis. igit̄ oratoris ſimpl'r eſt fidē facere ſimpl'r, fidē autē facere eſt ꝑſuadere, nihil eni aliud ꝑſuadere dicimus, q̄ꝫ fidē facere in auditoribus. igit̄ finis oratoris eſt ꝑſuadere ſimpliciter. Sꝫ huic opinioni aduerſat̄ Quintilianus lib° 2° inſtitutionū oratoriarū, qa ꝑſuadere nō videt̄ oratori ꝓpriuꝫ, cum pecunia, cicatrices forᵃ, ꝛ id genus ꝑſuadeant, que tn̄ nō ſunt oratoris partes. Inſuꝑ finis is eſt qui ſemꝑ euenit, cū ponunt̄ ea que ſunt ad finē, vt Phi ſentiūt, at oibus poſitis (que oratoris ſunt) non ſemper euenit ꝑſuaſio. igit̄ oratoris nō eſt ꝑſuaſio finis. Demū perſuadere videt̄ quodāmō fortuitū: vnde ꝛ iuriſconſulti ſniam fortuitā eē aſſerunt. his rōnibus ꝛ alijs cōplurib⁹ Quintilianus 2° lib° finē oratoris ait eē bn̄ dicere, qō Ariſt. hic ſentire videt̄ cuꝫ ait opus oratoris eē proſpicere ꝑſuaſibilia, ꝓſpicere aūt perſuaſibilia eſt bene dicere, qa eſt nullū ꝑſuaſibilium ꝑtermittere dicēdo de neceſſarijs ad ip̄m dicere. Hermogenes ēt in cōpendio ſue rhetorice authoritate Diony. halicarnaſei ideꝫ ſentit exp̄ſſe. ſed hec poſitio dubitatiōe minime vacat, nam tūc orator a declamatore non differret fine, declamatoris ſiq̄dem finis nihil aliud ſit q̄ꝫ bene dicere, qui eni in domo vel loco priuato in orōnibus ſe exercet, nihil aliud ꝑter bene dicere intēdit. Accedit ad hec ꝙ finis eſt quies opificis/at orator nō ceſſat in ipſo benedicere niſi perſuadeat. Plato lib° Gorgias ceterarū q̄deꝫ artiuꝫ ſcia omnis o Socrates circa manuales affectiones actioneſq̄ꝫ hoꝝ, vt ita dixeriꝫ verſat̄. Rhetorice ꝟo, nullum eſt opus eiuſmodi, ſed ois actio eius, atqꝫ poteſtas in dicēdo conſiſtit, ex q̄bus vult Plato poteſtateꝫ oratoris eē in dicendo, ꝛ poteſtas ꝛ officiū idē eſt: nam eſt p̄ncipis poteſtas officiū p̄ncipis. Poſtea in eodē li° perſuadere eē finē. inq̄t. ait eni Socrates fineꝫ eē poſſe verbis ꝑſuadere ꝛ in iudicio iudicibus, ꝛ in cōſilio conſulētibus, ꝛ in cōtione contionātibus, atqꝫ in alia qualibet cōgregatiōe ciuili. ꝛ paucis interpoſitis, inq̄t Socrates cum mihi videris Gorgia quā arteꝫ iudicas eſſe rhetoricā ꝓxime oſtēdiſſe/ac ſi recte ꝑcipio arteꝫ ꝑſuaſionis effectricē ais eē rhetoricam eiuſqꝫ oēm diligentiam, ꝛ ſūmam in hoc finiri ꝛ reliqua, ex his pꝫ Platonē velle oratoris officiū eē bn̄ dicere, ꝛ in hoc eius poteſtatē conſiſtere dūtaxat: finē autē eē perſuadere. Quare inter dicta Ariſt. ꝛ alioꝝ videt̄ cōſiliū fieri poſſe: qa vbi Ariſt. inq̄t opus oratoris eē perſuaſibilia, nil aliud vult dicere niſi ꝙ officiū oratoris eſt bene dicere ſic vt nullum ꝑſuaſibiliū omittat. Primo ꝟo ethicoꝝ ꝛ 3° finem oratoris clare voluit eē ꝑſuadere, cuius opiniōis Cicero eſt, qa bn̄ dicere officium: ꝑſuadere dicēdo ſiue ſermonibus ait eē finē. Et lꝫ hec opinio inter dicta authoꝝ conſilium ponere videat̄, inter rōnes, vt mihi videt̄, locū non hꝫ Adhuc eni ſtant rationes hinc inde facte, nec per eiuſmodi expōnē ſolutioneꝫ earū inſpitio. Boetius vir magnus. inq̄t. in oratore finē eē bene dicere, ꝑſuadere eē finē in iudice ipſo, que res non tollit rationes hinc inde inductas, nec ſatis cōmode ſatiſfacit authoribus hinc inde aduerſantibus. Alij de fine dixerunt, qa alter eſt quo, alter cuius gr̄a. Medici quidē finis quo, eſt bene curare, nec quicq̄ꝫ pretermittere de neceſſarijs ad curationē. Finis autē cuius gratia eſt, ſanitas, curat eni vt ſanat, ꝛ ſic qui volunt bn̄ dicere finē eē bene dicunt: qa finem quo intelligunt, qui autē perſuadere finē autumāt, finē gratia cuius intelligūt, ꝛ ſic rōnes tollūtur hinc idē. Sꝫ nec mihi hec recōciliatio placet, p̄mo qa ois finis ab Ariſt. cuius gr̄a dicit̄: finis eni pro cauſa ſumptus vbiqꝫ ab Ariſt. cuius gr̄a appellat̄: quare ſi eēt duplex finis, eēt duplex cuius gr̄a. vꝫ. cuius gratia, ꝛ cuius gratia quo, qō friuolū ꝛ turpe h̄ videtur. Preterea cū rhetorica ſit trigenia, videt̄ etiaꝫ vt ita loquar trifinia cū cuiqꝫ generi ꝓprius cōſtituat̄ finis: q̄s

tres fines nemo expoſuit.Quare ijs pretermiſſis,dica-
mus finē eē duplicem actionis qdē,qđ dicit̃ opus grę-
ce ergon:vel res acta,vt edificationis finis eſt domus,
domificator eni nihil aliud ſua actione intēdit,niſi do
mū facere.Nauifactor vo,nauim,ſutor calciamētū.Hi
eni fines ſunt actionū artificū/atqȝ artificū opera:vltra
quę nihil aliud intēdunt.In illis enim ceſſant,ꝛ in illis
actio eoꝝ finitur:alterum dicimus eē finē rei actę ſiue
operis,vt domicilij finis eſt habitatio.Nauis autē na
uigatio:calciamēti calciatio:hic finis eſt rei actę,qui ni-
hil aliud eſt niſi vſus illius.Opifex igit̃ finem ſibi ſta-
tuit opus:vſuȝ vo operis ſibi alius ſtatuit.Ex his faci-
le pȝ fines oratorię:nā vt oratoria eſt logicę particula,
eius finis eſt ꝑſuaſibilia ſimplr̃ ꝓſpicere,hoc eſt ex ꝑ-
ſuaſibilibus ſimplr̃ bene dicere:qđ eſt nullū ſimplr̃ ꝑ-
ſuaſibiliū dicēdo ꝑtermittere.quo vo oratoria ipſa eſt
particula nālis ſciētię:finis eius eſt ꝓſpicere ꝑſuaſibile
huic,vel illi,ꝛ ſic eius opus ac finis eſt bn̄ dicere nullū
perſuaſibiliū huic vel illi ꝑtermittēdo.quo vo ipſa eſt
particula ciuilis facultatis/vel eius ſcię:quę actiões hu
manas omnes cōſiderat:finis actionis ac eius opꝰ eſt
bn̄ dicere ex ꝑſuaſibilibꝰ ſimplr̃:ꝛ ex ꝑſuaſibilibꝰ huic
vel illi.Hoc eni eſt eius opus:nec orator vt ciuilis arti-
fex aliud intēdit per eius actionē,niſi ad h̃ opus:quod
eſt bn̄ dicere,ex oibus gn̄ibus ꝑſuaſibiliuȝ ꝑuenire vt
domificator nihil aliud ſua actione intēdit niſi domici
lium ipm̄.Finis vo rei actę ab oratore:qui eſt finis eiꝰ
operis:qđ eſt bn̄ dicere:eſt vſus illius rei actę,h̃ eſt ꝑ-
ſuadere,niſi auditor bene vtit̃ illo ope oratoris a quo
perſuaſus erat.Sin aūt male vtet̃ ex illo diſſuaſus po-
tius q̄ȝ ſuaſus videbitur,vt domicilij facti vſus eſt dn̄i,
nō opificis.Quare dicamus ꝙ oratorię vt eſt particu-
la ciuilis facultatis finis actiōis eſt bn̄ dicere,qđ eſt eiꝰ
actionis opus,vt Ariſt.dicebat.at finis rei actę vel ope
ris oratoris eſt ꝑſuadere,ꝛ ſic tolluntur cōtrouerſię,nā
qui dicunt bn̄ dicere eē finē oratoris intelligūt eiꝰ actio
nis finē eē ac opus vt rectę Ari.hic expoſuit.qui vo ꝑ-
ſuadere:intelligūt non oratoris finem,ſed oratoris rei
acte vel operis oratorij eē finē:vt Ari.vbiqȝ ſentit,per
hęc ad rōnes:dicamus eni dialectici finē eē ꝓbare,qua
tenus eſt finis rei actę a dialectico,ga probare eſt finis
ſyllo͡ꝝ:quę ſunt oꝑa dialectici.ſic ꝑſuadere eſt finis ip-
ſius oratoris quatenus eſt finis operis oratorij.¶ P.
fidē facere eſt finis in ꝑticulari partiū nō quidē orato-
ris,vt orator:ſed oratorij opis: bn̄ dicere vo eſt finis
oratoris vt opificis.Rōnes ēt Quintiliani nō valent,
ga lȝ cicatrices pecunia ꝑſuadeant,nō tn̄ niſi interueni-
ente opere:qđ eſt bn̄ dicere:cuius ꝑſuaſio eſt finis.Be
ne dicere eni eſt finis opuſqȝ actiōis oratorię.Perſua-
dere finis rei actę operiſqȝ ipſius:vt habitatio finis do
micilij facti: ꝛ calciatio finis calciamēti facti:ꝛ nauiga-
tio finis nauis factę.rurſus finis actionis ſemꝑ euenit
cū actio ꝑfecta erit,finis rei actę nō ſemꝑ:poſita enim
edificatione ſemꝑ euenit domus,habitatio vo domus
factę pōt non euenire,ga eſt in libertate vtētis.ſic poſi-
ta actione oratoris,euenit opus eius ſemꝑ,qđ eſt ipſuȝ
bn̄ dicere:ſed ꝑſuaſio,quę eſt vſus illius:nō ſemꝑ eue-
nit.Eſt enim in libera poteſtate vtētis illo opere. Hinc
pȝ ꝑſuadere eē aliquo pacto fortuitū:qn̄ euenire pōt ꝛ
non euenire,poſito oꝑe oratoris:qđ eſt ipm̄ bn̄ dicere,
nō tamē eſt ꝑter intētionē oēm ſi euenit:ga non ꝑter in
tētionem eius qui vtit̃ oꝑe oratoris. Hinc pȝ differen-
tiā inter oratorē,ꝛ declamatorē,naȝ lȝ vtriuſqȝ finis ꝛ
opus ſit bn̄ dicere:tn̄ oratoris opus eſt ad aliū finē in-
ſtitutū:qui lȝ non ſit oratoris ſimplr̃ eſt eius operis fi-
nis.At ipm̄ bn̄ dicere declamatoris eſt ad nullum aliū
finē inſtitutū,ꝓpterea operis declamatorij nulliꝰ vlte-
rior erit finis habēdus.¶ Pręterea/orator ceſſat i ipo
bn̄ dicere,nec vltra vt orator expoſcit:opus tn̄ ſuū nō
vacat alio fine:veluti ceſſat actio edificatoris ad domū
factā:domus vo facta eſt alterius finis:ga ad vſuȝ dn̄i
ſic opus oratoris ad vſuȝ auditoꝝ.Pȝ igit̃ oratoris/vt
ciuilis eſt,finē eius actionis eſſe bn̄ dicere,ſui vo opis
eſſe ꝑſuaſionē.Hęc de fine ſunt quę mihi videntur.

¶ Perſuaſionum autem,hę quidem inarti-
ficiales ſunt,hę autem artificiales. Inartifi-
cialia autem dico,quęcūqȝ non per nos ac-
quiſita ſunt,ſed pręextiterunt, vt teſtes,tor-
menta,ſcripta.Artificialia vo,quęcūqȝ per
methodum atqȝ per nos excogitari poſſibi-
le eſt.Quare oportet harum,illis quidē vti,
has autem inuenire.

acquiſita ſunt πεποριςαι excogitata ſūt tormenta βασανοι examina cruciatus queſtiones. ſcripta συγγραφαι conſcriptiões ſcripture. excogitari κατασκευασθηναι effici.

¶ Reſumpta ipſius rhetoricę definitione,nūc ad ꝑſua-
ſiones trāſit,de quibus ipſa eſt,ꝛ dicit.[Perſuaſionuȝ
autē,]de quibus eſt rhetorica ipſa,[hę quidem inartifi
ciales ſunt,hę autē artificiales.]Exponit autē qd ꝑ in-
artificiale,quidue ꝑ artificiale intelligat,ꝛ dicit.[Inar-
tificialia autē dico,quęcūqȝ non ꝑ nos acqſita,]ſiue ex
cogitata[ſunt,ſed ꝑexiſtunt]anteq̄ȝ ipſa excogitemus,
aut acqramus,[vt teſtes,tormenta,]ſiue cruciatus,ſiue
torturę,qbus vtūtur iudices ad veri cōfeſſionem,[ſcri
pta,]vt cōtractus,cęterę́qȝ obligationes,de qbꝰ poſtea
diſputabit.Deinde exponit artificialia,ꝛ dicit.[Artifi-
cialia vo]ſubaudi dico,[quęcūqȝ ꝑ methodū]ſiue re-
gulam a nobis inuētā,[atqȝ ꝑ nos excogitari poſſibile
eſt.]Ex his cōcludit,quo mō rhetores ſe habeāt ad hȝ
perſuaſiones,ꝛ dicit.[Quare opȝ]nos rhetores[harū]
perſuaſionū[illis].ſ.inartificialibus[qdē vti]tāq̄ȝ ꝑexi
ſtentibus ad teſtificationē rei.[Has autē].ſ.artificia-
les[inuenire].ſ.ꝑ nos,ꝛ artē noſtram,ꝛ poſtq̄ȝ fuerint
inuētę,opȝ nos illis vti.Sic igit̃ inartificialibꝰ vtimur,
ꝛ non ex arte noſtra inuenimus.Artificiales autē ꝛ ex
arte noſtra inuenimus,ꝛ inuētis vtimur.[illegible] teſtes,cru-
ciatus,ꝛ ſcripturę ſine arte,qm̄ ſubterfugiūt rōnē logi-
cę,cuius rhetorica eſt particula.Enthymema vo ꝛ exē-
plum artificioſę ſunt,ga rationē logicę ſubeūt,quę eſt
ars artiū,vt Ariſt.dicit in topicis,aut,vt Auer hic aſſe
rit,teſtes,cruciatus,ꝛ id genus ſunt ſine arte ꝑſuaſiões,
ga eoꝝ ꝑncipiuȝ non in nobis eſt.Enthymema autē,ꝛ
exēplum artificioſę ſunt,ga ꝑncipiuȝ eoꝝ in nobis eſt,
naȝ artificialiū nos ſumus,ꝛ dn̄i,ꝛ ꝑncipia.Sȝ cur apđ
iudices ꝑſuaſiones ſine arte pollētiores ſunt ꝑſuaſioni
bus artificioſis.Et cur exēpla ꝛ fabulę magis q̄ȝ ſyll'i,ꝛ
enthymemata ꝑſuadent.an ga teſtes ꝛ id genus,aut fue
runt in facto,aut facto ꝓpinquiores.Artificioſę autē ꝑ-
ſuaſiones nec in facto,nec facto ꝓpinquę,ſed ſoluȝ de
facto coniecturabiles.Exēpla vo ꝛ fabulę ideo perſua
dent magis q̄ȝ ſyll'i,ꝛ enthymemata,ga ꝑſuaſiões ſunt
ſenſibiliores,in qbus vulgares magis verſant̃.Enthy-
mema autē ꝛ ſyll'us minus ſenſibiles.An ga exēpluȝ ꝛ
fabula ꝑſuaſiones ſunt faciliores,quas facile vulgares
percipiūt.Enthymema autē ꝛ ſyll'm cuȝ difficultate,at
faciliora credibiliora ſunt ſemꝑ,qđ Ariſt.ꝓbauit liº ꝓ- ꝑticule 18ª.
blematuȝ.¶ Deinde q̄res cur in doctrinis teſtes,ꝛ exē- ꝓblēte 3º.
pla tenēt infimū locū ꝓbandi.Locus eni ab authorita-
te infimus eſt.an ga Phi de his agūt,quę nō ſunt in no
ſtro facto.ſed de his,quę vlia ſunt,ꝓculqȝ a noſtro fa-
cto.ideo ſyll'i eis lōge magis conueniūt.Rhetores aūt

de ijs

ercogitantur
ωοριξομε
νον
que exqrunt
que inueniũt
ratione
λογω
oratione.
Cõmẽta[m].

de ijs agũt,quę manu ptractant.ideo ad ꝑſuadẽdũ va/
lẽt ſenſibiles ipſę ꝑſuaſiões lõge magis q̃ʒ itelligibiles.

¶ Perſuaſionũ ꝟo,quę ratione excogitant,
tres ſpecies ſunt,nam hę quideʒ ſunt in mo
re dicentis.Hę autẽ in afficiẽdo aliquo mo
do auditore.Hę ꝟo in rõne ipſa,cũ demon
ſtramus,aut videmur demonſtrare.

¶ Subdiuidit nũc rurſus artificioſas perſuaſiões,ꝛ di
cit.[Perſuaſionum ꝟo,quę rõne excogitãtur]hoc eſt
artificioſarum,quę ratione parantur, atq; exquirũtur,
ac inueniuntur,[tres ſunt ſpecies.nam hę quidem ſunt
in more dicẽtis.]Hoc eſt vna ſpecies eſt perſuaſionũ,
quę ſumuntur ex parte dicẽtis,vt e moribus eius.[Hę
autẽ in afficiendo aliquo modo auditore.]hoc eſt alia
ſpecies ſumitur ex parte auditoris afficiendi[hę ꝟo in
ratione ipſa,]cum demonſtramus reʒ factam,vel non
factam in genere dicendi iudiciali, eſſe vel non eſſe in
genere dicendi demonſtratiuo,fore vel non fore in ge
nere dicendi deliberatiuo, [aut videmur demonſtra/
re]hoc eſt ex veriſimilibus per enthymemata,vel per
exempla.probatur hęc diuiſio(vt recte Egidius)quia
omnis ꝑuaſio eſt rationabilis vel ſermocinaria. Ser/
mo ꝟo aut ratio ad tria refertur, aut ad dicentem ip/
ſum,aut ad audientem,aut ad reʒ,quę dicitur.igitur ar
tificioſę perſuaſiones non plures ſunt q̃ʒ tres.¶ Quo
ꝟo ad verba attinet,verbum in ratione ipſa,gręce eſt,
εν αυτω τω λογω. At λογοσ logos ꝛ rationeʒ,ꝛ ora
tionem ſignificat,Ego tamen in ratione ipſa tranſtu/
li.Nam oratio hęc tria perſuaſionum genera comple/
ctitur.Ratio auteʒ non niſi perſuaſionem,quę accipit
ex parte rei,vt Ariſto.intellexit hic.¶ Sed occurres,
quia ſuperius Ariſto.voluit perſuaſiones ad rem ſolũ
eſſe artificioſas,eas ꝟo,quę ſunt pręter rem, dixit eſſe
extra artem.nunc autem omnes artificioſas eſſe aſſe/
rit.An qa hic artificioſum accepit fuſius,pro omni eo,
cuius principium,ꝛ cauſa eſt in nobis,quod.vʒ.diſtin
guitur contra [..]tes,cruciatus, ꝛ id genus.At ſuperius
ſumpſit artificioſum preſſius pro eo,quod eſt dicere lo/
gice.Inſuper ſuperius voluit ea,quę ſunt pręter rem
eſſe minus principalia in oratore.Sed quę ſunt ad rẽ
eſſe principaliora,ꝛ ſic illa ab arte penitus non abiecit.
hic aũt illa complectit̃ tãq̃ʒ minus in arte ꝑncipalia.

probis
επιεικεσι
modeſtis
mitibus
manſuetis
ęquis.
facilius
θαττον
celerius
citius.
ambiguitas
αμφιδοξειν
ambigere
diuerſitas
opinantium.
ali[9] text[9].
a Oʒ aũt ꝛ h̃
accidẽ nõ ꝑꝑ
orõnẽ:ſʒ ꝑꝑ
ea qz opina/
mur q̃lẽ quẽ
dã eẽ dicẽtẽ.

¶ Per morem igitur,cum ſic quidem dicat̃
oratio,vt dignum fide faciat dicentem. Si/
quideʒ probis magis ac facilius in omnib[9]
ſimpliciter credimus.in quibus autem cer/
titudo non eſt,ſed ambiguitas, ꝛ omnino.
Oportet [a] autẽ ꝛ hoc accidere propter ora/
tionem,non autem propterea,quia opina/
mur qualem quendam eſſe ipſum dicentẽ.
Non enim ſicut quidam orationum artem
tradentium ponunt in arte,probitateʒ dicẽ/
tis quaſi nihil conferentem ad perſuadẽdũ,
ſed fere(vt eſt dicere)principaliſſimam ha/
bet fidem mos.

¶ Tria perſuaſionum genera ſumpſit,ex parte viri di/
centis probitatem,ex parte audientis affectionem, ex
parte rei rationem.Nunc hęc tria per ordinem decla/
rat,ꝛ primo q̧ probitas viri dicentis maxime perſua/
deat,ꝛ dicit.[Per morem igitur]ſubaudi ꝑſuadet ora/
tor,[cum ſic quidem dicatur]atq; ab eo pronuntietur
[oratio,vt]ipſis audientibus [dignum fide faciat di/
centẽ,]facit orõ ipm dicẽtem dignũ fide,cũ ab eo ꝓnũ
tiat̃ ſic modeſte,ac ꝓbe,vt audiẽtes credãt eũ eẽ viruʒ
ꝓbũ,modeſtũ,mitẽ,ęquũ,atq; iuſtũ,quãto magis per/
ſuadebit,ſi non ſolum ex ipſa orõnis pronũtiatiõe,ſed
ex oĩbus actionibus in vita credent eũ eẽ officioſum,ꝛ
ſit reuera probus.Hoc ita eſſe demõſtrat obſeruatiõe
atq; exẽplo,ꝛ dicit.[Siqdem ꝓbis magis ac facili[9] in
omnibus ſimpl'r credimus.]hoc eniʒ apud oẽs gentes
obſeruatũ eſt,vt de oĩb[9] ſemꝑ ꝓbis magis credat̃,dein
de exponit,in qb[9] potiſſimũ,atq; oĩno ſtam[9] ꝓborum
traditionib[9],ꝛ.q.d.lʒ in oĩb[9] magis,ꝛ facili[9] credam[9]
ꝓbis,q̃ʒ nõ ꝓbis,[in qbus autẽ certitudo nõ eſt,ſʒ am/
guitas.]hoc eſt,ſed opinãtium diuerſitas,[ꝛ oĩno]ſub/
audi tũc omnifariã ꝓbis credimus.Sic igit̃ lʒ de oĩb[9]
ſimpl'r magis,ac facilius ꝓbis q̃ʒ non ꝓbis,credamus,
in quibus tñ nõ eſt certitudo,ſed de re ſũt opiniões di/
uerſę,tunc ꝛ oĩno eis credimus,aſſertiõibuſq; eoꝝ.ſic
enim ſemꝑ apud oẽs gẽtes obſeruatũ eſt. ¶ Quo ꝟo
ad verba attinet,ꝟbum ꝓbis gręce επιεικεσι : latine
modeſtis,ꝛ mitibus,ꝛ manſuetis,ꝛ ęquis,veruʒ vl'i vo
ce probis expoſui,verbum aũt facilius gręce θαττον,
quod etiam latine dici poteſt,tum celerius,tum citius,
ſed hic facilius diximus verbum ẽt ambiguitas gręce
eſt,αμφιδοξειν, latine ambigere,ſiue ambiguitas,ſʒ
eſt ambiguitas opinantium quędã diuerſitas,ꝟba ꝟo,
[in qbus autẽ certitudo nõ eſt,ſed ambiguitas,ꝛ oĩno]
legi poſſunt,vt ſint determinantia id,quod dixit.q.d.lʒ
in omnibus ſimpliciter magis ꝛ facilius probis creda
mus,q̃ʒ non probis,tamen reuera non in oĩbus hoc ve
rum eſt,ſed in quibus certitudo non eſt,ſed ꝛ oĩno opi
nantiũ diuerſitas,verum ꝑma lectio verior eſt,vt cõſi/
derãti verba patet.ꝟbũ autẽ orõ gręce eſt λογοσ, lati/
ne etiã rõ,ſed hic ꝓ oratione accepit,quę cõplectit̃ oẽs
tres perſuadendi ſpecies,Deinde annotatione dignũ,
in ſcriptura gręca,quam habeo,verba quę ſequuntur,
ſic leguntur.[Oportet auteʒ ꝛ hoc accidere ꝓpter orõ/
nem,non aũt ꝓpter ea qa opinamur q̃lem quẽdam eſſe
ipſum dicẽteʒ,]ꝛ nullo pacto ſtare pñt,qa nec ꝯueniũt
eis,quę modo dixit,nec his,quę ſtatim ſubſcribit.Et ꝓ
pterea trãſlatio vetus meli[9] habet,dicit̃ eni in ea,[opʒ
auteʒ ꝛ hoc accidere nõ ꝓpter orationem,ſed ꝑꝑea qa
opinamur q̃lem quẽdã eẽ dicẽtẽ,]hęc eni ſcriptura cõ/
ſona eſt tã his,quę dixit,q̃ʒ his,q̃ ſubſcribet,nã cum di
xiſſet in oĩb[9] facilius ꝛ magis ꝓbis q̃ʒ nõ ꝓbis nos cre
dere,ꝛ potiſſimũ atq; oĩno in eis,in qb[9] eſt opinãtiũ di
uerſitas,cũ poſſet dici h̃ ꝓbũ hr̃e nõ ꝓbitate,ſed vi ora
tionis,ad hoc refellẽdũ ſubſcribit.[Opʒ aũt ꝛ h̃ accide
re]ſubaudi ipſis ꝓbis,[nõ ꝑꝑ orõnẽ]hoc eſt nõ vi ora/
tionis,[ſed ꝓpterea qa]ex modeſta ꝓbatq; orõnis ꝓ
nũtiatiõe,[opinamur q̃lẽ quẽdã eẽ dicẽtẽ]h̃ eſt ꝓbuʒ,
modeſtũ,mitẽ,mãſuetum,ęquũ,atq; iuſtũ.Putam[9].n.
vitę ꝓbitatem eſſe talẽ in ꝟbis,qualis eſt in vita,vitęq;
actionibus,ex his apparet error ſcripturę,quę repit̃ in
gręcis codicib[9],ꝛ in trãſlationib[9] Georgij trapeçuntij,
eſt eni ſcriptura corrupta.Deinde confirmãdo hoc,re/
prehendit nonnullos artis ſcriptores,qui probitatẽ vi
ri dicentis nihil,aut parum pręſtare perſuaſioni dixe/
runt,moti fortaſſe ex eo,quia oratio perſuaſiua eſt,qa
vera eſt.At vera vel falſa oratio eſt(vt ſcribit Ariſto.
in pręđicamentis)ab eo,quod res eſt vel non eſt,igit̃
non probitate vel auctoritate viri dicentis oratio per/
ſuaſiua eſt,ſed vi rei,cui occurrit Ariſto.ꝛ dicit.[Non
enim ſicut quidam orationum artem tradentium po/

nunt in arte] ponendum ſubaudi ac aſſerendum eſt [probitatem dicentis quaſi nihil]eẽ[conferentẽ ad ꝑſuadendum, ſed fere (vt eſt dicere) principaliſſimaꝫ habet fideꝫ mos,]atqꝫ dicentis probitas, quaſi dicat. ſed eſt dicendum probitateꝫ viri dicentis principaliſſimã facere fidem in ſermonibus. Quod in contionatoribꝰ videmus, qui prędicatores vulgo dicuntur. hi enim vitę probitate magis mouent q̃ꝫ rationibus quibuſcũqꝫ. ¶ Sed quęres propter quid oratio ſi a probo, q̃ꝫ ſi eadem ab improbo dicat̃, magis perſuadeat. An quia (vt Ariſt. ſcribit. 10. ethico.) orõnes fiunt ad vulgares. Vulgares autẽ magis ſenſu q̃ꝫ rõne vigent, at ſenſus non diſcernit inter verũ ⁊ veriſimile. Ideo vulgus qđ in actionibus vitę rectum eẽ credit, idẽ quoqꝫ ⁊ in ꝟbis, ac ſermonibus eẽ arbitrat̃, non eni diſcernit inter rectuꝫ agere: ⁊ rectum dicere. Oia enim putat actiões. vnde quia vulgares improbitatẽ in actionibus arbitrant̃ etiaꝫ in ꝟbis eẽ, ideo proboꝝ magis q̃ꝫ improboꝝ ſermonibꝰ credũt. ꝓpterea Ari. ait ſermones, qui de actibꝰ atqꝫ affectibus ſunt, minorẽ q̃ꝫ opera fidẽ hr̃e. Sili rõne ſyll's a ſapientioribus ꝓlatus facilius opinioneꝫ efficit, q̃ꝫ ſi ab inſipientioribus proferat̃, qm̃ probabile eſt, qđ pluribus videtur ⁊ pręcipuis, ⁊ ſapientioribus. ¶ Sꝫ occurres adhuc, quoniam 2° huius Ariſt. ex parte dicẽtis orationem perſuadere ex tribus aſſerit, ex prudẽtia dicentis, ex virtute, ⁊ beniuolẽtia. ait eni cum cõſiliarius, vel orator, qui dicit, fuerit prudens, probus, ac beniuolus, tunc in dicendo optimaꝫ facit fidem in eis, qui audiunt. hic ꝟo ſolam probitatem accepit, dicendum hoc quod Ariſt. hic dicit, non excludere cętera, quę addidit libro 2°, nec ea, quę illic accepit, excludunt id/quod hic aſſignat, quare cum compatiantur ſeinuicem, bene dicuntur. Verum quod libro ſcđo dicit, eſt amplificans id/quo dicit hoc loco.

affectum
πάθοσ
paſſionem
ꝑturbationẽ.
ꝑinducti fuerint
προαχ'
θωσιν
ꝯpulſi fuerit
verum
μὲν οὖν
q̃dem igit̃.
Cõmẽtaᵐ.

¶ Per auditores auteꝫ, cum per orationẽ in affectum ꝑinducti fuerint. Non eniꝫ ſimil'r reddimus iudicia, cum triſtamur, ⁊ cum letamur, vel cum amamus, ⁊ odio habemus, ad quod etiam ſolum dicimus eos, qui orationum artem tradiderunt, tentaſſe negotiari. Verum de his declarabitur ſingulatim, cum de affectibus dicemus.

¶ Nunc 2° declarat quonã modo ꝑſuaſio fiat ex parte ipſoꝝ audiẽtiũ, ⁊ dicit. [Per auditores aũt] h̾ eſt ex ꝑte auditoꝝ aũt fit ꝑſuaſio, fideſqꝫ iducit̃, [cũ ꝑ orõneꝫ in affectum pręinducti fuerint.] dico ꝑ orõnẽ. ſ. pathetica, hoc eſt affectus inductiuam, dico in affectuꝫ/hoc eſt in triſtitiam vel gaudium, amorem vel odium, vel in aliquid id genus. Deinde aſſignat rõnẽ, ⁊ dicit. [Nõ eniꝫ ſimil'r reddimus iudicia] in cauſis, qõnibuſqꝫ ipſis [cũ triſtamur, ⁊ cũ letamur, vel cum amamus, ⁊ odio habemus.] diuerſimode eniꝫ affecti diuerſimode iudicamꝰ. vnde ⁊ Ptolemęus libᵒ cẽtũ enuᵗᵒꝝ dicit aſtronomum cum de re quapiam vult iudicare ab odio atqꝫ amore abiunctum eſſe oportere. Salluſtius quoqꝫ: omnes homines. inquit. qui de rebus dubijs conſultãt, ab ira, et reliquis animi perturbationibus abeſſe oportet. Naꝫ haud facile verũ ꝑſpicit, vbi illa officiunt. Tertio repetit eorum opinionem, qui ſolum dicere enitebant̃ monendo audientes ad affectus, ⁊ dicit. [ad quod etiam ſolum dicimus eos, qui orationum artem tradiderũt, tentaſſe negotiari.] hi enim ſunt, de quibus ſuperius dixit, eos exiſtimaſſe, aut totam, aut maiorem partẽ perſuadendi conſiſtere in afficiendis auditoribꝰ, quod Quintilianus ſũmum id eſſe in oratore affirmat. Propterea quarto aduerſus hos, dicit. [Verum de his,]horumqꝫ opinione[ſingulatim declarabitur,]libro ſcđo[cuꝫ de affectibus dicemus]. ¶ Sed quęres, cur iudex amore atqꝫ odio carere debet? An quia, vt 5° ethicorum dicitur, iudex eſt quaſi iuxta ſtans. Amore autem vel odio nõ iuxta ſtat, ſed hac, vel illac pẽdet. An quia iudex (vt. ſ̃. dixit) eſt regula quędam. At regula paruo hinc vel inde addito, nõ amplius ęquilibra relinquitur. An quia (vt 5° ethicorum dicitur) iudex eſt iuſtitia animata, ac iuſtum animal, viuenſqꝫ. Iuſtum autem mediuꝫ ⁊ ęq̃le eſt. Eſt enim iuſtitia ęqualitas quędaꝫ. At quod amore vel odio, aut aliquo id genus afficit̃, non ęquale eſt, verum de his ſecũdo libro.

¶ Per rationes deniqꝫ credunt, cum verũ, aut apparens oſtenderimus ex perſuaſibilibus circa ſingula.

deniqꝫ
δὲ
aũt
ꝑſuaſibilibꝰ
πιθανων
credibilibus
probabilibꝰ.
Cõmẽtaᵐ.

¶ Vltimo declarat quãdo per rõnes, ⁊ ex parte rei perſuademus auditoribꝰ vſqꝫ adeo vt credant, ⁊ dic̃. [Per rationes deniqꝫ credunt]auditores, [cum veruꝫ aut apparens]ideſt veriſimile[oſtenderimus ex perſuaſibilibus circa ſingula, [circa ſingula dico quę quęruntur, ⁊ diſputantur per oratores. Quare enthymemata, ⁊ exẽpla rationes ſunt, quę rem factam, vel non factam, eẽ, vel non eſſe, fore vel non fore demonſtrant, quaꝫ partem pręcipuam in oratore ponunt Peripatetici, ⁊ Platonici, vt ſuperius diximꝰ. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinẽt, verbum rationes, gręce λογων, latine orationes etiaꝫ, verum hęc pro rõnibꝰ accepit, quę ſunt vna ꝑs orõnis. verbum apparẽs, quod gręce eſt, φαινομενον latine veriſimile. Rhetor eni oſtendit verum, ⁊ veriſimile, qm̃ rhetoris eſt vtrãqꝫ partẽ q̃ſtionis argumẽtari. mõ quęſtionis altera pars vera, altera veriſimilis eſt.

¶ Cum autem ꝑſuaſiones ꝓpter hęc ſint, ꝑſpicuuꝫ eſt, qm̃ hęc tria eſt ſumere, eius, qui ſyllogiꝫare poteſt, ⁊ conſiderare circa mores ⁊ virtutes, ⁊ tertio quę circa affectiões, ⁊ quid vnaquęqꝫ affectionũ ſit, ⁊ quale q̃d, ⁊ ex quibus, ⁊ quo pacto fit.

Cõmẽtaᵐ.

¶ Nunc concludit quot ſint, quę rhetorica conſiderat, ⁊ dicit. [Cum autem perſuaſiões propter hęc ſint]. vꝫ. ex parte rei, propter enthymemata, ⁊ exempla, ex parte dicentis, propter mores ac virtutes, ex parte audientium, ꝓpter affectiones, [perſpicuum eſt, quoniaꝫ]rhetoris[eſt ſumere hęc tria. eius, qui ſyllogiçare poteſt.] ſubaudi eſt ſumere de ſyllogiſmis rhetoricis, quę ſunt exemplum, ⁊ enthymema. [et]ſubaudi eius, qui perſuadet propter mores, [eſt conſiderare circa mores, ⁊ virtutes, ⁊ tertio]eius, qui perſuadet afficiendo, eſt cõſiderare, [quę circa affectiones.]Et exponit quę ſunt ea, q̃ circa affectiones vult cõſiderare, ⁊ dicit. [Et quid vnaquęqꝫ affectionum ſit]quantuꝫ ad genus, [⁊ quale q̃d] quantum ad differentiam. [⁊ ex quibus]quantũ ad res geſtas, vel verba pręter rem, [⁊ quo pacto fit,]quo ad pronuntiationem, ⁊ ad cantum.

¶ Quare accidit rhetoricam velud adnatuꝫ quid eſſe dialecticę, ⁊ negotij, quod circa affectus, quod iuſtuꝫ eſt appellare politicũ.

adnatũ q̃d
παραφυ-
ἐς τι
ꝓpaginem
quãdam
Cõmẽtaᵐ.

¶ Nunc concludit genera, quorum eſt ipſa rhetorica, ⁊ dicit. [Quare accidit] propter hęc, quę dicta ſunt

[rhetoricam

[rhetoricam eſſe velut ad natum quid dialecticę,] hoc eſt eſſe de genere dialecticę. Eſt enim dialectica ſub genere logicę. ergo ⁊ rhetorica eſt eiuſdem generis. nam quatenus agit de enthymematibus ⁊ exemplis, eſt particula logicę. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, verbum adnatum quid grece eſt παραφυές τι, ⁊ põt interpretari propago quędam. At propago pro genere accepit Uirgilius, cum dixit. Si romana potens itala virtute ꝓpago. Eſt igitur rhetorica de genere logicę, q̃tenus eſt de perſuaſionibus ſm rem, quę ſunt enthymema, ⁊ exemplum. deinde ſubſcribit rhetoricam eſſe generis politicę, ⁊ dicit. [et] ſubaudi eſt ꝓpago [negotij, quod eſt circa affectus, quod iuſtum eſt appellare politicū] hoc eſt ciuile. ¶ Sed occurres, quia ſuperius diximus rhetoricam eẽ generis phyſici, quatenus agit de affectibus, nunc autẽ dicit negotiū de affectibus eſſe dicendum ciuile. Poteſt dici Ariſ. velle rhetoricam (quatenus eſt de affectibus) poſſe appellari ciuilē ſm figuram, vt ſubſcribet ſtatiꝫ, reuera nõ ciuilẽ, ſed nãlem eẽ, quod pacto ſit, ſtatim dicemus in textu proximo.

prediti ἀντιποιοῦνται facti. tum quidem τὰ μὲν partim qdeꝫ tum ꝟo τὰ δὲ partim ꝟo. arrogantiam ἀλαζονείαν iactantiam.

¶ Propter quod ⁊ ſubinduit figuram politicę rhetorica, ⁊ qui prediti hac ſunt. tum q̃dem propter ineruditionem, tum ꝟo ꝓpter arrogantiam, tum etiam propter alias cauſas humanas.

¶ Corrigit ſe, ⁊ declarat ꝓpter quas cauſas rhetores ſe ciuiles fecerunt, ⁊ dicit. [Propter quod ⁊ ſubinduit figuram politicę rhetorica, ⁊ qui prediti hac ſunt] etiam ſubinduunt figuram ciuilium, non tamẽ reuera ita eſt, nã rhetorica quatenus eſt de ſyllogiſmis, eſt logicę ps, quatenus autem eſt de affectibus, eſt phyſicę ſpẽs, nam de affectibus animę agit liber de aĩa. Deinde aſſignat cauſas, quare rhetores fecerunt ſe ciuiles, ⁊ dicit. [Tuꝫ quidem ꝓpter ineruditionem,] hoc eſt, quia ignorauerunt logicam. [Tum ꝟo propter arrogantiam] hoc eſt propter iactãtiam ⁊ ſuperbiam. nã duꝫ ſe ciuiles faciũt, elatiores putant haberi ab omnibus, ac ſublimiores. at ſi ſe logicos facerẽt, ſe putarẽt facere viliores, quod q̃dem non eſt, niſi ob eorum ſuperbiam, [Tuꝫ etiam ꝓpter alias cauſas humanas,] vt ꝓpter ciuilem potẽtiaꝫ, vel etiam ꝓpter lucrum, quę ſe conſequi facilius putabant ſe ciuiles, q̃ꝫ logicos facientes.

¶ Eſt enim particula quędaꝫ dialecticę, ⁊ ſimulacrũ ſicut ⁊ incipiẽtes diximus. De nullo eniꝫ determinato, alterutra earuꝫ ſcientia eſt quo modo ſe habet. Sꝫ ſunt potentię q̃dam conquirendi rationes. De potẽtia qdẽ igitur ipſaruꝫ, ⁊ quonam mõ ſe habeant ad inuicem, dictum eſt fere ſufficienter.

Cõmẽta⁹. ¶ Quaſi (vt mihi videt̃) corripit eos, qui rhetoricã oĩ ex parte ciuilem effecerunt, ⁊ dicit, rhetorica (vt recte dictum eſt) non eſt ciuilis. [Eſt enim particula q̃dam dialecticę. (⁊ ſicut incipientes diximus) ſimulacruꝫ] illius. dixit enim a pͥncipio ꝙ rhetorica ſit dialecticę antiſtrophos, cuius rõnem repetit, ⁊ dicit. [De nullo enim] gñe [determinato quo mõ] illud [genus ſe hẽat ſciẽtia eſt,] ſed de quibuſdam cõmunibus, ꝓpterea ſubſcribit, quales vtreq̃ nam ſunt, ⁊ dicit. Sed ſunt potentię quędã] hoc eſt facultates quędam [cõquirendi rationes] .ſ. enthymemata, ⁊ exẽpla de quolibet dato. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, cum dixit, rhetoricam eẽ particulaꝫ dialecticę, per dialecticaꝫ logicã ſumpſit, ſicuti Plato vbi, qꝫ accepit, ſimulacrum grece eſt ὁμοίωμα, latine ſimilitudo etiam, ⁊ accepit ſimilitudineꝫ pro propagine (qa vt dictum eſt) rhetorica eſt ꝓpago dialecticę, quatenus eſt de illius genere. demũ epilogat, ⁊ dicit. [De potẽtia qdem igit̃] .i. de vi [ipſaruꝫ] .ſ. dialecticę atq̃ rhetoricę [dictum eſt,] nã ſuperius dixit tã rhetoricã q̃ꝫ dialecticam vim pſuadẽdi eẽ circa quodlibet datuꝫ. [⁊ quonã modo ſe habeãt adinuicem, dictum eſt] etiam [fere ſufficiẽter,] quoniaꝫ dictuꝫ eſt, ꝙ rhetorica ſit vis perſuadendi circa quodlibet datuꝫ ex veriſimilibus, dialectica ꝟo ex probabilibus, vel dictum eſt quonã modo ſe habeant adinuicem, nam dictum eſt alteram alteri antiſtropham eẽ, aut dictũ eſt quonã modo ſe habeãt, qa dictum eſt ꝙ rhetorica ſit dialecticę particula, dixit aũt [ſufficienter fere,] quatenus nõdum de enthymematibus ⁊ exẽplis dictũ eſt, aut dixit ſufficiẽter fere, pp modeſtiam ſeruandã, ⁊ arrogãtiam euitãdã. ¶ Sed dubitares fortaſſe non abre, ⁊ pͥmo quia videt̃ rhetorica particula phię nãlis, qm̃ conſiderat de animę affectib⁹, de quibus ſciẽtia de anima agit, quę nãlis phię ps eſt. deinde qa videt̃ ciuilis, qa agit de morib⁹, ⁊ virtutib⁹. Poſtremo qa videt̃ logica, qa agit de enthymematibus, ⁊ exẽplis, quę logicę rõnes ſunt. Quare nõ videt̃ magis dialecticę particula q̃ꝫ nãlis, aut ciuilis ſciẽtię. Nõnulli ſunt, qui rhetoricã quaſi ex equo trigeniam fecerunt, ciuilem quidem rõne morum, quos contemplat̃ ex parte dicẽtis. Phyſicaꝫ aũt, q̃tenus eſt de affectib⁹, ex qb⁹ ſumũtur pſuaſiões ex pte audiẽtis. logicaꝫ deniq̃ q̃tenus eſt de enthymematib⁹ ⁊ exẽplis, quę ex pte rei pſuaſiones ſunt. dixerũt etiã ex ęquo eſſe (vt ita loquar) trimateriã, qa de pſuaſionibus ſumptis ex parte rei, vt eſt logicę particula. Et de moribus ⁊ virtutibus, vt eſt particula ciuilis. Eſt deniq̃ de affectibus, vt eſt particula phię naturalis. Uerum hi inquantum dicunt rhetoricam eſſe trigeniam, triq̃ materiam recte ſentiunt. Superius enim hoc probatum eſt, inquantum ꝟo dicunt rhetoricam eſſe ex ęquo trigeniam atq̃ trimateriã, errant, qm̃ (vt Ariſt. hic declarauit) affectus, ⁊ mores materię ſunt rhetoricę quaſi remotę atq̃ per accidẽs. Nõ enim hęc, vt talia, ſed, vt perſuaſibilia ſunt, atq̃ vt faciunt ad perſuadẽdum conſiderat. Quare non ex ęquo rhetorica hęc eſt, ſed primo pͥncipaliterq̃ particula logicę. Ex quibus patet cauſidicos, quos hodie ciuiles dicunt, non eſſe ciuiles, ſed verius rhetoricos atq̃ dialecticos, quatenus eniꝫ rhetoricam moribus applicãt, ciuiles dici poſſunt, per accidens tamen, quatenus autem litigant (quod proprium eſt eorum) dialectici ſunt habendi, ⁊ quidem verius, atq̃ proprius.

Cui⁹ facultatis ſit pticula rhetorica.

¶ Eorum autem, per quę aut ꝓbamus, aut videmur probare, quemadmoduꝫ ⁊ in dialecticis, aliud quidem inductio eſt, aliud ꝟo ſyllis. Uoco auteꝫ enthymema qdẽ, rhetoricũ ſyllꝫ. exẽplũ aũt, rhetoricã iductionẽ.

p q̃ pbamus δια του δεικνυναι pp oſtẽdere pp dm̃ſtrare. videmur probare φαινεσθαι δεικνυναι pp apparere oſtendere demõſtrare.

¶ Cuꝫ expoſuiſſet rhetoricam eſſe de tribus gñib⁹ pſuaſionũ, nunc de genere earũ pſuaſionum ꝓſeqtur, q̃ ſunt ſumptę ex parte rei, ⁊ incepit ab his magis, quia ſunt principaliores, ⁊ per ſimilitudinem aſſerit eas duas, enthymema. vꝫ. ⁊ exemplum, ⁊ dicit, [Eorum autem per quę aut probamus, aut videmur probare, quemadmodum ⁊ in dialecticis] aliud eſt inductio, aliud ſyllogiſmus, ſic in rhetorica duo erunt, [aliud quidem inductio eſt, aliud ꝟo ſyllogiſmus.] ⁊ exponit quonã modo iductio, ⁊ ſyllogiſmus ſint rhetoricę pſuaſiões,

ꝛ dicit.⸤Uoco autē enthymema quidē,rhetoricū ſyllo/
giſmū,exēplū autē,rhetoricā inductionez.⸥quare vt in
dialecticis duo ſunt inductio,ꝛ ſyll'us,ſic ꝛ in rhetorica
duo ſunt enthymema,ꝛ exēpluz,dixit aūt enthymema
nō ſimpl'r eſſe ſyll'm,ſed rhetoricū ſyll'm,qa(vt poſtea
dicet̄)multifariā a ſyll'o deficit,ſed apud rhetorē eam
vim hʒ,quā ſyll'us apud dialecticū.ita quoq; exēplum
non ſimpliciter dixit eſſe inductionem,ſed rhetoricam
inductionē,quia lʒ exēpluz ſit minus inductione,tamē
tantum apud rhetorem exēplum valet,quantum apud
dialecticum inductio,quaz rem Ariſt.primo poſterio/
rum affirmat dum rhetoricem perſuadere aſſerit aut ꝑ
exemplum,quod eſt inductio,aut per enthymema,qđ
quidem eſt ſyllogiſmus,quia exemplum apud rhetorē
eſt inductio,ꝛ enthymema ſyll'us.⁋Quo ꝟo ad ver/
ba textus attinet,annotatione dignum,in trāſlatiōib⁹,
quas Egidius exponit,ꝟba textus eſt hęc,eoꝝ autez,q̄
» ſunt propter oſtēdere,aut apparere oſtēdere,ſicut ꝛ in
» dialecticis,hoc quidem inductio eſt,hoc autem ſyllo/
» giſmus,hoc ꝟo apparens,ꝛ hic ſimil'r, nam exempluz
» quidē inductio eſt.Enthymema ꝟo ſyllogiſmus,voco
» autē enthymema quidē rhetoricum,ſyll'm.Exēplū aūt
» rhetoricā inductionē.hęc ſunt,quę reperiūtur in trāſla
tionibus Egidy,ꝛ ſunt,vt mihi videt̄,ſatis bn̄ dicta.nā
p̄mo proponit ea,per quę dialecticus ꝓbat vere,aut ap
parēter,ꝛ dicit.⸤Eorum autē,quę ſunt⸥ſubaudi inuēta
⸤ꝓpter oſtēdere,aut apparere oſtēdere,⸥hoc eſt eorūz,
quę ſunt inuēta ad aliqđ ꝓbanduz,aut ad apparēter ꝓ/
bādū,⸤ſicut ꝛ in dialecticis⸥tria ſunt,⸤hoc qdē iductio
eſt,hoc aūt ſyll'us,hoc ꝟo apparēs⸥ſyllogiſmus,qui ſo
phiſticus dicit̄,hęc enī tria ſunt in dialectica, ideo ſub/
ſcribit ſicut in dialectica tria ſunt,⸤ꝛ hic ſil'r⸥.ſ.in rhe/
torica tria ſunt,ꝛ enumerat duo,ꝛ dicit.⸤Nam exēplū
inductio eſt,enthymema ꝟo ſyllogiſmus.⸥ꝛ ne qs cre/
dat exēplum eē vere inductionem,ꝛ enthymema vere
ſyll'm,declarādo quo mō hęc ſint,dicit.⸤Uoco aūt en/
thymema quidē rhetoricum ſyll'm.Exēplum autē rhe/
toricam inductionē,⸥non autē ſimpl'r,tacuit autē quid
in rhetorica ſit apparēs ſyll'us,quia 2° libro hoc expo/
net,nunc ꝟo ſubintelligenduz eſt illud eē enthymema
ſophiſticū.⁋Sed q̄res cur rhetor nec inductione,nec
ſyllogiſmo vtitur:ſed exemplo loco inductionis,ꝛ en/
thymemate loco ſyll'i.An dicēdum hoc eſſe,qa rhetor
dicit ad vulgares,q nō poſſunt ſyll'm,vel iductionez ꝓ
ſpicere,dialectic⁹ ꝟo ꝓbat ad ꝑhos,qui ꝛ exēpluz ꝛ en
thymema,ꝛ inductionē,ꝛ ſyll'm ꝑſpicere pn̄t,ꝛ vti.

enī aūt
γαρ δε
probationem
διατουδει
χνυναι
ꝑ oſtendere
ꝑ oſtenſionez
ꝑ dēmſonez.

⁋Omnes enim perſuaſionem faciunt per
probationem aut exempla dicentes,aut en/
thymemata,ꝛ preter hęc nihil quodā mo/
do.Quare ſi ꝛ omnino quidem neceſſe eſt
ſyllogizantem,aut inducentez probare qđ/
cunq;, aut quēcunq;.(Palaz autem nobis
hoc ex analyticis)neceſſariū eſt vtrūq; ipſo
rum vtriq; horum idem eſſe.

Cōmētaᵐ.

⁋Quę paulo ante acceperat,in preſenti textu probare
videtur,acceperat autem enthymema eſſe rhetoricum
ſyllogiſmum,ꝛ exemplum eſſe rhetoricaz inductionē,
nunc hoc ita eſſe argumentatur,ꝛ poteſt argumentum
primo componi hoc pacto,omne perſuadens,vel pro
bans aliquid per aliquid eſt ſyllogiſmus,vel inductio,
nec probat hanc maiorem,ſed veram eſſe ſupponit ex
prioribus analyticis. Ibi enim hęc maior eſt apertiſſi/
me dilucidata.Tunc addatur minor,exemplum, ꝛ en/
thymema probant aliquid per aliquid.igitur exemplū
eſt inductio,ꝛ enthymema ſyllogiſmus,ſi hoc pacto ar
gumentum componitur,primo tangit minorez,ꝛ dicit.
⸤Omnes eniz perſuaſionem faciunt,per probationez,
aut exempla dicentes,aut enthymemata, ꝛ preter hęc⸥
ſubaudi per aliud⸤nihil quodā modo.⸥ꝑ quę vult ha/
bere minorem.vʒ.ꝙ exemplum ꝛ enthymema probet
aliquid per aliquid.Deinde tangit maiorem,ꝛ ſimul in
fert concluſionem,ꝛ dicit.⸤Quare ſi ꝛ omnino quidez
neceſſe eſt ſyllogiçantem,aut inducentem probare qđ/
cunq; vel quēcunq;⸥.ſ.per aliquid.ꝛ per quodcūq; in/
telligit factum,ꝛ per quēcunq; intelligit hominem,vel
perſonam.Omnis enim qui probat quodcūq; factum,
vel quēcunq; hominem eſſe dignum laude,ſyllogiçat
aut inducit,hęc eniz erat maior,quam non probat,ſed
ex prioribus ſupponēs,dicit.⸤Palam autem nobis h̄
ex analyticis⸥tunc dat concluſionem,ꝛ dicit.⸤Neceſſa/
rium eſt vtrūq; ipſorum vtriq; horum idem eſſe,⸥hoc
eſt enthymema ſyll'o,ꝛ exēplum inductioni.Uel argu/
mētum poteſt componi hoc pacto,ꝛ quidem magis ad
verba,omnes qui aliqđ ꝓbant,ſyllogiçāt,vel inducūt.
rhetores aliquid probant.igitur rhetores ſyllogiçāt,vl'
inducunt.De rōne tangit primo minorez,ꝛ dicit.⸤Oēs
enim⸥.ſ.rhetores⸤perſuaſionem faciunt per probatio/
nem,aut exempla dicentes,aut enthymemata, ꝛ preter
hęc⸥per aliđ⸤nihil quodā modo.⸥quaſi dicat,ſed rhe
tores omnes ſyllogiçant,vel inducunt,quę erat mior.
deinde tangit maiorem,ꝛ dicit.⸤Quare ſi ꝛ omnino q̄
dem neceſſe eſt ſyllogiçantem,aut inducentem proba/
re quodcunq; vel quemcūq;⸥per aliquid,hęc erat ma/
ior,cuius probationē ſubſcribit,ꝛ dicit.⸤Palam autez
nobis hoc ex analyticis⸥tunc dat concluſionez,ꝛ dicit.
⸤Neceſſarium eſt vtrūq; ipſorum vtriq; horum idem
eſſe⸥.ſ.enthymema ſyllogiſmo,ꝛ exemplum inductio/
ni.Quare recte dictū eſt duas eē rhetoricas ꝑſuaſiōes,
quę ex ꝑte rei ſumūtur,enthymema.vʒ.qđ eſt ſyll'us,ꝛ
exēplū,qđ eſt iductio.ꝛ qa hic textus eſt ꝓbatiuus.ideo
dʒ legi,oēs enī ꝑſuaſiōes,cū ꝑticula enī,quę cauſalis ē,
ꝛ nō cū ꝑticula aūt aduerſatiua.⁋Sed q̄res ꝓpter qđ
ois rō demōſtrans aliqđ ꝑ aliquid eſt ſyll'us,aut indu/
ctio,vel ad hęc reducibilis.An p̄mo qa omnis ſciētifi/
ca noſtra cognitio,aut ad artē,aut ad experiētiam ꝑti/
net,ꝛ qa inductio ad experiētiā,ſyll'us aūt ad artez ꝑti/
net,erit ꝑfecto ois ſciētifica noſtra rō,aut inductio,aut
ſyll'us.An qa ois ſciētifica noſtra rō,aut eſt ad p̄n⁹,aut
ad ea:quę ex p̄ncipys deducunt̄.At rō quę eſt ad p̄n⁹ i/
ductio eſt,quę ꝟo ad ea,quę ex p̄ncipys ſunt, ſyll's,q̄/
re cuz nullo alio mō rō ſcientifica ſit,ois noſtra rō erit
aut inductio,aut ſyll'us.An qa ois noſtra cognitio,vel
eſt ꝑ ſenſuz,vel ꝑ itellectū.Si per ſenſuz, inductiōe,ſin
aūt ꝑ itellectū,ſyll'o ꝯſtat.q̄re ois nr̄a rō aut ſyll's,aut i/
ductio eſt.quo ꝟo mō enthymema ad ſyll'm,ꝛ exēplū
ad inductionez reducant̄,in ſubſequētib⁹ erit dilucidū.

⁋Quę aūt dr̄ia ſit exēpli ꝛ enthymematis.
manifeſtū eſt ex topicis. Ibi eniz de ſyll'o ꝛ
inductione dictū eſt prius,qm̄ h̄ qdē qđ eſt
in multis ꝛ ſilib⁹ oſtēdere ſic ſe hʒ,ibi qdem
inductio eſt,hic autem exemplum.Hoc aūt
quod eſt quibuſdam exiſtentibus aliud qđ
per hęc accidere p̄ter iſta,eo ꝙ hęc ſunt aut
vniuerſal'r,aut vt in pluribus,ibi quidez ſyl
logiſmus,hic autē enthymema vocatur.

In greco ſu/
perfluit vnū
οτι.i.vnum
quoniam.

⁋Quod

Cõmẽta^m. ¶ Qđ tñ ſint duę rhetoricę perſuaſiones, hactenus explicauit, nũc ꝟo breuibus quãtum rhetoribus ꝯuenit, eoꝝ differẽtiaz addit ex hys quę in topicis dicta ſunt. vt quaſi dicat, qa in topicis habita eſt dĩa iter ſyllm̃, ⁊ inductionẽ, ideo in rhetorica pʒ differẽtia inter exẽplum ⁊ enthymema. cũ id qđ in topicis eſt ſyllus, in rhetorica ſit enthymema, ⁊ qđ in topicis eſt inductio, in rhetorica exẽplum. Eſt eni ipm̃ exẽplum inductio qdam, enthymema ꝟo ſyllus qdam. q̃ rõne fit, vt duo ſimul faciat, qa afferẽdo ex topicis inter ſyllm̃, ⁊ iductionẽ differẽtiaz, ſimul inter exẽpluz ⁊ enthymema dĩaz affert. Eſt autẽ inter inductionẽ, ⁊ ſyllm̃ hęc differẽtia, ꝙ iductio ex multis ſingularibus pariter ſe hñtibus ad aliqđ vle ſit ꝓgreſſio. Sylls ꝟo oratio, in qua qbuſdaz poſitis aliud qd p̃ter illa euenit, qm̃ illa aut ſemper/aut plerũqꝫ vera ſunt. Vbi cã, hęc eſt iductio, Socrates noctu vagans eſt fur, Plato noctu vagãs eſt fur/Cęſar noctu vagans eſt fur, ⁊ ſic de ſilibus. igit̃ qlibet noctu vagãs fur eſt. Hęc eniz eſt inductio, in qua multa ſingularia, q̃ ſimilr ſe habẽt, ſumpſimus, deducẽdo vle. Syllus aũt eſt, qcũqꝫ noctu vagat̃, fur ẽ. Caccus noctu vagat̃. igit̃ Caccus eſt fur. Eſt eniz ſyllus qa duobus dũtaxat acceptis, ⁊ cõceſſis, ſeqtur Caccuz eẽ furem, qđ eſt aliud qđdam p̃ter accepta, vi tñ eoꝝ ſequẽs. Pʒ igit̃ differentia inter inductionẽ ⁊ ſyllm̃: qbus pʒ differentia iter enthymema ⁊ exẽpluz. Nã qđ apud dialecticũ eſt ſylls, apud rhetorem eſt enthymema. Et qđ apud dialecticũ eſt inductio, apud rhetorẽ eſt exẽplum. differt igit̃ exẽplum ab enthymemate ea fere differẽtia, qua differt iductio a ſyllo. In exẽplo eni ſũmitur qđdaz ſimile ex quo aliđ ſimile infert̃. Nam vt in ipſa inductione plura ſilia ſumebant̃, ita in exẽplo, vnum, vel pauciora ſilia accipiuntur. ex qbus aliud ſimile infertur, qđ intẽdimus. Vbi cauſa, hoc eſt exẽplum Sylla a Romanis dictaturam petẽs, Romanis defecit. igit̃ Cęſar petẽs a Romanis dictaturã deficiet. aut hoc pacto Romani recipiẽtes iuuenes ad cõſilia ſuis viribus corruerũt. Athenienſes recipiẽtes iuuenes ad cõſilia ſuis viribus corruerũt. igit̃ Veneti qui nũc iuuenes ad cõſilia recipiũt, ſuis viribꝰ corruent. Eſt eni exẽplum qa vnũ ſingulare vel pauca ſimilia ſumunt̃, ex qbus alterũ ſingulare ſimile infert̃. In enthymemate ꝟo ſumit̃ qđdam, ex quo ad aliud ꝓcedit̃, ſumptũ ſit ſimile, ſiue cõtrariũ, ſiue aliud qppiã. Hoc eni eſt enthymema miles potuit debellare vrbez, igit̃ Rex poterit. Qua rõne pʒ exẽplum eẽ inductionẽ apud rhetorẽ, qa ſumit̃ in exẽplo vnuz, vel pauca ſimilia, quẽadmodum in inductione plura ſilia. Enthymema aũt ſyllm̃, qa ſumit̃ qđdam ex quo infert̃ aliđ, quẽadmoduz in ſyllo plura, ex qbus infert̃ cõcluſio, q̃ qđdam aliud ab aſſumptis, vñ dicit. [Quę autẽ differẽtia ſit exẽpli, ⁊ enthymematis, manifeſtuz eſt ex topicis,] deinde declarat quo modo ex topicis hęc differẽtia pateat, ⁊ dicit. [Ibi eni de ſyllo ⁊ iductiõe dictũ eſt p̃us,] ſcʒ libro p̃mo. In p̃mo eni libro [dictũ eſt prius, qm̃ h quidẽ qđ eſt in multis ⁊ ſilibus oſtẽdere ſic ſe hʒ, ibi qdem] .ſ. in dialectica [inductio eſt, hęc autẽ] .ſ. in rhetorica [exẽplum.] nõ tamẽ eodẽ mõ, nam quę ſilr in iductione aſſumunt̃, ſunt in re ſilia. Quę ꝟo in exẽplo, ſimilia ſunt in actiõe. ꝓpterea illa quidẽ vera, hęc autem veriſimilia, vt patebit. Sic igit̃ pʒ qd ſit exẽplum, ⁊ inductio. quid aũt ſyllus ⁊ enthymema ſubſcribit, ⁊ dic̃. [Hoc aũt qđ eſt, qbuſdaz exñtibus aliud qd per hęc accidere p̃ter iſta eo ꝙ hęc ſunt/aut vliter, aut vt in pluribus ibi qdẽ] .ſ. in dialectica [ſyllus hic autẽ] .ſ. in rhetorica [enthymema vocat̃.] non tñ eodẽ modo, qa q̃ aſſumunt̃ in ſyllo, aſſumuntur vt exiſtẽtia in re, qa vt vera aut ſimplr aut ſm opinionẽ. Quę autẽ aſſumunt̃ in enthymemate, aſſumunt̃ in actione, quia, vt veriſimilia.

¶ Quo ꝟo ad verba attinet, annotatiõe dignũ quę in ſyllo ſumũtur, nõ ſemꝑ eẽ vera vliter, vel quia in ſyllo non ſemꝑ vtrũqꝫ aſſumptoꝝ eſt vle, ſed alterũ tñ, vel qa in enthymemate nõ ſemꝑ ſumit̃ vle, ſed indefinitũ, qđ plerũqꝫ eſt, aut qa in ſyllis ex cõtingẽtibus nõ opʒ aſſumpta eẽ vliter vera. Vel dixit hoc ꝓpter ſyllos, q fiunt in nãlibus, in qbus ſumpta nõ ſemꝑ ſunt vlia, ſed aliqñ, vt in pluribus. Eſt eni nãlis ſylls hic, ois homo in ſenectute caneſcit, Socrates eſt hõ. igit̃ Socrates in ſenectute caneſcit. vbi maior vera eſt, nõ quidẽ vliter, ſed plerũqꝫ. annotatione etiã dignũ Ariſto. libº poſ. 2º aliã inter ſyllm̃ ⁊ inductionẽ differẽtiã aſſignaſſe, q̃ qa trãſcendit rhetoꝝ captum, p̃termiſit. ¶ Quęrunt̃ autẽ hic duo, quorũ p̃mum eſt an rhetor vtat̃ ſyllo/ac inductione. Scđo/an rhetoricę perſuaſiones ſint tñ duę enthymema ⁊ exẽplum. qđ ſyllo vtatur rhetor, ꝓbamus, qa vtitur rõcinatione, vt Cicero oſtẽdit in veteri rhetorica: in qua eſt ꝓpõ ⁊ aſſumptio: ꝓbatio ꝓpõnis: ⁊ probatio aſſumptionis, ⁊ demũ cõcluſio ex aſſumptis. igit̃ rhetorica vtit̃ rõcinatione: hęc aũt gręce dĩ ſyllus: igit̃ rhetor vtit̃ ſyllo. Ad hęc rhetor vtit̃ enthymemate: enthymema (vt dicemus) nihil aliud eſt q̃ ſyllus: differt eni ſoluz: qa in enthymemate ea ꝓpoſitio aſſumit̃, quę eget ꝓbatione, ſiue oſtẽſione. Manifeſta ꝟo ſupplẽda audiẽtibꝰ cõmittit̃. igit̃ rhetor vtitur ſyllo Accedit ad hęc ꝙ rhetor ex veris ⁊ ad vera aliqñ rõcinat̃, ex qbus eſt ſyllus dũtaxat. Qđ autẽ rhetor vtat̃ inductione primo eo pʒ: qa vtit̃ exẽplo. Exẽplum autez ab inductiõe nõ differt niſi ꝑ multa ⁊ pauca: ſiqdem inductio plura ſimilia: exẽplũ pauciora ſumit. Accedit ad hęc ꝙ plura exẽpla faciunt vnã inductionẽ, q̃rc ſi pluribus põt vti exẽplis: etiã inductiõe ipſa vti poterit. At ꝙ nõ tñ duę ſint rhetoricę ꝑſuaſiones, Quintilianus libº 5º teſtatur dicẽs. ois igitur ꝓbatio artificialis ꝯſtat aut ſignis/aut argumẽtis/aut exẽplis. Ariſt. quoqꝫ ꝓbauit tot rhetoricas ꝑſuaſiones: quot ſunt ⁊ dialecticę (quę eſt huic antiſtropha:) at dialecticę nõ ſunt duę tñ: ſunt eni p̃ter ſyllogiſmũ ⁊ inductionẽ: deductio, quę (vt dicit̃ 2º p̃orũ) duplr fit: eſt ⁊ inſtãtia: quę etiã (vt illic dicit̃) in duabꝰ fit figuris. Inſuꝑ in rhetorica eſt authoritas: quę eſt potiſſima vis in ꝑſuadẽdo: locus eni ab authoritate ẽ maximus in oratore. Eſt deniqꝫ apud dialecticos ea rõcinatio: quę dicit̃ ꝯſequẽtia, quę non põt eẽ nec enthymema, nec exẽpluz, nec ſyllus, nec inductio, vt hęc tñ animal eſt hõ, igitur ois hõ eſt aial: ⁊ illa/nullus equus eſt homo. ergo nullus hõ eſt equus, ⁊ alię multę id genus, quę nõ poſſunt reduci ad aliqđ eoꝝ. Ariſt. ꝟo hic tenet duas tñ eẽ rhetoricas in 2º prioꝝ inqt. qm̃ autẽ nõ ſolum dialectici ⁊ demõſtratiui ſylli per p̃dictas fiunt figuras: ſed ⁊ rhetorici: ⁊ ſimplr quęcũqꝫ fides eſt, ⁊ ſm vnãquãqꝫ artẽ nunc erit dicẽdum: oia eni credimus ꝑ ſyllm̃: aut ex inductiõe. Et huius rõ eſt qa in omni rõne cõcluditur aliqd de aliquo, vel aliqd ab aliquo: ⁊ cũ illud nõ cõcludat̃ niſi quodã alio aſſumpto: nam nihil idẽ poteſt oſtẽdi ꝑ ſeipm̃: eget alio: illud Ariſto. vbiqꝫ mediũ vocat cum extremis coordinabile ſm tres figuras, vt in priorbꝰ dictũ eſt. Quare ois rõ eſt ſyllogiſtica: imo omnes ad ſyllm̃ docet reducere. Sũt tñ duę in ſpẽ inductio ⁊ ſyllus, quo fit vt in rhetorica: quę dialecticę correſpondet, ſint duę tñ. vʒ. enthymema ⁊ exemplũ. ¶ Verũ ꝓ dilucidatione harũ dubitationũ. p̃ de cõuenientys harum rõnum dicere opus eſt: ſecũdo de

Digreſſio.

differētijs,ꝛ alijs etiā occurrētibus.Et de cōuenietijs di
camus.pmo qa in oibus rōnibus qbus vtitur rhetoꝛ,ꝛ
dialecticus,aliqua vel aliqd aſſumit:ꝛ aliqd ex aſſum/
ptis infert vel cōſequitur,qd aſſumit/a iunioꝛibꝰ logi/
cis antecedēs dr:nos aſſumptionē appellamus,qd aūt
deducit ex aſſumptis:vel infert,cōſequēs vocant,nos
ꝯcluſionē,quā ſymperaſma Ariſ.dicit:quo fit vt cōe ſit
oibus rōnibus qbus dialecticus ꝛ rhetoꝛ vtunt,diuidi
in accidēs ſiue aſſumptionē,ꝛ cōſequēs ſiue concluſio/
nem,ꝛ vt res hęc pateat:exēpla addamus,in ſyllo nūe/
rus ſeipm mouēs immoꝛtalis eſt,aīus numerus ſeipm
mouens.ergo aīus imoꝛtalis:in hoc ſyllo concluſio eſt
aīus eſt imoꝛtalis.aſſumptiones ſunt illę duę ꝓpōnes.
vz.numerus ſeipm mouēs eſt imoꝛtalis,ꝛ eſt aīus ſeipz
mouens.In enthymemate pnceps pōt debellare regio
nem.ergo ꝛ rex pōt debellare regionez,aſſumptio ſiue
antecedēs eſt:pnceps pōt debellare regionez.Cōcluſio
erit rex poterit debellare regionē.In inductiōe:equus
nō biloſus eſt longeuus.Elephas non biloſus eſt lon/
geuus,homo non biloſus eſt longeuus:coꝛuus non bi/
loſus eſt longeuus.Ceruus non biloſus eſt longeuus.
igitur non biloſum eſt longeuum hic aſſumptio ſunt
omnia illa equus ꝛ reliqua non biloſa ſunt longeua.
eſt dicere)ex neceſſitate eſt,] ⁊ dixit,quę agũt,⁊ q̃ agun
tur,oia eſſe eiuſmodi generis,ad maiorẽ veritatis exp̃ſ
ſionẽ.deiñ accepit viз maioris,⁊ dicit,[Quę vo vt ple
rũqз accidũt,atqз ꝯtingũt,neceſſe eſt ex alijs hmõi ſyl/
logizari].ſ.ex ꝯtingẽtibus plerũqз.[neceſſaria vero,ex
neceſſarijs,]hęc eſt minoris vis.hãc nõ ꝓbat,ſed in p̃o
ribus ſupponit eſſe ꝓbatũ,⁊ dicit,[pз aũt hoc nobis ex
analyticis.]quare nõ opз h̃ ꝓbare. deinde infert ꝯclu/
ſionẽ,⁊ dicit,[ꝑſpicuũ eſt,qm̃]ſubaudi eoꝝ, [ex q̃bus
enthymemata dicunt̃,]atqз ſtruunt̃, [aliqua].ſ. pauca
[q̃dẽ ſunt neceſſaria,plurima vo].ſ.ꝯtingẽtia,[vt ĩ plu
rib⁹.]Sic igit̃ pз q̃les ſunt aſſumptiões,atqз ꝓpõnes,
ex q̃b⁹ ꝯſtãt enthymemata,ſunt eniз plerũqз ꝯtingẽtia,
vt in plurib⁹,raro aũt neceſſaria. Ego vo in his nõ pa/
rũ dubito:naз in genere iudiciali ꝯcluſiones rhetoricę
ſunt oẽs de p̃terito,qr ſi factũ:vel nõ factũ : ſз q̃les ſunt
ꝯcluſiones:tales ⁊ ꝓpõnes eẽ debẽt:igit̃ aſſumptiones
oẽs in genere iudiciali erũt neceſſarię. Oẽs.n. ꝓpoſitio
nes de p̃terito ſunt neceſſarię,quoꝝ veritas nõ depen/
det a futuro.Dixit eniз Ari.in ethicis cõmendãs Aga/
thonẽ/h̃ vno ſolo priuat̃ de⁹ facta ĩfecta facere. ¶P̃.
In genere demõſtratiuo laudãt oratores deos : laudãt
aliqñ cęlũ:aliqñ ęlemẽta:aliqñ aĩalia:aliqñ ſtirpes ⁊ id
genus:q̃ oia ſunt neceſſaria : poſſuntqз laudare hęc ex
his q̃ illis inſunt neceſſario. quare enthymemata in h̃
genere erũt ex neceſſarijs:⁊ enthymema in gñe iudicia
li ẽt ex neceſſarijs.Quare vr̃ ſoluз in gñe deliberatiuo
ſyllõs rhetoricos eẽ de ꝯtingẽti qr in deliberationib⁹:
nõ reſpicimus niſi futura : q̃ ꝯtingẽter eueniũt. Ex alia
parte vr̃ ꝙ nunq̃ rhetor ꝓcedat ex neceſſarijs : qa(vt
Quintilianus inq̃t in.5° lib. cap̃.de ſignis.) ſigna nec̃ia
nõ ꝓueniũt ad p̃cepta artis:nam vbi ſignum eſt inſolu
bile:ibi ne lis quideз eſt:⁊ ſic nõ erit cõtrouerſia:quare
non habebit locum oratio rhetorica Ariſto.etiã in rhe
toricis ſyllogiſmis vult ſemper eſſe fallaciã conſequẽ/
tis.vnde in elenchis in rhetoricis quidẽ inquit quę ſm
ſignum fiunt demõſtrationes:ex cõſequẽtibus ſunt:nã
volentes oſtendere ꝙ adulter : qđ conſequẽs eſt acci/
piunt:ꝙ comptus:aut ꝙ videt̃ noctu errabũdus : plu/
ribus aũt hęc quidẽ inſunt prędicatum.vз.adulter:non
ineſt ⁊ ſic vlr̃ quaſi in ſignis rhetoricis ait cõmitti falla
ciam cõſequẽtis,⁊ ſic vt mihi videt̃,res hęc non parua
eſt.Indiget eniз cõſideratione non parua. Bene enim
volo oratores in neceſſarijs aliqñ dicere per credibi/
lia:vt de dijs:de cęlo:de ęlemẽtis : de ſtirpibus:⁊ id ge/
nus:nam dicere per neceſſaria ac demõſtratiua,nõ ora
toris eſt ſed philoſophi.vnde oratores laudant deum:
ſed per credibilia:ph̃s de deo probat quędaз quę videã
tur quaſi in laudem redundare : ſed per demõſtratiua.
¶Pręterea licet quę facta vel non facta ſint : in iudi/
cijs perſuadeant:⁊ quę facta ſunt : non poſſint non fa/
cta eſſe:⁊ quę non facta ſunt : non poſſint facta eſſe , vt
Agaton ait:tamen hęc facta eſſe:vel illa non facta:non
per neceſſaria ⁊ demõſtratiua: ſed per ꝯiecturabilia ac
credibilia:e quibus illa credibiliter ſequũtur eſſe facta:
vel non facta:perſuadent ⁊ ſic de neceſſarijs,per nõ ne
ceſſaria orator dicit in iudicijs ⁊ de neceſſarijs per non
neceſſaria etiã in laudibus deorũ,ac cęli,⁊ ceteroꝝ ora
tor ſyllogizat:per neceſſaria eniз ſyllogizare philoſo/
phi eſt.Cuз vero dicit Ariſto. aſſumptiones eſſe tales:
quales ſunt cõcluſiones : in prioribus hoc declarauit:
quia ſi concluſio eſt de neceſſario ⁊ ꝓpoſitiones ſimi/
liter oẽs,vel alterã eſſe opз:nõ tã ſi concluſio eſt neceſ/

ſaria aſſumpta ſemp̄ neccīa ſunt, q̄a poſſumus neccīa per ↄtingētia ac ꝓbabilia ſyllogizare. Probamus eni deuꝫ ſūmū bonū, q̄a optime reb⁹ mūdi agit. cōſtat aūt deum agere ↄtingēter ꝛ libere. Differt eni valde probare neceſſariū ꝛ probare ↄ̊nem de neccīo: nā neceſſaria ex nō neceſſarijs probare/ꝛ ꝑſuadere poſſumus/ac ſyllogizare. ſꝫ ↄcl'ones de neccīo ſyllogizare nō poſſumus, niſi altera aſſumptionū neceſſaria ſit, vt in priorib⁹ dictū eſt. Quo ꝟo mō ꝛ raro orator ſignis vtat̄ neceſſarijs, ꝛ qua neceſſitate, poſteri⁹ dicemus. Illud tñ nō ignorabis rē hāc nō eſſe parui momēti: ꝛ hinc inde eē ambigua loca. verū vtcūq₃ ſit, hoc habem⁹ ab Ariſt. ꝙ queſita rhetorica ſiue ſint ↄtingētia, ſiue ſint neccīa: plerunq₃ p̄ ↄtingentia oratores ꝑſuadēt atq₃ p̄ credibilia ex q̄bus credibiliter illa deducunt̄. raro ꝟo p̄ neceſſaria/e q̄bus neceſſario illa emergūt. At ph̄i queſita eoꝝ q̄ ſemp̄ neccīo ſunt, ſemp̄ p̄ neccīa ac demōſtratiua ſyllogizāt. raro ꝟo p̄ ꝓbabilia: ꝛ nō niſi poſtq̄₃ illa demōſtrationib⁹ ꝓbauerit. Hec ꝟo quo modo ſint poſterius ipſe declarabit.

¶ Dicuntur eniꝫ enthymemata ex icotibus, ꝛ ſignis. Quare neceſſe eſt horum vtrunq₃ vtriq₃ idem eſſe.


Cōmēta^m. ¶ Hunc locū multifariā expoſuimus: nūc ꝟo vī mihi Ariſto. velle probare icotē ꝛ ſignū eē neccīum, ꝛ contingens, referēdo ſingula ſingulis icotē ipſi ↄtingenti, ꝛ ſignū ipſi neccīo. vt ſit cōcluſio icos eſt contingēs, ſignuꝫ aūt eſt neceſſariū. Cur ꝟo hoc ꝓbat in p̄ñti loco, nō eſt clarū. dici tñ pōt ideo Ariſto. in p̄ſenti loco rē hāc probare, vt diuerſitatē tolleret iter ea, que dixit lib. 2. poꝝ. ꝛ ea, que dixit in p̄ſenti loco. Scd̄o eni lib. prioꝝ definiēs enthymema, dixit enthymema eſſe argumentū ex icotibus/ꝛ ſignis. Hic aūt definiens idē dixit enthymema eē arg^m ex ↄtingētibus ꝛ neceſſarijs. Plerūq₃ q̄deꝫ ex ↄtingētibus vt i pluribus: rarēter aūt ex neceſſarijs. Quia igit̄ hic de enthymemate vnū. 2° prioꝝ aliud aſſignat, ideo ad tollendā hāc diuerſitatē probat icos eē ↄtingēs vt in plurib⁹: ſignū ꝟo eē neceſſariū, ꝛ ſyll'us q̊ iſtud ꝓbat, pōt reſolui ad artē prioriſticā h̄ pacto. enthymema eſt ex neceſſarijs rarēter, ꝛ ex contingētibus vt in plurib⁹ plerūq₃. enthymema ē ex icotib⁹/ꝛ ſignis. igit̄ in 3ª figura icos ꝛ ſignū ſunt eadē neccīo, ꝛ contingēti vt in plurib⁹. Icos. ſ. contingēti, ſignū aūt neceſſario, hoc pacto dīia ſublata eſt. vñ dicit. ⌊Dicūtur eni enthymemata ex icotib⁹ ꝛ ſignis,⌋ vt 2° poꝝ p₃. hec ē minor. deinde infert ↄ̊nē, ꝛ dicit. ⌊Quare necē eſt hoꝝ vtrūq₃⌋ ſ. icos, ꝛ ſignū, ⌊vtriq₃⌋ ſ. neceſſario, ꝛ ↄtingēti ⌊idē eſſe.⌋ icos q̄dem contingēti, ſignū aūt neceſſario. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, cū Ariſto. dixit enthymemata eē ex icotibus, ꝛ ſignis, nō intellexit enthymemata eſſe ſimul ex icotibus, ꝛ ſignis: nullū eniꝫ vnū enthymema eſt ſimul ex icote ꝛ ſigno. Sed legēdum eſt ꝛ/ꝓ vel: quaſi induat hāc diuiſionē, ꝙ enthymematū ſit alteꝝ ex icote, alteꝝ ex ſigno. Dixit aūt notāter enthymemata i numero plurali: q₂ plura enthymemata ſūt ex plurib⁹ icotibus, vel ex plurib⁹ ſignis: vnūqđq₃ ꝟo ex ꝓprio vel icote, vel ſigno. εικος aūt grece dī tum ↄſentaneū, tū ꝓbabile, tum credibile, aut veriſimile. etiā dī icos apđ latinos. Quid ꝟo icos ſit, q̄due ſignū, ſequenti textu patebit. ¶ Sed occurres, q₂ vī non oē enthymema eē ex icote, vel ex ſigno, q̄a multa ſunt enthymemata, que firmant̄ in locis dialecticis vel rhetoricis: que nec ex ſigno ſunt, nec ex icote. Enthymema eni qđ eſt ab authoritate prudentū, nec ex icote eſt, nec ex ſigno. ſunt etiā multa alia ſimil'r. Arbitror igit̄ ꝓpter hec, nec oē enthymema eē ex loco, nec oē ex icote, nec oē ex ſigno. Eſt enim duplex enthymema alind locale, quod. vꝫ. cōſtat ex loco, vel ex ꝓpōne, que eſt ꝑſuaſiua vi loci alind aūt indiciariū, qđ conſtat ex icote, aut ex ſigno. Ariſto. aūt hic de enthymemate indiciario locutus eſt, cum dixit enthymemata dici aut ex icotib⁹, aut ex ſignis. nō aūt de localibus. Aut fortaſſe dici poſſet oē enthymema ex loco eē, q̄a ꝛ ſignum ꝛ icos loca ſunt ab effectibus ad cās. non tñ oē enthymema ex loco eē enthymema ex icote, ꝛ ſigno: ꝛ ſic enthymema locale fuſius erit enthymemate indiciario: veꝝ hic ↄſiderandū eſt. Sunt q̄ faciunt dīiam iter icea ꝛ icota: dicūt eni icota argumēta eſſe, que ſunt a ſignis: icea aūt eē ipſa ſigna: ꝛ ſic volūt enthymemata dici ex iceis, ꝛ ſignis. Ego ꝟo i codicib⁹ grecis legi ex icotib⁹. Et 2° poꝝ dicit Ariſto. icos aūt ꝛ ſignū non idē eſt: ſed icos quidem eſt ꝓpoſitio probabilis, itellige tn̄ in dialectico enthymemate, credibilis ꝟo in rhetorico. ꝛ ſic ex icotibus legēdum eſt, ꝛ non ex iceis.

¶ Nam icos q̄dem eſt, quod plerūq₃ fit, nō aūt ſimpl'r, vt nōnulli determinant. Sed cū de ↄtingētib⁹ ſit, q̄ aliter ſe hñt, ita ſe hꝫ ad id ad qđ eſt icos, vt vl'e ad particulare.




Cōmēta^m. ¶ Nunc Ariſto. quid ſit icos exponit, ꝛ ſeruat id, quod 2° prioꝝ voluit. Illic enim fecit differētiam inter icos, ꝛ ſignū, aſſerēs icos inter ſigna nō eſſe enumerandum, poſtea cū de his oibus exempla aſſignaſſet, ipſum icos inter ſigna enumerauit. quod quo pacto ſit, poſtea dicemus. Nunc aūt quid icos ſit, exponit, ꝛ dicit. ⌊Nam icos quidem eſt, quod plerunq₃ fit,⌋ vt quod peperit, pallidum ſit. fit enim plerunq₃ quod peperit, palliduꝫ. ⌊non aūt ſimpliciter,⌋ hoc eſt non ſemper, ⌊vt nonnulli determinant.⌋ non enim ſimpliciter, ac ſemper, quod peperit pallidum fit. poteſt enim mulier adeo ſanguinea eſſe, quod ex partu non palleſcet. ꝛ propterea ſubſcribit. ⌊Sed cum de contingentibus ſit,⌋ eoꝝ dico, ⌊q̄ aliter ſe habēt,⌋ nam pōt mulier parere, ꝛ nō palleſcere, ⌊ita⌋ huiuſmodi icos ⌊ſe hꝫ ad id, ad qđ eſt icos, vt vl'e ad particulare.⌋ Pallidū enim eſſe ſe hꝫ ad id, quod peperit, vt vl'e ad particulare. nā oē qđ peperit, vt i pluribus pallidū eſt. non aūt oē pallidū, vt in plurib⁹ pepit.

Quare



Quare ſi quis ſic argumētatur, qḋ peperit, eſt palliduʒ. ergo Helena peperit: naʒ ſi addat̃, qm̄ Helena eſt pallida, in media figura, quę eſt ſcḋa, ſic ſyllogizat̃. qḋ peperit, eſt pallidū. Helena ē pallida. ergo Helena peperit. Quare ꝓpō illa, qḋ peperit, eſt pallidū, icos dicit̃, qꝛ plerūqꝫ vera eſt: plerūqꝫ enim parientes ſeqtur palloꝛ, ⁊ ſic recte dictū eſt icos eē ꝓpoſitionē ꝓbabilē, vel credibilem plerūqꝫ contingētem. Credibilem qdem in rhetoꝛico ſyllo, ꝓbabilem ꝟo in dialectico. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, icos pōt ſumi ꝓ termino, qui ſignificat aliquē effectū, qui eſt ſuę cauſe icos. Et hoc pacto palloꝛ eſt icos partus: qm̄ partus eſt cauſa palloꝛis. Alio modo accipi pōt ꝓ ꝓpoſitione, q̄ ſignificat effectū p̄dicari de ſua cauſa, vt hęc ꝓpoſitio quę peperit, eſt pallida. vel effectū ſubyci ſuę cauſę. vt eſt hęc ꝓpoſitio. pallidū eſt albū ſine ruboꝛe. Icos igit̃ ꝓ termino eſt effectus, qui ad eius cām, cuius eſt icos, ſe hʒ vt vl'e ad particulare. pallidum eniʒ vniuerſalius eſt ea muliere, quę peperit. naʒ omnis mulier quę peperit, eſt pallida, ⁊ nō ecōuerſo. igit̃ icos ꝓ ꝓpoſitiōe eſt ꝓdoſitio ꝓbabilis vel credibilis, in qua icos ſumptū ꝓ termino ſe hʒ ad id, cuius eſt icos, vt vl'e ad particulare, vt hęc ꝓpō mulier quę peperit, pallida eſt, icos dicitur. ⁊ intellige icos ſumptum ꝓ termino ſe habere ad id, cuius eſt icos, vt vniuerſale ad particulare, non quidem ſemper, ſed vt in pluribus: non enim quę peperit, omnē ⁊ ſemper palloꝛ ſequit̃, ſed vt in pluribus. Quādo igitur enthymema ex huiuſmodi ꝓpōne eſt tanq̄ ex añte, ex icote eſſe dicit̃: hoc pacto, quę peperit, pallida eſt. igit̃ Helena peperit, eſt enthymema ex icote. nā ſi addat̃, Helena pallida eſt, erit ſyll'us, qm̄ Helena peperit. Qua rōne fit vt icos ꝓ termino, ſuę cauſę ſit icos. icos aūt ꝓ ꝓpōne, eſt icos alterius ꝓpoſitionis.

¶ **Signoꝝ aūt aliud qdem ſic ſe hʒ, vt ſingulare quoddam ad vl'e. Aliud aūt, vt vniuerſale quoddam ad particulare.**



¶ Hactenus de icote, nūc de ſigno vult ptractare. Ubi annotatione dignū, ip̄m ſignū poſſe accipi ⁊ ꝓ termino ſignificāte aliquē effectū, ⁊ ꝓ ꝓpōne, in qua effectus ē ſubm vel pꝛędicatū ſuę cauſę. Ariſto. ergo ꝓ ꝓpōne accepit, ⁊ diſtinguit p̄mo ip̄m ſignū, vt oſtēdat qḋ ſignuʒ eſt neceſſariū, qḋ ꝟo nō neceſſarium, ⁊ dicit. [Signoꝝ aūt aliud qdem ſic ſe hʒ] ſubaudi ad ſuā cām. i. ad ꝓpoſitionē, in qua cauſa ſubycit̃, vel p̄dicat̃ de ſuo effectu, [vt ſingulare quoddā ad vl'e,] veluti cū ex ꝓpōne particulari, in qua effectus p̄dicat̃, vel ſubycit̃, infert̃ in 3ª figura ꝓpō vl'is vel idefinita. i qua cā p̄dicat̃, vel ſubycit̃. vt Socrates eſt ſtudioſus. ergo ſapiēs eſt ſtudioſū. Socratē eni eſſe ſtudioſuʒ ſignū eſt, q̄ ſapiēs ſit ſtudioſum. eſt eni Socrates ſapiēs ⁊ ſtudioſus. ergo in 3ª figura ſapiēs eſt ſtudioſuʒ. Eſt aūt Socratē eē ſtudioſuʒ ſignū q̄ ſapiēs ſit ſtudioſum: qm̄ ſtudioſum eē eſt effectus ſapiētię. Quādo igit̃ in 3ª figura ex ꝓpōne particulari, vel ſingulari, in qua effectus ſubycit̃ vel p̄dicat̃, infert̃ ꝓpō vl'is, vel indefinita, tūc eſt ſignū p̄mo mō: ꝓpō eni indefinita vl'is ē apud rhetoꝛē. Unde ⁊ Ariſt. hic ꝑ vl'e idefinitū intellexit. Deinde dat ſignū 2º mō, ⁊ dicit. [Aliud aūt] ſic ſe hʒ ad ſuā cām, [vt vl'e ad particulare,] vt cū in p̄ma figura fit hoc pacto. habēs lac peperit. ergo Helena peperit. Hoc eniʒ argᵐ eſt ab vl'i ſigno ad ꝑticulare ſiue ſingulare. Quare ſi argumentū eſt in 3ª figura, erit a ꝑticulari ad vl'e ſiue indefinitū. Sin aūt in p̄ma, erit ab vl'i, ſiue indefinito ad particulare ſiue ſingulare. In 3ª aūt figura nō a ſigno, ſʒ ab icote argumētum eſt. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, Ariſto. per vl'e indefinitū intelligit: qm̄ apud rhetoꝛē indefinitum vl'e eſt. ꝑ particulare aūt intellexit ſingulare: qm̄ ꝓblemata rhetoꝛica, cum ſint cāę, oīa ſunt hypothetica atqꝫ ſingularia: pauca aūt ſunt thetica. Recte ergo dixit ſignum eſſe duplex, aut quod ſic ſe habet ad id, cuius eſt ſignū vt ſingulare ad vl'e, veluti cuʒ enthymema fuerit in 3ª figura. Aut vt vl'e ad ſingulare, vt cum enthymema erit in pꝛima figura. In ſcḋa autem enthymema nō a ſigno, ſed ab icote fit.

¶ **Hoꝝ autem quod qdem neceſſarium eſt, τέκμηριον tecmerium. Quod ꝟo non neceſſarium, innominatum eſt ꝫm hanc dr̄iam.**

¶ Dici pōt vno modo cū Ariſt. aſſignaſſet ſignoꝝ diuiſionē, nūc eligere ſignum nec̄ium, ex quo dixit fieri enthymema. vel dici pōt Ariſto. nūc aſſignare dr̄iaʒ inter illa duo ⁊ dicit. [Hoꝝ aūt] .ſ. duoꝝ, [quod qdē nec̄iuʒ eſt] τέκμηριον, [tecmeriū eſt,] ſupple illud, ex quo fit enthymema: [qḋ ꝟo non nec̄ium, inominatum eſt ꝫm hāc dr̄iam] .ſ. apud gręcos. Quintilianus illud vocat indiciū ſiue veſtigiū. Aly tecmeriū latine appellant indiciū. eſt aūt indiciū indiſſolubile ſignū. nōnulli ip̄m vocāt cōiecturā. Trapezūtius argumentū. Fabius qntilianus apud latinos nomē nō dedit, ſʒ gręco ꝟbo cōtentus firmiſſimū dicit. Qḋ inominatū eſſe Ariſto. aſſerit noīe gn̄is: etiā Ariſto. aliqn̄ ſignū vocat. Icos aūt q̄ nō enumerat̃ inter ſigna, a Fabio qntiliano interpꝛetatur ꝓbabile ſeu credibile: ab alys conſentaneū. Ex his pʒ quale ſignū eſt neceſſariū, ex quo fit enthymema, ⁊ q̄le nō nec̄ium, ex quo foꝛte nō fit enthymema, ſʒ ſyll'us in 3ª figura. Patet p̄terea icos nō eē inter ſigna enumeratū, qm̄ ſignū duplex eē dixit, quoꝝ nullū eſt icos. demū pʒ ſignū accipi poſſe ꝓ tota ꝓpoſitione, vbi effectus ad p̄dicatū, vel ſubm ſe hʒ in ęquo, vel in minus: ⁊ hoc pacto eſt ꝓpoſitio, quę eſt in ſe neceſſaria, ſed ſignū alterius ꝓpōnis q̄ ſit vera. nec accipi pōt niſi ꝓ vna ꝓpōne, quę accipit̃ ꝓ añte. Nam ſi dr̄ Socrates eſt iuſtus ⁊ ſapiens. igitur ſapiens eſt iuſtus: antecedens quę eſt ſignum, eſt vna ꝓpoſitio de extremo copulato.

¶ **Neceſſaria quidem igitur dico ex quibus fit ſyllogiſmus.**

¶ Soluit nūc (vt mihi vr̄) Ariſto. dubiū, qa poſſet quis dicere, neceſſaria ſigna nō ꝑtinere ad p̄cepta huius artis. qa eo ipſo q̄ infallibilia ſint, ceſſat lis, ⁊ ita ceſſat rō dicēdi: quā rōneʒ Quintilianus 5º lib. tetigit. ꝓpter hāc rōneʒ huiuſmodi ſigna remouit ab arte. Soluit Ariſt. aſſerēs huiuſmodi ſigna nō eē ſimpl'r neceſſaria, mō q̄ demōſtratiua nec̄ia ſunt, ſʒ ſunt neceſſaria ſyllogiſtice. Duplex eni eſt nec̄ium, vt Philoponus inquit, alteruʒ

Cōmetaᵐ.

τέκμηριον
tecmerium
argumentum
coniectura
indicium
veſtigium
Cōmetaᵐ.


ſimplr̃, vt ſolem oriri, ⁊ deum eſſe. Alterū aūt ex hypotheſi, vt aial reſpirare. hoc enim non ſimplr̃ neceſſariū eſt, ſed ſi debet viuere. Hoc pacto ſyllogiſticum neceſſarium eſt, quia quibuſdā poſitis neceſſario aliud ſeqt̃, ⁊ hoc modo tecmerium eſt neceſſariu3. Nā in ſe eſt ꝓpoſitio ꝓbabilis vel credibilis, neceſſario vera, quatenus illa poſita mox ſeqt̃ alia. vt poſito ꝙ Helena hēat lac, ſeqtur nec̃io ipſa3 pepiſſe. ipſam tñ habere lac nō ē nec̃iu3, niſi pepererit. Et hac rōne rhetor vti pōt neceſſarijs: qa nec̃ia ſimplr̃ nō oratoris ſūt, ſ3 phi, ſiue analytici. At neceſſarijs hypotheticis (quę abſolute nō ſūt neceſſaria,) aliquādo rhetor vti pōt, l3 non ſemper, ſed vbi habuerit coniecturas ad illa ꝙ ſint. Si enim coniecturas habuerit ꝙ cor vulneratum ſit, vtitur illo, ⁊ tūc eo poſito ſequitur mox morietur. Et ſi habuerit coniecturas ꝙ romę fuerit, pōt neceſſario ex hoc inferre ꝙ Athenis eo tunc non erat. Quare tecmerium eſt neceſſarium non demōſtratiuu3, ſed ſyllogiſticū. ⁊ hoc dicit, [neceſſaria quidē igitur dico] .ſ. ea, ex quibus fit tecmerium, [ex quibus fit ſylls̃,] non autem ſimpliciter, ex quibus fiunt demonſtrationes.

¶ Propter qđ ⁊ tecmeriū huiuſmodi ſignorū eſt. Quādo eni putāt nō ꝯtigere ſoluere, qđ dictū eſt, tūc ferre arbitrantur tecmeriū: quaſi idē ſit oſtēſu3 ⁊ terminatū. tecmar eni ⁊ peras idem eſt ſm priſcam linguam.

terminatum. πεπεράσμενον conclusum.

Cōmēta^m^. ¶ Cum dixiſſet tecmeriū eſſe ſignū neceſſariū non ſimplr̃, ſed ſyllogiſticū: nūc iſtud exponit, ⁊ aſſignat rōnē, cur tecmeriū dicatur. ⁊ dicit. [Propter qđ ⁊ tecmerium eſt] de numero [hmōi ſignoꝝ] .ſ. quę neceſſaria ſunt. cuius cām aſſignat, ⁊ dicit. [quando eni3 putant] .ſ. ſe [non cōtingere ſoluere, quod dictum eſt,] vt ꝙ cor ſit vulneratum, vel ꝙ romę ſit Socrates, vtputa quia bonis cōiecturis eſt probatum, [tunc ferre arbitrant̃ tecmeriū] ꝙ .ſ. ille moriatur, vel ꝙ Socrates non fuerit tunc athenis. Et ſic tecmerium, non ſimplr̃, ſed ſyllogiſtice eſt neceſſarium ſignum: ⁊ aſſignans cauſam cur tecmerium dicatur, dicit [quaſi idem ſit] gręce dedigmenon hoc eſt [oſtenſum] vel demonſtratum, [⁊] peperaſmenon hoc eſt [concluſum] ⁊ [terminatum] apud gręcos. Et vlterius quaſi cauſam cauſę aſſignans, dicit [tecmar eni3 ⁊ peras idem eſt ſm priſcam lingua3,] ⁊ ſic tecmerium quaſi finiens ⁊ concludens ſignum interpretatur. Quare erit neceſſarium, vt diximus, non abſolute quidem, ſed ſyllogiſtice vtputa ipſo poſito, ac bonis coniecturis comprobato. vnde ⁊ cauſidici indiciū ad torturam dicunt, quod ſufficit pro tortura danda, quodq3 niſi ꝑ torturam expurgari poteſt. Icos aūt non ſic, quia ipſo poſito, non propterea ſeqtur neceſſario propoſitū. Nō enim poſito ꝙ Helena ſit pallida, ſequitur neceſſario ipſam peperiſſe. Inſuꝑ ſignū, qđ nomē non habet, ſed a generis noīe dicit̃ ſignū, minime neceſſariu3 eſt: non enim ſeqtur, ſi Socrates eſt ſapiens, ⁊ iuſtus, vt oē ſapiens ſit iuſtum, etiā ſi huiuſmodi ſignum fuerit bonis coniecturis attētatu3. Tecmerium igit̃ ſolum eſt ſignū indiſſolubile, quādo bonis rōnibus fuerit ꝓbatum.


¶ Eſt autē ſignoꝝ hoc quidem vt ſingulare ad vniuerſale, ſic vt ſiquis dicat ſignum eſſe ꝙ ſapientes ſint iuſti, quoniā Socrates ⁊ ſapiens erat ⁊ iuſtus. hoc quide3 igitur ſignū eſt. Solubile tamen: l3 quod dicitur veru3 ſit. non enim ſyllogiſticum eſt.




¶ His diligenter explicatis, nunc Ariſt. vt rhetores facile intelligant, exēpla affert. ⁊ primo eius ſigni, quod nomine vacat: eſt aūt hoc ſylls̃ in tertia figura, cuius medium ſubiecto atq3 prędicato concluſionis ſubijcitur. dicebat̃ enim tertiā figuram eſſe, quoties medium tale eſt, vt vtriq3 cōcluſionis extremo ſubijciat̃. vt ſi cōcluſio fuerit ſapiētes ſunt iuſti, mediū accipit̃ Socrates, qui ad ſapientem ipſum, ⁊ ad iuſtum, vt ſubiectum eſt. Erit igit̃ ſylls̃, Socrates iuſtus eſt, Socrates ſapiens eſt, igitur ſapientes iuſti ſunt, ſylls̃ erit in tertia figura. Enthymema aūt fit, ꝑtermiſſa ea ꝓpoſitione, quę omnibus conſtat, vt illa Socrates ſapiens eſt. omnibus enim hęc patet. Aſſumpta igitur maiore. v3. Socrates iuſtus eſt, quę nō oībus facile patet: enthymema quod dicitur ſignū vel a ſigno, erit qm̃ ſapientes ſunt iuſti. Ait hoc ſignū ſe habere vt particulare ad vle: nam vniuerſale apud rhetores eſt omne illud, quod amplius vno eſt: qua ratione hęc vlis eſſet, ſapientes iuſti ſunt: quia de vno ſolo vera eſſe non pōt. ꝑpea mediū, qđ eſt ſic ſumptū, vt ꝑticulare eſt. Dicebamus eni ꝙ ſi Socrates ſit iuſtus, ⁊ ſapiēs, nō vlr̃ infert ſapiētes iuſtos eſſe, ſ3 particulariter, ꝙ aliqs ſapiens ſit iuſtus. Recte igit̃ ait mediū ſe hr̃e vt particulare, qđ ꝟo cōcludit̃ vt vle. nam mediū ad vtrunq3 extremoꝝ particulariter ſe h3, dicit. [Eſt aūt ſignoꝝ, hoc qde3 vt ſingulare ad vle ſic, vt ſiqs dicat ſignū eſſe ꝙ ſapiētes ſint iuſti, qm̃ Socrates ⁊ ſapiens erat ⁊ iuſtus,] ideo concludit quale ſit hoc ſignū, ⁊ dicit, [hoc qdem igit̃ ſignū eſt, ſolubile tñ] qa ex particularibus vle nō ſyllogizat̃, [l3 qđ dicit̃] .i. cōcluſio ipſa [verū ſit.] eſt eni veꝝ oēs ſapiētes eē iuſtos. eſt tñ ſylls̃ id ꝓbans ſolubilis. [nō eni ſyllogiſticū eſt] .ſ. ad ꝓbandū illud vle. ¶ Quo ꝟo ad ꝟba attinet, ſyllogiſticū id appellat Ariſt. in ꝑoribus, qđ ſeruat debitā figurā atq3 debitū ſylloꝝ modū: qđ ipſe alijs ꝟbis aſſerit id eē, qđ cōcludit. ⁊ nō dant̃ termini, in qbus ſeruata eadē ſyllogizādi figura atq3 forma, nō teneret. vt ſylls̃ ex duabus vlibus in pa figura ſemꝑ vle3 ꝯcluderet. nō eni eēnt reperibiles termini de oī ineē, ⁊ de nulli ineſſe. Quot ꝟo ſint, modi ſyllogiſtici i pa figura, in ꝑorib9 patuit. Aſyllogiſticum aūt id dicit Ariſto. quoties ſeruata eadem, atq3 eode3 ac conſimili modo ſyllogizandi, nō valeret in oibus, vt ex duab9 affirmatiuis in 2a figura, vel ex duab9 ꝑticularib9 in pa figura, vel in oib9 figuris.

Cōmēta^m^.

Si enim






Si eniz ſyll'sſit a/eſt b. c/eſt b, in ſcđa figura nõ neceſſario ſeqtur c/eſſe a, vel c/non eſſe a. quia poſſunt reperiri termini omni, ⁊ nulli ineſſendi. omni ineſſendi qdẽ, aial, homo, diſciplinę capax. naz verũ eſt ꝙ homo ſit animal, ⁊ ꝙ diſciplię capax ſit animal: quib⁹ ſtat omne diſciplinę capax eſſe hominem. termini autez nulli ineſſendi ſunt, animal, homo, equus. nam ſyllogizando homo eſt animal, equus ẽ animal, cum his ſtat nulluz equũ eſſe animal. Quare coniugatio ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura aſyllogiſtica eſt, quia non neceſſario concludens. vult igitur Ariſtoteles ꝙ illa concluſio, ſapientes ſunt iuſti, vera ſit: tamen ſignum ſiue ſyllogiſmus, quo illa probatur, ſolubilis eſt, quia aſyllogiſticum eſt: non enim ex particularibus ſequitur vniuerſalis concluſio. datur enim inſtantia, quia reperiri poſſunt termini, vbi ſeruata eadem ſyllogizandi forma, concluſio non vniuerſalis, ſed particularis erit.

¶ Hoc autez (vt ſi quis dicat ꝙ ęgrotet, quoniam febricitat. vel peperit, quia lac habet) neceſſarium eſt: quod quidem ſignorum ſolum tecmerium eſt. Solum enim (ſi veruz fuerit) inſolubile eſt.











¶ Exemplum iſtud eſt tecmery, vel ſigni in pᵃ figura. eſt aũt figura prima quoties tale mediũ ſumit̃, vt ad p̄dicatũ cõcluſionis ſyllogizandę ſit ſubm. ad ſubm ꝯo eiuſdẽ ſit pręedicatũ. vt ſi cõcluſio ſit. helena peperit, mediũ erit lac habẽs. nã omne lac habẽs peperit. ꝓpterea ſi helena lac habet. igitur peperit. vnde ſyll'sesſt, lac habens peperit. helena lac hz. igit̃ helena peperit. Enthymema ꝯo erit p̄termiſſa altera ꝓpõne, quę oibus pz: ⁊ aſſumpta, ⁊ interrogata ea, quę dicit. helena lac hz. hęc enim dubia eſt, ⁊ digna cõtrouerſia. ꝓpterea hac aſſumpta ⁊ ꝓbata, ſeqtur intentũ. ſ. ꝙ helena pepererit. dicit, [Hoc aũt] ſubaudi ſignũ [eſt neceſſariũ, vt ſiqs dicat ꝙ ęgrotet, qm̃ febricitat, vel peperit, qa lac hz.] qa in figura pᵐa neceſſariũ eſt. ſeqtur eni febricitans ęgrotat. Niphus febricitat. igit̃ Niphus ęgrotat. Quare enthymematice ſequet̃. Niphus febricitat. igit̃ Niphus ęgrotat. nã oibus pz ꝙ febricitãs ſit ęgrotans. deinde exponit, ſeu repetit quale ſignũ hoc eſt: ⁊ dicit, [quod qdẽ ſignorũ] .ſ. tale quale dictũ eſt in prima figura, ⁊ neceſſarium [tecmeriũ eſt] .i. indiciũ [eſt ſoluz.] Cuius cãm aſſignat ⁊ dicit. [Solum eni, ſi verũ fuerit] ⁊ ꝓbatum atqz conſtans qđ aſſumit̃, [inſolubile eſt,] atq3 ſyllogiſticũ. qa neceſſario ſeqtur, hz lac, igit̃ peperit. oibus eni conſtat lac habens peperiſſe. Qua rõne fit vt tecmeriũ cõiugatio ſit ſyllogiſtica, qa poſitis qbuſdã neccio ꝯcluſio ſeqtur: ⁊ nõ ſunt reperibiles termini inſtãtię. ⁊ cã eſt: qꝛ maior accipit̃ vl'is. vl'iter eni oibus pz, qm̃ lac habẽs peperit. nã oẽ lac habens peperit. Hactenus de tecmerio.

¶ Hoc aũt (quod vt vl'e ad particulare ſe habet) eſt, vt ſiqs dixerit ſignum eſſe ꝙ febricitet, quoniã crebro reſpirat. Solubile eni eſt ⁊ hoc, ⁊ ſi verũ ſit. nam cõtingit etiam non febricitantem crebro reſpirare.

crebro reſpirare. πνευστιᾶν crebro anhelare.





¶ Exēplum iſtud eſt icotis, qđ in 2ª figura fit, eſt aūt ſecūda figura, quoties mediū tale eſt, vt ad ſubtū ⁊ p̄dicatum cōcluſionis ſit prędicatuʒ, vt ſi queſtio vel ꝯcluſio ſit hęc. Niphus febricitat, mediū erit crebro reſpirans. hoc enim de vtroqʒ prędicat̃, qa de febricitante, ⁊ Nipho. quare enthymema erit, Niphus crebro reſpirat. ergo febricitat, oībus enim pʒ febricitātēʒ crebro reſpirare. dicit. [Hoc aūt (qđ vt vl'e ad particulare ſe hʒ) eſt, vt ſiqs dixerit, ſignū eſſe ꝙ febricitet, qm̄ crebro reſpirat.] dixit aūt Ariſto. hoc ſe habere vt vl'e ad ꝑticulare, non tñ eſſe vl'e, qm̄ non eſt vl'e cōuertibile. mediū eniʒ ad vtrūqʒ extremū vt vl'e ſe hʒ, ⁊ de vtroqʒ affirmatiue p̄dicatur: quare p̄termiſſa ea ꝓpōne, quę oībus pʒ, enthymema erit. Niphus crebro reſpirat, ergo Niphus febricitat. deinde exponit quale eſt hoc ſignuʒ, ⁊ dicit. [ſolubile eni eſt ⁊ hoc,] qꝛ eſt aſyllogiſticū: naʒ in 2ª figura ex duabus affirmatiuis nihil oīno neceſſario concludit̃, [⁊ ſi verū ſit] .ſ. id qđ ꝯcludit̃. pōt eniʒ cōcluſio vera eſſe, quę nō ſyllogiſtice ꝓbabit̃. [nā contingit etiā nō febricitantē crebro reſpirare,] vt ſi ſe nimiuʒ antea exercuiſſet, vel in gymnaſio elaboraſſet. hic eni crebro anhelaret, q tñ non febricitaret. Hęc de icote.

¶ Quid igit̃ icos ſit, ⁊ quid ſignum, ⁊ quid tecmerium, ⁊ quo differūt dictū eſt quideʒ ⁊ nunc: dilucidius autē ⁊ de his, ⁊ quā ob cauſam alia qdē aſyllogiſtica, alia aūt ſyllogiſtica ſunt, in analyticis dictum eſt.

Cōmēta. ¶ Nunc epilogat, ⁊ dicit. [Quid igitur ſit icos] .i. enthymema icoticū, [⁊ qd ſignū] ideſt enthymema a ſigno, [⁊ qd tecmeriū] .i. enthymema tecmericū, [⁊ quo differūt] hęc inter ſe, [dictū qdē eſt ⁊ nūc: dilucidiꝰ aūt ⁊ de his, i analyticis dictū ē] vbi dcm̄ ē, [⁊ quā ob cām, alia qdem aſyllogiſtica, alia aūt ſyllogiſtica ſunt.] in quibꝰ verbis pʒ Ariſto. ꝑ tecmericū enthymema intellexiſſe ſyll'm altera ꝓpōne p̄termiſſa in p̄ma figura. ꝑ icos, intellexiſſe icoticū enthymema, qđ eſt ſyll's in ſcđa figura altera ꝓpōne p̄termiſſa. ⁊ ꝑ ſignū, (quod ſuperiꝰ dixit innominatū, qa non hʒ ꝓpriū nomen, ſʒ a noīe gn̄is dr̃ ſignū) intelligit enthymema in 3ª figura, vt ſuperius expoſitum eſt.

p° qō. ¶ Quęres circa hęc, quę dicta ſunt, primo ſi orator in ꝑſuadendo vti debeat neceſſarijs. Or enim orator neceſſarijs vti nō debeat, eo primo cōſtat, quia mox tolleret̃ cōtrouerſia, qua ceſſante, nulla eēt neceſſitas bene dicēdi. Qua rōne Quintilianus libro .5. voluit rhetoribꝰ nullatenus neceſſaria ꝯuenire. p̄terea tūc rhetor ab analytico non differret, ſiquidem vterqʒ ꝑ nec͞cia ꝓficiſcit̃. Inſuꝑ Ariſto. p̄ elenchoꝝ lib. ait rhetorica argumēta peccare ſ'm cōſequens, qa nō neceſſario cōcludunt. deinde q̄nes circa quas verſat̃ orator, ſunt hypotheticę, ⁊ ſingulares, ⁊ cōtingentes, quę nō niſi ex contingētibus deduci pn̄t. Pro oppoſita ꝑte ſunt, q̄ Ariſt. ſuperiore lectione dixit: aſſeruit eni rhetorē vti neceſſarijs, verū his, nō niſi raro. Pręterea orator vtit̃ ꝓpoſitionibus, ſiue aſſumptionibus, quę cōſtat ex locis rhetoricis. modo cōſtat loca rhetorica ſaltē aliqua eſſe neceſſaria, vt quę ſūt a definitiōe, quę a gn̄e, quę a ꝓprijs, ⁊ quę ab alijs. Adhuc orator ꝑſępe dicit circa neceſſaria in gn̄e demōſtratiuo: dicit eni de laudibus deoꝝ, celoꝝ, elemētoꝝ, ſtirpium, aīalium, quę neceſſaria ſunt. quare de his ꝑ neceſſaria dicere coget̃. Inſuꝑ Ariſt. ſuperius enthymema voluit eſſe orōnis neruum vel corpus, ⁊ nō niſi a ſoliditate, ac neceſſitate. Quare queſtio hęc pro vtraqʒ ſui parte ambigua eſt. de queſtione hac Ariſto. breuibus ſe expediēs dixit rhetorē plerūqʒ per cōtingētia, raro ꝑ neceſſaria ꝓficiſci. Quintilianus aūt lib. 5. capite de ſignis, aſſerit neceſſaria ſigna nullo pacto oratoribus cōuenire, ſiqdeʒ his in medio adductis mox ceſſat cōtrouerſia, ac dicēdi peritia. Alij vo nō ineruditi dixerūt in gn̄e deliberatiuo oratores ſemꝑ per ꝯtingētia ꝑſuadere. nam deliberationes ſunt de futuris cōtingentibus: quare de illis non niſi ꝑ contingētes rōnes orator dicere poterit. In iudiciali vo gn̄e plerūqʒ ex cōtingentibus, raro ꝑ neceſſaria dicit. naʒ lʒ iudicia de his (quę facta ſunt, vel nō facta) habeātur, quę quatenus p̄terita, neceſſaria ſunt: tñ qa contingēter fuerunt futura, iure ꝑ ꝯiecturas contingētes de his plerūqʒ oratores dicūt, raro aūt ꝑ neceſſaria. At in demonſtratiuo genere, plerūqʒ ꝑ neceſſaria, raro per contingētia dicit orator: cuʒ plerūqʒ ea laudent, quę ſunt aut neceſſaria, aut quę in facto habeātur. hęc lʒ prima frōte videātur bene ac ſapide expoſita, tamē non ſunt clara apud me.

¶ Dicamus igit̃ primo duplex eē neceſſariū, alterum qđ ſimpl'r dicitur, vt deū eſſe, ſolem oriri, ⁊ eiuſmodi, q̄ ſuapte natura neceſſaria ſunt. alteꝝ qđ ſ'm ſyll'm, vel ex ſuppoſitione a ph'is dicit̃ neceſſariū, ceu ęgrotare Niphum: non eni ęgrotare Niphū eſt ſimpl'r neceſſariū, ſed eſt neceſſariū qbuſdam poſitis ac cōceſſis in ſyll'o. nā ſi febricitat Niphus, ⁊ oē febricitans ęgrotat, neceſſariū eſt his poſitis Niphū ęgrotare. Inſuꝑ Platoneʒ reſpirare neceſſariū eſt, non qdē ſimpl'r, ſʒ ex ſuppoſitione .ſ. aliquo poſito, vt poſito ꝙ viuat: nā ſi viuit plato, neceſſariū eſt eum reſpirare. Or igit̃ orator ad ꝑſuadēdum vtat̃ neceſſarijs ſ'm ſyll'm, vel ex ſuppoſitione, Ariſto. ſuperius tradidit cū dixit, neceſſaria quidē igit̃ dico, ex qbus fit ſyll's, ⁊ ſic velle videt̃ oratorē ad ꝑſuadēduʒ poſſe vti neceſſarijs ſ'm ſyll'm, quę ſ'm ſe ſimpliciter nō ſunt neceſſaria. Argumētatur eni rhetor, helena hʒ lac, igit̃ peperit. qa oībus pʒ, lac habens peperiſſe. Conſtat aūt nec aſſumptionē, nec ꝯcl'onem eſſe neceſſariā. cōcluſionem qdem nō, qm̄ helena nō neceſſario peperit. ꝓpōnem vo minime, qa helena nō neceſſario hʒ lac, tñ ſi habet lac, neceſſario peperit. dixit tamen Ariſto. non ſemꝑ his vti oratores, niſi quādo de aſſumptis coniecturę ſu.. ꝑſuaſibiles. Et tale enthymema ſic ex ſuppoſitione neceſſariū, tecmericū eſt, ac inſolubile. qa eſt ſyllogiſticum ſ'm figurā ⁊ modū. cum vo Quintilianus aſſerit eiuſmodi eē extra artē, qa tollit controuerſiā, facile diluit̃ hoc: nā ſi huiuſmodi aſſumptū oībus conſtaret, tolleret artē qa tamen aſſumptū non oībus cōſtat, imo ꝓ vtraqʒ ſui parte ſunt cōiecturę, ideo nō tollit artē. ars eni verteret̃ ad aſſumpta. Hoc Ariſt. innuit, cū dicit: nam ſi ſolū verum ſit, inſolubile eſt. innuit enim tecmeriū neceſſariuʒ eſſe ſ'm ſyll'm, nō autē ſimpl'r. quia an̄s ⁊ cōſequens eſt contingēs. recte igitur dixit Ariſto. his neceſſarijs, ac tecmericis enthymematibus raro vti rhetores, qa raro aſſumpta haberi pn̄t, ad quę ſint cōiecturę ꝓ vtraqʒ parte.

¶ Sed vtrū orator ad ꝑſuadendum vti debeat ſimpl'r neceſſarijs, hoc eſt qōne dignum. tamē vt dialecticus ꝑ ſe non vtit̃ niſi ꝓbabilibꝰ, neceſſarijs aūt, quatenus ſubeūt rōnem ꝓbabilis, hoc eſt quatenus ſunt ſ'm opionem ſapientuʒ: ſic orator ꝑ ſe vtit̃ ꝑſuaſibilibus, ꝑ accidens vo neceſſarijs, quatenus illa ſubeūt rōnem ꝑſuaſibiliuʒ, hoc eſt quatenus in auditoribus, vel iudicibꝰ inducūt ꝑſuaſionem: nō enim neceſſariū ſemꝑ perſuaſionē inducit. igit̃ orator pōt vti ſimpl'r neceſſarijs ad ꝑſuadendum, non quatenus illa ab oratore, ac ab audiētibus cognoſcunt̃ eſſe neceſſaria, ſed quatenus apta ſunt inducere ꝑſuaſionem

ſionem in iudicibus,hinc diluũtur obiecta,primum q̃/
dem,qa lz ſcõm ſyll'm neceſſariuz ſit,quo rhetoꝛ vtitᷓ,tñ
aſſumpta ſunt pſuaſibilia,qm̃ pro vtraq; pte hñt argu/
mẽta,etiã lz aſſumpta eſſent neceſſaria,rhetoꝛ tamẽ eis
vtitur,vt pſuaſibilibus,cũ illa ab oꝛatoꝛe,quatenus eſt
oꝛatoꝛ,non cognoſcãtur neceſſaria.Deinde diluitᷓ 2m,
qa analyticus vtitᷓ neceſſarijs ſcõm ſyll'm,ꝛ etiã ſimpli
citer,ꝛ illa cognoſcit ita eſſe.Oꝛatoꝛ autem vtitᷓ neceſſa
rijs ſcõz ſyll'm,ꝛ ſi ſimpl'r neceſſarijs vteretᷓ,illa nõ co
gnoſceret eſſe neceſſaria,ſed vt pſuaſibilia aſſumeret,ꝛ
hac rõne controuerſiã habẽt.Tertiũ autẽ deletur,pro
id qđ Ariſt.dicit,nõ vl'iter,non enim aſſerit oia enthy/
memata rhetoꝛica peccare ſcõm cõſequẽs,ſed plerũq;
intelligit.Ultimũ iam ablatũ eſt,qa lz antecedẽs ꝛ con
ſequẽs ſint contingẽtia,tñ põt enthymema eẽ termeri/
cum ac neceſſariuz ſcõm ſyll'm.Obiecta ꝯo alteri⁹ptis
iam ſunt ſoluta,qa dictuz eſt oꝛatoꝛem neceſſarijs vti
raro,qa nõ niſi cum ad aſſumpta eſt cõtrouerſia.¶ P.
lz neceſſarijs vtatᷓ,tñ illis vtitᷓ nõ quo ſunt neceſſaria,
ſed quo ſunt perſuaſibilia.Sil'r lz oꝛatoꝛ in genere de/
monſtratiuo,ac iudiciali dicat de ys,quę ſunt neceſſa/
ria,tamẽ de neceſſarijs per neceſſaria,ꝛ per nõ neceſſa
ria dicere põt,modo ea,per quę dicit,ſibi ꝛ audiẽtibus
2ª q̃o. videãtur pſuaſibilia.¶ Quęres 2° ſi oꝛatoꝛ ad pſuadẽ
dum vti dꝫ tribus figuris ſyllogiſticis,tam hypotheti/
cis q̃ꝫ cathegoꝛicis,de q̃bus in analyticis dictũ eſt,bꝛe
uibus pꝫ ſol'o.Oibus eni his vti põt,modo ea,q̃b⁹ vti/
tur,accipiat,non vt neceſſaria,ſed vt pſuaſibilia.magis
ꝓpꝛium aũt oꝛatoꝛi eſt vti enthymemate,ꝛ potiſſimuz
in p̃ma figura,qa illa eſt cęteris magis nobis nãlis,ad
quã hoies quaſi ſuapte natura inclinãtur.Eſt inſup ca/
3ª q̃o. ptu facilis,quę omnia oꝛatoꝛ reſpicere debet.¶ Quę/
res 3° ſi enthymema tecmericuz fieri poſſit in tribus fi
guris.ꝛ ſi icoticuz etiam in oibus,vel in ſcđa ſoluz.In/
ſuper ſi enthymema a ſigno fieri poſſit in oibus figu/
ris,vel in tertia tantũ:dici poteſt tecmericuz enthyme/
ma accipi poſſe ẜm id,quod eſt,vel ẜm nominis anti/
quam interp̃tationez.Scõm id qđ eſt q̃dez,in omni fi/
gura id tecmerium eſt,qđ inſolubile eſt,ꝛ tecmeriuz h̃
pacto erit in omni figura coniugatio ſyllogiſtica.At
ſi tecmerium accipitur ẜm pꝛiſcam interp̃tationem,ſic
tecmerium erit ſyll'us,vel enthymema,cuius ſignum,ꝛ
id cuius eſt ſignũ,ſunt in ęquo,ꝛ hac ratione nõ niſi in
figura p̃ma erit ſoluz.qa coniugatio ſyllogiſtica,cuius
mediũ eſt ſignuz ęq̃le ei,cuius eſt ſignũ,tecmericuz en/
thymema erit.De icotico ꝯo enthymemate etiã codez
modo dici põt.Si enim accipitᷓ pro ſolubili enthyme/
mate,cuius mediũ eſt ſignũ de vtroq; extremo dictuz,
ſic eſt ſoluz in ſcđa figura.Sed ſi accipiatᷓ pro ſolubili
enthymemate,cuius medium eſt,vt vl'e ad extrema,ſic
omnis aſyllogiſtica cõiugatio,cuius mediũ ſic ſe habꝫ,
erit icotica.Unde hęc icotica eſt,palliduz peperit,He
lena pallida.Helena igitur peperit.Solubile eſt,qa nõ
omne pallidũ peperit.Palliduz eni eſt vt vl'e ad pari/
entem,ꝛ ad Helenã.ꝛ in tertia etiã hęc eſt icotica,palli/
dum peperit.Pallidũ eſt Helena.Helena igitur pepe/
rit.Diluitur,qa medium eſt extremis amplius.Simil'r
ſignum in oi figura eẽ põt,mõ mediũ ſit minus vl'e ex/
tremis.Hoc eni a ſigno eſt ſyll'us,pythacus eſt ſtudio/
ſus,iuſtuz eſt pythacus.igitᷓ iuſtũ eſt ſtudioſus.ꝛ ſic ois
aſyllogiſtica coniugatio cuiuſcũq; figurę,cui⁹ medium
eſt minus vl'e extremis,ſyll'us eſt a ſigno.Ariſt.ꝯo lo/
cutus eſt ẜm antiquũ,ꝛ pꝛiſcuz vſuz,vt in textu ipſe an
notauit.Ex his fieri poteſt hęc diuiſio,ꝙ enthymema
tum alia ſint ſolubilia,ꝛ aſyllogiſtica, alia ſyllogiſtica,
ꝛ inſolubilia.ſyllogiſtica ꝛ inſolubilia fieri poſſunt in
omni figura,ꝛ ꝓpter hoc dicũtur tecmerica.Aſyllogi
ſtica ꝯo ꝛ ſolubilia bifariã ſunt,aut quoꝛuz mediũ ex/
tremis eſt vl'ius,ꝛ ſic dicũtur icotica enthymemata,aut
quoꝛuz mediũ eſt minus vl'e extremis,ꝛ ſic ſunt enthy
memata a ſigno,ꝛ hoc pacto ẜm rem fieri pñt in oi fi/
gura.Scđz tñ pꝛiſcã interp̃tationẽ tecmericũ eſt in pꝛi
ma,icoticũ in ſcđa,ſignũ ꝯo in tertia,q̃bus vlteriu⁹ pꝫ
cur tecmeriũ eſt inſolubile enthymema.Eſt eni inſolu/
bile,qa ſyllogiſticũ.Icos aũt ꝛ ſignũ ſolubilia,qa aſyl/
logiſtica.De his ꝯo in pꝛioꝛibus diximus plura,nunc
ꝯo quãtum oꝛatoꝛibus lz,ſatis ſunt,quę diximus.

¶ DE EXEMPLO.

¶ Exemplum autem,ꝙ quidez ſit inductio, ꝛ circa qualia eſt inductio,dictum eſt. exemplum παραδειγμα paradigma Cõmẽtaᵐ.

¶ Exempluz gręce eſt παραδειγμα paradigma, eſt
autẽ paradigma,vt nõnulli tradũt,exẽpluz facti,vel di
cti alicuius,vnde Uirgil'. Antenoꝛ potuit medijs ela/
pſus achiuis illiricos penetrare ſinus.fit autem (vt di
cũt)trib⁹ modis,a pari.Uirgil'.at veluti magno in po/
pulo,cũ ſępe coboꝛta eſt ſeditio.a maioꝛe ad min⁹,idez
Uirgil'.qualiter exp̃ſſum vẽtris per nubila fulmẽ.a mi
noꝛe ad maius,idez Uirgil'.ſi potuit manes accerſcere
cõiugis,Oꝛpheus treitia fretus cithara.Quintilian⁹li°
q̃nto aſſerit gręcos vſos eẽ paradigmate ꝛ generatiz in
omni ſimiliuz appõne,ꝛ ſpetiatim in ijs,quę rerum ge/
ſtarum authoꝛitate nitũtur.Addit ꝙ noſtra fere ſil'itu
dinem vocari maluerint,qđ ab illis parabola dĩ.nos
quo facilius ꝓpoſituz explicemus,vtrũq; paradigma
eſſe credamus,ꝛ ipſi appellemus exẽpluz.Et ſic Quin
tilianus paradigma gręce/exẽplum latine dici voluit.
Uult tñ exẽplum eẽ vtrũq; tã ſil'itudinem q̃natiz in oi
appõne,q̃ꝫ ſpetiatim in rerũ geſtarũ authoꝛitate. Ariſt.
cum egiſſet de enthymemate,hic de exẽplo ꝑtractat. ꝛ
p̃mo accipit quonã mõ fit exẽplum,ꝛ dicit.⌊ Paradig/
ma autẽ.i.exẽplum ꝙ q̃dem ſit inductio,ꝛ circa qualia
eſt inductio,dictum eſt⌋.ſ.2° libꝛo pꝛioꝝ, ꝛ in topicis,
Egidius nõ ab rõne exponit exẽplum eẽ inductionem
apud rhetoꝛes,quẽadmodum enthymema ſyll's.Apud
eni rhetoꝛes valet exẽplum,quãtum apud Phos indu
ctio,quę expõ eſt bona,qa eſt Ariſt.aliter nã in exẽplo
ſunt duo ꝓceſſus,alter q̃dem ab vno particulari ad vni
uerſale,alter aũt ab illo vl'i ad alterum particulare. ꝯ/
bi cauſa/in hoc exẽplo.(Mãphꝛedus cõuitans Prin/
cipes ad cęnam,eos decapitauit.igitᷓ Robertus conui
tans Pꝛincipes ad cęnã eos decapitabit.)Pꝛimus pꝛo
ceſſus eſt,Mãphꝛedus ꝯuitãs Pꝛincipes ad cęnã eos
decapitauit,igitᷓ Rex cõuitans Pꝛincipes ad cęnã eos
decapitabit.Scđs ꝯo eſt,Rex cõuitãs Pꝛincipes ad
cęnã eos decapitabit.ergo Robertus cõuitans Pꝛinci
pes ad cęnã,eos decapitabit.Uterq; eniz Rex eſt,qui
Pꝛincipes ad cęnã cõuitat.Quare exẽplo ſeq̃tur Mã/
phꝛedus cõuitans Pꝛincipes ad cęnã eos decapitauit.
igitur Robertus cõuitãs Pꝛincipes ad cęnã eos deca
pitabit.Cũ itaq; Ariſt.dicit exẽplum eẽ inductionez,in
telligit quo ad illius.p̃mũ ꝓceſſuz.Nã p̃mus pꝛoceſſus
eſt imꝑfecta inductio,cũ ſit ab vno particulari ad vl'e,
inductio autẽ a pluribus particularibus ad vl'e,ſed qa
apud rhetoꝛes exẽplum valet tãtũ/quãtũ inductio apđ
Phos,ideo Ariſt.aſſerit exẽplum eſſe inductionẽ,ꝛ tu
intellige quo ad p̃mum ꝓceſſum.Nã ſcđs ꝓceſſus non
eſt inductio,ſed enthymema,ꝓcedit eniz ab vl'i ad pti/
culare,vt fit in tecmerio,ꝛ hoc non expoſuit Egidius.
Quare totũ paradigma eſt mixtũ qđdam ex inductiõe


⁊ ſyll'o. Enthymema eniꝫ apud rhetores valet tãtum, quãtum ſyll'us apud Phos, qbus pꝫ exẽplum quo ad ꝑmum ꝓceſſum eẽ ex talibus, qa ex ſingularib⁹, ex qualibus eſt inductio, ⁊ circa talia, qm̃ circa vl'ia rhetorica, quę ſunt vl'ia indefinita (vt diximus ſuperius) circa q̃lia eſt inductio. Hoc declarari põt etiã aliter, nam exẽplum eſt argumẽtum quoddã mõ in omni argumento aliqd ſumit, vt notius. (Eſt eni rõ rei dubię, vt Cice. inquit. faciens fidẽ) ex quo infert ignotius, cuius fidẽ q̃rimus. quoties igit illud, qđ vt notius ſumit, eſt particulare, ⁊ ſimile ei, qđ infert, exẽplũ eſt. Quare recte dixit exẽplum eẽ inductionẽ quãdaꝫ, ⁊ ex q̃libus, ⁊ circa qualia eſt inductio, qm̃ ex ſingularibus ad vl'ia.


Eſt autẽ neq̧ vt pars ad totuꝫ, neq̧ vt totũ ad partẽ, neq̧ vt totum ad totũ, ſed vt ps ad parteꝫ, ſimile ad ſimile, cũ ambo qdẽ ſub eodẽ genere ſint, alterũ aũt altero ſit noti⁹.

Cõmẽta^m. Anonymus Ariſ. interp̃s loco vbi autẽ, legebat eni, ⁊ ſic vult Ariſ. hic aſſignare cãm eius, qđ dixerat, aliter diximus nos Ariſt. poſtq̧ accepit exẽpluꝫ eẽ inductionem, nũc velle declarare qd ſit, ⁊ q̃le exẽplum. Melius autẽ videt nunc eſſe dicẽdum, nã cũ Ari. accepiſſet exẽplum eẽ inductionẽ, in qua ex aliquo infert aliqd, nũc declarat quo mõ ſe hꝫ id, qđ aſſumit, ad id, qđ infert, ⁊ duo facit qa primo exponit quo mõ nõ ſe habet, ⁊ dic. [Eſt aũt] id qđ ſubaudi aſſumit, ad id, qđ infert, [neqꝫ vt pars ad totũ, neqꝫ vt totum ad partẽ, neqꝫ vt totum ad totũ.] Deinde exponit quo mõ ſe hꝫ, ⁊ dicit. [ſed vt pars ad ptem, ſimile ad ſimile,] nõ ſimpl'r, ſed [cuꝫ ambo qdem ſub eodẽ genere ſint, aũt] ꝓ et, ⁊ cũ [alterũ altero ſit notius.] Per quę pꝫ exẽplum eẽ ꝓceſſum a parte ad pteꝫ, quoties ptes illę ſimiles fuerint ſub eodẽ genere, ⁊ altera qua ꝓcedit, notior fuerit altera, ad quã ꝓceditur. vnde 2° prioꝝ exẽplum dicit eẽ, quãdo ꝑ vnũ particulare notius ꝓbat alterũ particulare ignotius ꝓpter aliqđ ſimile repertũ in vtroqꝫ. Et ſic tria reqrunt ad rõnem exẽpli, ꝑmũ vt in eo ꝓcedatur a pticulari ad particulare, deinde, vt particularia vtraqꝫ ſint eiuſdeꝫ generis, ita vt in eis reperiat qđdam ſimile. Tertiuꝫ vt alterũ eoꝝ, ex qbus ꝓceditur, ſit notius, vt qđ fuerit aliquãdo in facto, vel in dicto, alteruꝫ vo ad qđ ꝓceditur, ſit ignotius, ſic eni eſt argumẽtuꝫ fidẽ faciens. Quo vo ad vba attinet, ꝓceſſus argumẽtarius quadruplex eſt, aut vt pars ad totũ, ⁊ hęc eſt inductio. In inductiõe eniꝫ ꝓceditur a particularibus ad vl'e rhetoricum, hęc eni inductio eſt, hõ inferiorem mouet mãdibulam, canis, bos, ouis, vrſus. Omne igit aial mãdibulaꝫ mouet inferiorẽ. inſuper cornix carẽs rubra bile eſt longeua. Elephas, ceruus, ſimil'r. Omne igit aial carẽs rubra bile eſt lõgeuum. Et ſic pꝫ inductionẽ eſſe a pte ad totuꝫ, aut vt totum ad ptẽ, ⁊ hunc ꝓceſſum qdã grecus Anonymus Ariſt. interpres autumat eſſe ſyll'm. nam qđ vl'i ineſt, id particulari ſub illo contento neceſſario inerit. Si eni dixero miſericordiã eſſe iuſtitiã, cuꝫ iuſtitię inſit bonum, miſericordię quoqꝫ bonũ inerit. Ego vo ꝑ hꝰ ꝓceſſum intelligo enthymema tecmericũ in quo ꝓceditur a toto ad partẽ, ſi eni lac habens cõcubuit, ſeqt Helenaꝫ cõcubuiſſe. nam Helena hꝫ lac. Enthymema eniꝫ eſt ab vl'i ad particulare aliquando, qđ lꝫ mental'r nõ differat a ſyll'o, tñ in eo appet ꝓceſſum a toto ad ptẽꝫ, aut vt totũ ad totũ, quo mõ ꝓceditur, vt Anonym⁹ inqt. cum dicit oium cõtrarioꝝ eadẽ ſciẽtia eſt. igit cõtrarioꝝ ſenſibilium ideꝫ eſt ſenſus, ⁊ vt ois morbus lędit corpus, ita omne vitiuꝫ animũ. Ego vo per ꝓceſſuꝫ a toto ad totũ, intelligo ſyll'm, ⁊ non oẽm, ſed eum, qui ex cõuerſiuis conſtat terminis. In hoc eni ad vl'e proceditur ab vl'i, ⁊ a toto ad totũ. Exempluꝫ igit non eſt argumẽtuꝫ a parte ad totũ, vt eſt inductio, qm̃ lꝫ exẽpluꝫ ſit a parte, particulariq̧ ipſo, nõ tamẽ ad totũ finit, ſed ad particulare. Inſuper exẽplum eſt ab vno particulari, inductio autẽ a pluribus particularib⁹, neqꝫ eſt argumentũ a toto ad ptẽ, vt tecmeriũ eſt, nã lꝫ vtrũqꝫ ad ptẽ particulareqꝫ ipm̃ deſinat, tamẽ exẽpluꝫ a parte eſt. tecmeriũ vo a toto, nec eſt argumentũ a toto ad totum, vt ſyll'us cõuerſiuus eſt. Exẽplum eni a pte incipit, ⁊ in ptem deſinit. Syll'us autẽ cõuerſiuus a toto incipit, ⁊ in totuꝫ deſinit. Ex his pꝫ quid nõ eſt enthymema. Quid autẽ ſit, facile deduci põt, eſt eni argumẽtum a parte ad partẽ, a ſimili ad ſil'e, cũ ambo qdem ſub eodeꝫ genere fuerint, ⁊ alterũ fuerit altero notius. Qua ratione fit, vt exẽplum argumẽtuꝫ ſit ab vno pticulari notiore ad alterũ ignotius, quoties in eis reperit aliqđ ſimile ſm genus. vt Grachus in repub. ꝯſpirans necatus eſt a populo Romano. igit Cathelina, qui nũc in rẽpu. conſpirat, necandus eſt a populo Ro. Uterqꝫ eni Romanus eſt cõſpirãs in rẽpu. occupãdam. Inſuꝑ Mãphredus ad cęnam regni Principes cõuitans, eos capite mutilauit. igitur Robertus ad cęnã regni Principes ꝯuitãs, eos capite mutilabit. Uterqꝫ eniꝫ Rex ad cęnã Principes cõuitans, eſtqꝫ alter altero notior, cum aſſumptũ fuerit in facto. Hoc mõ igitur exẽplũ fit, qđ paradigma dr̃.

Exemplũ eſt, vt quoniã inſidiatur tyrãnidi Dionyſius, petens cuſtodiaꝫ. Eteni Piſiſtratus prius inſidiatus, cuſtodiã petijt, ⁊ accipiẽs, dominatus eſt. Et Theogenes in megaris, ⁊ alij (quoſcũq̧ ſciuerunt) exẽplũ omnes fiunt de Dionyſio. queꝫ nõdũ ſciũt, ſi hanc ob cauſam id petit.

custodiam φυλακην, preſidium munitionem. dñatus eſt ετυραννησε tyrãnizauit.






Cõmẽta^m. Quę dixerat de exemplo, nũc declarat in terminis, ſed quo ad ea, quę dicit, attinet, q̃ſtio fuit apud Syracuſanos, vtrũ Dionyſius petens p̃ſidiũ atqꝫ cuſtodiã ſui corporis a ſyracuſanis, velit rẽpub. ſyracuſanã occupare. Hęc eni q̃ſtio cũ in cõtionibus ꝓponeret a ſyracuſanis ortę ſunt opiniones, nã vt noſtris tẽporib⁹ legulę ſcribũt, põt tyrãnus ſiue Rex petere a regno p̃ſidiũ, ſiue munitiones ꝓ bono regni, qnare vltra ordinarias ſol'ones põt petere munitiones, ⁊ pręſidium. quicqd ſit apud legulas rhetores ſyracuſani in cõtione ſic ꝓbarũt Dionyſiũ velle dominari, ꝑmo exẽplo Piſiſtrati, (qui


ſuit prior Dionyſio,)hic eniꝫ petens munitiões,poſtq̄ accepit,dn̄atus eſt,deinde exēplo Theogenis,q in megaris petēs munitiones,cū accepiſſet,dn̄atus eſt,3°exēplo alioꝝ oiuꝫ,quos ſciuerūt rhetores,q cōtionabant̃, ſemꝑ enim petētes munitiões (poſtq̄ acciperēt) dn̄ati ſunt.igit̃ oēs ſunt exēplū de Dionyſio,quē nōdū ſciūt, ſi ob hāc cām.ſ.ob tyrānidē,munitiões petat:an ꝑ bono ſyracuſanoꝝ:dicit.[Exēplū eſt,vt qm̄ iſidiat̃ tyrānidi Dionyſius petēs cuſtodiā]ſui corporis,h̄ eſt vnū particulare deducēdū,ꝛ ꝓbat̃ ꝑ vnū aliud noti⁹ huic ſimile ſm gen⁹.[Etenim Piſiſtratus ꝑus iſidiatus,cuſtodiā petyt]ſuę ſalutis[ꝛ accipiēs dn̄atus eſt]reipu.atheniēſiuꝫ.[ꝛ Theogenes in megaris]ideꝫ fecit,[ꝛ alij q̊ſcūq̧ ſciuerūt].ſ.cōtionatores[exēpluꝫ oēs ſiūt de Dionyſio,quē nōdū ſciūt,]ſed eſt ignotū,[ſi hāc ob cāꝫ].i. ob tyrānidē id.ſ.cuſtodiā[petit,]vbi procedit̃ ab vno vel plurib⁹ ꝑticularib⁹notiorib⁹,q̄ fuerunt in facto,ad aliud eiuſdem generis ſimile,quod nōdum patet,ſꝫ eſt nunc in quęſtione apud Syracuſanos contionatores.

¶Quo v̈o ad v̈ba attinet,inſidiatur gręce ἐπεβούλευε eſt,eſt autem inſidiari inſidias tendere ſiue parare,inſidię auteꝫ fallacię ſunt.Cicero libro tertio officiorum,ſunt ne inquit.igitur inſidię tendere plagas.ꝓprie enim inſidię ſunt doloſa quędaꝫ expectatio ad aliquē aggrediendum,quaſi clam inſidant vt hoſtem fallant. Hinc inſidior oritur,verbum,quod ſignificat inſidias parare.Salluſtius in iugurtino atherbalem vitę ſuę,inquit.dolis inſidiatum eſſe.Tyrānus auteꝫ(vt in libro de tyranno ꝛ Rege diximus) gręce latine dominatio eſt,quę eſt ſeuum ꝛ violentum imperium. Juuenalis Quid Nero taꝫ ſęua,crudaq̧ tyrannide fecit:Hinc tyrannus,lꝫ apud veteres in bonaꝫ partem dominus dicebatur,qui plenam in ſubditos habebat poteſtatem, (Trogo teſte.quęq̧ ciuitas ꝛ gens rerūpub.imperiuꝫ ab initio penes reges habebat,quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis non ambitio popularis,ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat,qui ꝛ tyrāni ob fortitudinem vocabātur,quod Virgilius obſeruauit, cum dixit.Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyrāni.) tamen creſcente hominum malitia, cum ſuperbe reges regnare cępiſſent,tyranni nomen ad illos ſolum reſtrictum eſt,qui per inſolentiam imperij viribus abutebātur.Hinc tyrāniço verbum gręcum eſt,quod ſignificat dominari,quaſi ſemper ad malam partem trahens id Ariſto.ꝓpter quod nonnulli putant tyrannuꝫ deduci a tyrrhene gentis crudelitate.Dionyſius v̈o ſicilię fuit tyrānus,qui(vt narrat Cornelius nepos)manu fortis,ꝛ bello peritus fuit.ꝛ id,quod in tyranno nō facile reperitur,minime libidinoſus, non luxurioſus, non auarus,nullius rei deniq̧ cupidus,niſi ſingularis perpetuiq̧ imperij,ob eamq̧ rem crudelis.Huic fili⁹ Dionyſius omni turpitudine inquinatus in tyrānideꝫ ſucceſſit,qui tandem Syracuſis pulſus corinthi pueris luduꝫ apparuit,vt refert Cicero libro 3° quęſtionū tuſculanarum.Ariſt.tamen de patre ſentit. Piſiſtratus v̈o Athenarum fuit tyrannus,de quo Juſtinus multa ſcribit.hic cum ꝛ ingenio,ꝛ doctrina,ꝛ eloquentia plurimum polleret,effecit,vt ſibi ſatellites ad corporis tutelam,quos hic Ariſto.phylacen appellat, latine pręſidium,cuſtodiam,vel cuſtodes publice decernerentur, quibus acceptis,arcem ſimul ꝛ libertatē occupauit.idē Theageneꝫ ferunt apud megaros effeciſſe.Quare oēs exemplum erunt, quoniam Dionyſius phylacem petens tyrānidi inſidiabitur.


¶Omnia autem hęc ſub eodem vniuerſali ſunt,q m̄ inſidiatus tyrānidi,cuſtodiā petit. Ex quibus igitur dicūtur perſuaſiões, quę demonſtratiuę putantur,dictum eſt.



¶Nunc docet breuibus exemplum reducere ad ſyllꝫ, Cōmēta⁹.
non quidē ad vnū,ſed ad duos ſyllos,nā cū in exēplo ſint duo ꝓceſſus(vt diximus,ꝑ̄mus reducit̃ ad ſyllm in 3ª figura,in quo ꝯcluditur maior de medio,hoc eſt



inſidiatus tyrānidi de petēte cuſtodiā ꝑ ꝑticulare mediū,qđ eſt ſil'e extremo alteri.vꝫ.ꝑ Piſiſtratū,q ē Dioniſio ſilis,h̄ pacto Piſiſtrat⁹ iſidiat⁹ eſt tyrānidi.Piſi



ſtratus petijt cuſtodiã.igiť petens cuſtodiã,tyrãnidi in ſidiať,hic eſt primus pceſſus in 3ª figura.Scđs aűt eſt ſyllꝰs in pma hoc pacto,petẽs cuſtodiã iſidiatus eſt tyrãnidi.Dionyſius petit cuſtodiã.Dionyſiꝰ igiť iſidiať tyrãnidi.Quare exẽplum erat bonuꝫ.vꝫ.Piſiſtratꝰ petens cuſtodiã tyrãnidi iſidiatus eſt.ğ Dionyſius petẽs cuſtodiã tyrãnidi inſidiabiť.Aíaduerſiõe tñ dignũ ſingulare ſimile nõ eẽ in exẽplo ſumẽdũ ſimplr,ſed eo affectũ ac determinatũ,quo alteri particulari aſſimilať,nõ eni in exẽplo aſſumi dꝫ Piſiſtratus ſimplr inſidiatus eſt tyrãnidi,ſed Piſiſtratus petẽs cuſtodiã,ſic eniꝫ exẽplum clarũ erit audiẽtibꝰ.Silr nõ dꝫ aſſumi Theagenes,ſed Theagenes petẽs cuſtodes.Inſup nec dꝫ aſſumi Mãphredus,ſed Mãphredus cõuitãs regni pncipes ad cęnã,ſic eni pticulare aſſumptum erit ſimile ⁊ notius pticulari deducẽdo,dicit.[Oia aűt ſub eodem vli ſunt,] ⁊ hac rõne exẽplum ad duos reduciť ſyllos,qm ambo particularia ſub vno vli cõtinẽtur,⁊ explicat illud vle ſimul addẽs ꝯnem dicẽs,vt[qm Dionyſiꝰ inſidiatus]eſt[tyrãnidi,]hęc eſt cõcluſio.explicat vle,⁊ dicit.[cuſtodiaꝫ petit.]hoc eſt vle,nã ſub hoc vli,qđ eſt petẽs cuſtodiã,ambo cõtinenť.Ambo eni cuſtodiã petűt.Sic igiť pꝫ exẽplum vi illius ſilis,qđ in vtroqꝫ pticulari reperiť,reduci ad duos ſyllos,vt Ariſt.ẽt docuit 2° prioꝝ.Tűc epilogat,⁊ dicit.[ex qbus igiť dicűť perſuaſiones].i.cõſtant pſuaſiones,[quę]apud rhetores[demõſtratiuę putanť,]qualia ſunt exẽplum,⁊ enthymema,[dictuꝫ eſt.]

De hiſtoria.

[Nunc accedit ad declarationẽ fęlicitatis, ꝛ deſcribit eam ſ꜁m cõez hoĩuꝫ opinionẽ, qꝛ in libris ethicoꝝ eaꝫ deſcribit ſ꜁m veritatẽ, Egidius fruſtra laborat, qui has definitiones enititur reducere ad eas, quę in libris ethicorum traditę ſunt. hoc enim non eſt verũ, qꝛ omnino diſcordant. tamẽ de definitionibus, quas hic aſſignat, prima eſt valde ꝯſona opinioni Ariſt. vnde dicit. [Sit itaqꝫ fęlicitas bñ agere] . i. fortunate agere, vtputa ſine aduerſitate, [cũ virtute.] Ariſt. eniꝫ fęlicitatẽ non in habitu, ſed in actione, quę eſt ab habitu, cõſtituit. ergo fęlicitas eſt actio: ꝛ qꝛ actio põt eẽ cũ fortuna ſcđa, ꝛ cũ

fortuna aduerſa: Peripatetici cõtra opinionẽ Stoicorũ aſſerũt eſſe actionẽ cum fortuna ſcd̃a, ⁊ hanc vocant ευπραξιαν, ⁊ qm̃ multi agũt cum fortuna ſcd̃a abſqʒ virtute, Ari. addit⌊ cũ virtute.⌋ nõ eniʒ aliquis ſine virtute felix eſſe poteſt. ergo fęlicitas eſt actio fortunata cum virtute, ⁊ a virtute ꝓficiſcens. hoc modo hęc prĩa definitio non eſt aliena ab opinione Peripateticorũ.

Cõmẽta. ¶ Vel per ſe ſufficientia vitę.

¶ Hęc eſt ſcd̃a definitio fęlicitatis data ſm̃ cõeʒ hoĩuʒ opinionẽ. ⁊ eſt Theocriti, dixit eniʒ Theocritus epicureus nõ eẽ aliud fęlicitatẽ ipſaʒ, q̃ʒ ſufficere ſibi ipſi in viuẽdo. hoc eſt in viuendo nullis egere. Hęc definitio nõ põt reduci, nec ↄcordare ei, q̃ eſt Peripateticoꝝ, qꝛ fęlicitas peripatetica eſt actio, hęc aũt non eſt actio, ſed ſufficiẽtia ad eã actionẽ, quę eſt viuere. Inſuper illa peripatetica vult fęlicitatẽ eẽ cũ virtute, hęc aũt nihil virtutis meminit. verũ eſt tñ Ariſt. nõ poſuiſſe fęlicitatem ſine bonoruʒ ſufficientia. At Theocritus principaliter fęlicitatẽ eſſe affirmat in ipſa bonorum ſufficientia.

ſecuritate ἀσφαλείας infallibilitate.

¶ Vel vita cum ſecuritate iocundiſſima.

Cõmẽta. ¶ Hęc eſt tertia definitio data ſm̃ cõeʒ hoĩuʒ opinionẽ, quę Epicureoꝝ eſt, nã ſi fęlicitas ponit̃ in voluptate (vt putãt Epicurei).⌊ Fęlicitas erit vita iocũdiſſima⌋ ſiue ſit cũ virtute, ſiue abſqʒ virtute, mõ ſit⌊ cũ ſecuritate,⌋ ⁊ fortunę imobilitate. ⁊ qm̃ fortuna ſemꝑ eſt variabilis, iõ hęc definitio fruſtra datur. vel ſoluʒ locum hʒ (vt Solon dicebat) in fine vitę. vel (vt dicemus) intelligitur vt eſt poſſibile in humanis.

¶ Vel abundantia poſſeſſionũ, ⁊ corporuʒ cum potentia ſeruandi, atqʒ faciendi hęc.

Cõmẽta. ¶ Hęc eſt quarta definitio data ſm̃ cõeʒ opinionẽ hominũ. vñ dicit.⌊ Vel⌋ fęlicitas ẽ⌊ abũdãtia poſſeſſionũ⌋ ſ. agroꝝ, ⁊ alioꝝ ſimiliuʒ.⌊ ⁊ corpoꝝ⌋ ſ. beſtiarum, ⁊ iumentoꝝ,⌊ cum potẽtia ſeruandi, atqʒ faciendi hęc,⌋ eſt autẽ potentia faciendi ↄſiſtens in ſeruis ⁊ miniſtris, hi enim ſunt, qui agros ⁊ poſſeſſiones colũt: ⁊ de nouo faciunt. Potẽtia vero ſeruãdi cõſiſtit in amicis. ſine eniʒ amicis nulla poſſeſſio ſeruari põt. Seruamus eniʒ bona noſtra per nos, ſed potiſſimum per amicos. Qđ autem hęc definitio non cõueniat cum ea, quę eſt peripateticorum, perſpicuuʒ eſt.

¶ Fere enim horum vnum, aut plura fęlicitatem fatentur eſſe omnes.

Cõmẽta. ¶ Quia has definitiones aſſignauit nõ ſm̃ ꝓpriã opinionẽ, ſed ſm̃ cõeʒ hoĩuʒ exiſtimationẽ, iõ eas ꝓbat ꝑ hmõi cõeʒ hoĩuʒ exiſtimationẽ, ⁊ dicit.⌊ Fere enim horũ⌋ ſ. quatuor, quę aſſignata ſunt pro definitione fęlicitatis,⌊ vnũ⌋ ſ. primũ,⌊ aut plura⌋ ſ. oĩa⌊ fęlicitatẽ fatentur eſſe omnes.⌋ dixit autem fere, qꝛ adhuc poſſent eſſe alię opiniones, de quibus Ariſto. nõ curat. nam hę ꝓpoſito ſuo ſufficiunt.

ᵃ mľtoꝝ gr̃aʒ πολυφιλίαν multoꝝ amicitiam. virtutes ἀρετάς cõmoda. vires ad certandum δύναμιν ἀγωνιστικήν potentiã certatiuam. proſperitateʒ εὐτυχίαν bonam fortunam.

¶ Qđ ſi felicitas ſit huiuſmodi, neceſſe eſt partes ipſius eſſe nobilitatẽ,ᵃ multoꝝ gratiã bonoꝝ amicitiam, diuitias. bonã prolẽ, multorũ precreationẽ, bonam ſenectutẽ, ad hęc corporis virtutes, vt ſanitatẽ, formã, robur, proceritatẽ, vires ad certandũ, gloriam, honorem, proſperitatem, virtutem, ſiue partes eius, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iuſtitiam.

¶ Cum deſcripſiſſet fęlicitatẽ ſm̃ cõmunem hominum opinionẽ, nunc aſſignat partes. i. requiſita ad fęlicitatẽ, ſine quibus non eſt aliquis perfecte fęlix, ⁊ dicit.⌊ Qđ ſi fęlicitas ſit hmõi,⌋ vt diximus,⌊ neceſſe eſt partes ipſius eſſe nobilitatẽ, multoꝝ gratiã⌋ ideſt gratũ eſſe multis, multoꝝ gratiã gręce eſt πολυφιλίαν, latine multoꝝ amorem vel beniuolentiã, vel multoꝝ gratiaʒ, nã gratia amor eſt.⌊ bonoꝝ amicitiam,⌋ hoc aũt gręce eſt χρηστοφιλίαν, ⁊ põt intelligi vtilium amicitia:⌊ bonã prolẽ, multoꝝ⌋ ſ. liberorum⌊ ꝓcreationẽ, bonã ſenectutem⌋ ⁊ cõmodam.⌊ ad hęc corporis virtutes⌋ partes fęlicitatis neceſſe ẽ eẽ⌊ vt ſanitatẽ, formã,⌋ quę ⁊ pulchritudo etiã dicitur.⌊ robur, proceritatem,⌋ quę magnitudo corporis eſt.⌊ vires ad certanduʒ⌋ in quibus agoniſtica virtus cõtinetur.⌊ gloriã, honorem, proſperitatẽ,⌋ quę proſpera fortuna eſt.⌊ virtutem, ſiue partes eius,⌋ quę animi ſunt bona.⌊ prudẽtiã, fortitudinẽ, tẽperãtiã, iuſtitiã.⌋ Hęc enim fęlicitatis partes vocat, qꝛ ſine his nullus perfecte fęlix eſt. qa enim neceſſario reqruntur ad perfectã fęlicitateʒ, ideo partes vocat. ⁊ fortaſſe hęc dicunt̃ partes, qm̃ fęlicitas eſt aggregatio oĩum iſtoruʒ in vita perfecta. Egidius non imperitus phs hęc bona reducit primo in duo, qm̃ ad ea, quę aĩę ſunt, ⁊ ad ea, q̃ corporis ſunt. deinde ſubdiuidit in quatuor, qm̃ animi bona, ꝑñt eſſe externa, ⁊ interna, ſimilr̃ corporis bona eſſe ꝑñt interna, ⁊ externa. externa corporis bona ſm̃ hãc opinionẽ, ſunt nobilitas, multoꝝ gr̃a, bonoꝝ amicitia, diuitię, bona proles, multoꝝ ꝓcreatio. interna vero, ſenectus cõmoda, ſanitas, forma, robur, proceritas, vires ad certandũ. externa animi bona ſunt gloria, honor, ꝓſperitas, ⁊ fortaſſe amicitia (vt poſtea dicemus.) interna vero virtutes. vʒ. prudẽtia, fortitudo, tẽperantia, iuſtitia. Ariſt. tñ diuiſit bona in tria, in bona animi, corporis, ⁊ fortunę. bona animi virtutes ſunt, bona corporis, ſanitas, forma, robur, ꝓceritas, vires. Cętera aũt ſunt bona fortunę, vt nobilitas, multoꝝ gr̃a, bonorum amicitia, diuitię, bona proles, multoꝝ procreatio, bona ſenectus, gloria honor ⁊ proſperitas.

¶ Naʒ ſic vtiqʒ per ſe ſufficientiſſimus erit: ſi ipſi inſint, quę in ipſo, ⁊ quę extra ſunt bona. non enim ꝓ̃ter hęc alia ſunt. ſunt auteʒ in ipſo quidẽ, ⁊ quę in anima, ⁊ quę in corpore ſunt. Extra vero, nobilitas ⁊ amici, ⁊ pecunię, ⁊ honor. Adhuc aũt conuenire putamus potentiam, ⁊ fortunam eſſe. hoc enim pacto vita erit tutiſſima.

¶ Cum aſſignaſſet definitionẽ fęlicitatis, nunc ꝓbat eã, ⁊ dicit.⌊ Nã ſic vtiqʒ⌋ intelligẽdo fęlicitatẽ, ꝙ ſit cõgregatio oĩuʒ eoꝝ, q̃ enumerata ſunt, aut aliter põt textus induci, ꝙ cũ aſſignaſſet ꝑtes fęlicitatis, nũc probat eas eẽ ꝑtes fęlicitatis. ⁊ dicit,⌊ naʒ ſic vtiqʒ⌋ dicẽdo. ſ. ꝙ partes fęlicitatis ſint vt dictũ eſt, fęlix, q eas oẽs hʒ,⌊ erit ꝑ ſe ſufficiẽtiſſimus, ſi ipſi iſint⌋ . i. qꝛ ipſi fęlici iſunt,⌊ bona⌋ interna,⌊ q̃ in ipſo ſunt,⌋ ⁊ bona externa,⌊ q̃ ſunt extra, nõ. n. ꝓ̃ter hęc⌋ duo gñа bonoꝝ,⌊ alia⌋ bona⌊ ſunt.⌋ exponit aũt bona, q̃ dicunt̃ eẽ in ipſo, ⁊ dicit,⌊ ſunt autẽ in ipſo quidẽ⌋ bona,⌊ ⁊ q̃ in aĩa, ⁊ q̃ in corꝑe ſunt, extra vero⌋ q̃ dicunt̃ bona fortunę, ſunt⌊ nobilitas, ⁊ amici, ⁊ pecunię, ⁊ honor. adhuc auteʒ ↄuenire putamus. potentiam, ⁊ fortunã eſſe⌋ ſ. enumerãda inter bona exteriora.⌊ hoc eniʒ pacto⌋ aggregãdo omnia hęc, vt partes fęlicitatis,⌊ vita erit tutiſſima.⌋ potẽtia eniʒ cũ fortuna in ipſo fęlici reddit vitã tutiſſimã. ¶ Sed eſt qđ nõ parua, qm̃ non videt̃ fęlici neceſſaria prudentia, ſi ei inſit

Cõmẽta.

Qđ de prudẽtia ⁊ fortuna.

potentia cum fortuna,nam(vt Ariſto. inquit in libᵒ de bona fortuna,)non expedit fortunatuꝫ cõſiliari, qa hꝫ quid melius prudẽtia ⁊ cõſilio. igiť fruſtra fęlici inerit prudentia,ſi ei inerit fortuna proſpera cum potentia.

pᵃ ſolutio. Nõnulli dixerũt prudẽtiã eſſe fęlici neceſſariã pro recta rõne agendi ea,quę ſpectant ad animã. ſpectant autem ad animaꝫ actiones,quę ſunt ẜm virtutẽ. has fęlix

2ᵃ ſolutio. aggredi nõ poſſet,niſi eſſet prudens. Nos aũt dicimus prudentiã eſſe fęlici neceſſariã, ⁊ ꝓpter hanc cãm,⁊ ꝓpter fortunã.nam fortuna porrigit occaſiones ſecũdas aliqñ manifeſtas,⁊ pro iſtis Ariſto.dicit, non eſſe fortunatis expediens ꝯſiliari,qꝛ habẽt quid melius prudẽtia,cõſilio,⁊ intellectu,vt puta deuꝫ, (vt ibi aſſerit)qui porrigit fortunatis oportunitates proſperas,quarũ fines ſunt manifeſti. aliqñ porrigit fortuna oportunitates proſperas occultas,quarũ fines non ſunt facile cognoſcibiles,⁊ tũc neceſſaria eſt prudẽtia,primo, vt per eam fęlix pręcognoſcat finem,quẽ induit oportunitas fortuita.ſine enim prudentia non poterit pręcognoſci. deinde,vt per prudẽtiaꝫ facile oportunitas ducatur ad ſuum finẽ. Huius rei exẽplo eſt nobis Hieron ſyracuſanus,qui parua oblata a fortuna oportunitate,⁊ occultiſſima,eam ſua prudẽtia adeo gubernauit,vt ſyracuſanorũ rex euaſerit. Quare licet in ipſo fęlici ſit fortuna cum potentia,tamẽ prudentia neceſſaria eſt,tum ꝓpter actiones attinentes ad animã,tum ꝓpter ſcientiã oportunitatũ,quas ei porrigit fortuna in occulto. cum vero Ariſto.dixerit ꝑ fortunaꝫ cum potentia eſſe exiſtimandam vitam tutiſſimã,non intelligas ſimpľr,quoniã nihil ſub ſole tutiſſimũ,ſed quantũ fieri põt in humanis: cum enim in humanis fęlici inerit potẽtia cuꝫ fortuna, inerit vita tutiſſima,quantũ capit humana natura.

¶ Sumamus igitur ſimiliter, ⁊ horuꝫ vnũquodqꝫ quid eſt. Nobilitas itaqꝫ gẽti,ac ciuitati eſt indigenas,aut antiquos eſſe, ⁊ duces primo illuſtres,multoſqꝫ ex ipſis ꝓdyſſe in his,quę expetuntur inſignes.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Cum narraſſet partes fęlicitatis, nunc exponit vnãquãqꝫ ſeorſuꝫ.Egidius Ꝯo aſſignat aliã rõnẽ,nã ꝑ rhetoricã potentiã habemus hortãdi, ⁊ dehortandi genti, ⁊ alicui perſonę priuatę.Si itaqꝫ nobilitas ad fęlicitatem ꝑtinet,⁊ per fęlicitatẽ hortamur,atqꝫ dehortamur, vt ſciamus hortari toti gẽti alicuius ciuitatis, ⁊ vni priuatę perſonę,docet nobilitatẽ,quid ſit,tam gentis vniuerſę alicuius ciuitatis, ꝙꝫ priuatę perſonę. melius autem diximus Ariſto.declarare nobilitatẽ, qꝛ cum enumeraſſet partes fęlicitatis, opus erat declarare vnamquãqꝫ eoꝝ, declarat ergo primo nobilitatem gentis.ſ. vnius ciuitatis,verbi grã Romanoruꝫ, vel Athenienſium,nã eſt duplex nobilitas,publica, quę eſt gentis,⁊ ciuitatis,⁊ priuata,quę eſt alicuius priuati ciuis.Declarat ergo primo nobilitatẽ publicã, quoniã hęc cõtinet nobilitatem priuatã,⁊ ꝓponit ſuam intentionẽ,⁊ dicit. [Sumamus igiť ſimiliter,⁊ horum]ideſt ⁊ haruꝫ partiuꝫ,quę ſunt fęlicitatis,[vnũquodqꝫ,quid eſt.]deinde ꝓſeqtur de nobilitate publica, ⁊ declarat ipſam a quatuor locis,quoꝝ primus ſumitur ab antiquitate ciuiũ, ⁊ dicit,[nobilitas itaqꝫ]accõmodata[genti, ac ciuitati, eſt]eos,qui in ea habitant,[eſſe indigenas,] ⁊ non inquilinos,[aut antiquos.] Ciues nãqꝫ eſſe antiquos facit ad nobilitateꝫ ciuitatis quoniã nobilitas importat ortuꝫ naturalẽ,⁊ non aduentitiũ. Ignobilitas cõtra ortum non naturalẽ,ſed aduentitiũ. omne eniꝫ ẜm naturaꝫ eſt nobile,qꝺ aũt eſt nõ naturale,eſt ignobile. Imaginatur enim Ariſto. primo politicoꝝ, ciuitatẽ habere naturalẽ ortũ,quoniã cuꝫ filiȷ multiplicanť in vna domo adeo,vt non poſſint in ea cohabitare,faciũt vicuꝫ. iterum cum multiplicãtur in vico,vt non poſſint in eo cohabitare,plures vicos faciunt, ſitqꝫ tandẽ ciuitateꝫ, quę ſit ex pluribus vicis. Qua ratione ſit, vt ẜm naturalẽ originẽ domus creſcat in vicum,vicus aũt in ciuitatẽ.non igiť videť naturalis ordo, vt ex inquilinis cõſtituatur ciuitas.Quia igiť domos creſcere in ciuitateꝫ nõ eſt abſqꝫ magna antiquitate,⁊ antiquitas ciuiũ facit ad ciuitatis,naturaleꝫ originẽ ⁊ naturalis ciuitatis origo facit ad nobilitatẽ.igitur antiqtas ciuiũ facit ad ciuitatis nobilitatẽ.Cõtra ortus nõ naturalis,qualis eſt inquilinoꝝ,facit ad ignobilitatẽ ciuitatis. Poteſt ẽt aſſignari alia cã ex Platone,qm̃ ex aduẽtu inquilinoꝝ dicũtur noui mores,ex quibus corrũpuntur priores, qui puri erant.Corruptis aũt moribus antiquis, videť ciuitas fieri ignobilis,vel ſaltẽ ſic ab indigenis naturalibꝰ exiſtimať. Potior tamẽ ratio eſt illa Ariſto. quoniã ciuiũ antiquitas mõſtrat naturalẽ ciuitatis ortũ, quę aut ciuitatis nobilitas eſt,aut non abſqꝫ nobilitate.Ciuiuꝫ vero nouitas oſtẽdit nõ naturalẽ ciuitatis originẽ,quę ignobilitas eſt,aut nõ ſine ignobilitate. ſi quideꝫ omne qꝺ eſt ẜm naturã,eſt nobile,⁊ perfectuꝫ, qꝺ vero cõtra non ẜm naturã,ignobile,⁊ imꝑfectũ. hęc de primo loco.Deinde aſſignat ſcõm qui accipiť a qualitate ducuꝫ ⁊ dicit,[⁊]eſſe etiã[duces primos illuſtres].ſ.ciues,qui eam habitant,verbũ autẽ duces, gręce eſt ηγεμονας, qꝺ in veteribus trãſlationibus interpretať pręſides.nã quicũqꝫ pręſunt exercitibus, vel gubernãdis ſubditis, duces,⁊ pręſides dici poſſunt.Addit auteꝫ illuſtres, qꝺ gręce eſt επιφανεις,latine tuꝫ inſignes,tũ pręclaros, nam ſi duces fuerint obſcuri,potius ad ignobilitatẽ ciuitatis facere videntur.addit ẽt primos, qꝛ maior nobilitas eſt,quãto ducuꝫ maior fuerit gradus.Deinde aſſignat tertiũ locũ qui ſumũtur a multitudine ducuꝫ ⁊ dicit,[multoſqꝫ ex ipſis]ciuibus[ꝓdyſſe]duces.Demuꝫ aſſignat quartũ,qui a ꝓeminẽtia bonoꝝ ipſoꝝ ducuꝫ, ⁊ dicit,[in his quę expetunť, inſignes.] Que expetũtur Ꝯo ſunt bona animi,⁊ corporis,⁊ fortunę,hęc enim ciues oẽs optant.nec ab rõne Ari.a ciuibꝰ ciuitatis nobilitatẽ nactus eſt,nã cum ciuitas totuꝫ quoddã ſit, ciues Ꝯo partes,tũc totũ nobile exiſtimãdũ eſt, qñ eius partes nobiles exiſtimãtur.hinc ſit,vt nõ recte putent, qui ciuitatis nobilitatẽ ẽt ꝓficiſci velint a regionis,atqꝫ locoꝝ excellentia.hęc enim nõ nobilẽ, ſed vtilem cõmodamqꝫ ciuitatẽ reddunt.Iccirco a locoꝝ pręſtantia,regioniſqꝫ excellẽtia,laus potius,ꝙꝫ nobilitas colligẽda eſt.patet inſuper eaꝫ ciuitatẽ nobiliſſimã eſſe,cuius nobilitas ab omnibus locis colligiť,qui dicti ſunt, cuius Ꝯo nobilitas colligiť,ab aliquot horũ,mediocriter nobilis habẽda eſt.Cuius aũt nobilitas ab vno horũ pręſtat,nõ abiecta penitus ciuitas ẽ. Inter loca Ꝯo, a quibus ciuitatis nobilitas ꝓdit,nõ eſt vt mercatores, aut artifices,aut qui hodie doctores dicũtur,cõtineantur. non enim hmõi hoies illuſtres duces eſſe poſſunt, nec in rebus,quę expetunť,pręclari.mercatores quidẽ nõ, cum nec magnifici,nec magnanimi, nec liberales eſſe poſſint,quorũ lucrum eſt finis.nec artifices, nam cum mercẽnariȷ ſint, ⁊ ſuo iure non viuãt,ſerui ſunt rei publicę.neqꝫ etiaꝫ doctores,qui lucri cauſa diſcunt, iura, vel literas,vel doctrinã vendũt,vt.8ᵒpolitico.liᵒ demõſtrat Ari.hęc nobiliſſima ciuitas fuit aliqñ Roma,cuiꝰ gẽtes aliqñ,⁊ res eoꝝ publica tot bona habuerũt,quot

rebus publicis, viriſq; eaꝝ accōmodare (vt Polibius inquit) pbi potuerunt. hęc de publica nobilitate.

ℭ Priuata autē nobilitas / aut a viris, aut a mulieribus, τ legitima ꝓcreatione ab vtriſq; eſt. τ ſicuti in ciuitate τ primos claros eſſe, aut in virtute, aut in diuitijs, aut in alio eorum, quę honorantur. τ multos illuſtres ex genere τ viros τ mulieres, τ iuuenes, τ ſeniores.

Cōmēta. ℭ Nūc de priuata nobilitate, nā cū dixiſſet de publica, nūc de ꝑuata ꝯueniebat dicere. hāc aūt Ari. ex nobilitate ꝓgenitoꝝ nanciſcit̄. τ p̊mo ꝓponit e quibus eſt priuata nobilitas τ aſſignat primū locū a ꝓcreatione τ dicit. ⌊ Priuata aūt nobilitas aut a viris, aut a mulierib⁹, τ⌋ pro aut ⌊ab vtriſq; legitima ꝓcreatione eſt. ⌋ dixit, ⌊aut a viris, ⌋.ſ. ex parte patris, ⌊aut a mulieribus ⌋.ſ. ex parte mr̄is, ⌊aut ab vtriſq; ⌋.ſ. ex parte vtriuſq; ⌊legitiā ꝓcreatione eſt, ⌋ Hoc eſt antiqua proſapia eſt. legitima eniz ꝓcreatiōe gręce eſt, γνησιοτητος, qđ ſonat, vt nō ſit a parte matris, vel pr̄is, vel vtriuſq; ex inqlinis, ſed ex ingenuis, antiquiſq; ciuitatis accolis. Antiqtas eniz facit ad nobilitatē priuatę ꝑſonę, quēadmodū etiā ad nobilitatē publicā, hęc de primo loco: quē nōnulli intelligūt vt non ſit ſpurius, deinde tangit ſcōm locū a q̄litate progenitoꝝ, τ dicit, ⌊ τ ſicuti in ciuitate, ⌋.i. τ opꝫ (vt dictū eſt in nobilitate ciuitatis) ꝓgenitores in nobilitate priuata ⌊eſſe τ primos claros aut in virtute, aut in diuitijs, aut in alio eoꝝ, quę honorant̄. ⌋ naz vt ciuitas nobilitat̄ per primos claros ciues, ſic priuata perſona per primos claros ꝓgenitores. Deinde tangit tertium locū a multitudine illuſtriuz, qui in ſuo genere pręfuerūt, τ dicit, ⌊ τ ⌋opꝫ etiā eſſe ⌊ex⌋ ſuo ⌊genere multos illuſtres, τ viros, τ mulieres, τ iuuenes, τ ſeniores. ⌋ nam vt ciuitas nobilitat̄ ꝑꝑ multitudinē illuſtriuz viroꝝ, qui in ea fuerunt, τ ſunt, ſic priuata ꝑſona per multos illuſtres ſui generis, τ qui fuerunt, τ qui ſunt. Addit ꝑ mulieres, quoniā ſicuti per mulieres ignobilitatur genus, ita etiam nobilitatur.

ℭ Liberoruz aūt bonitas, ac multitudo quę ſit, non eſt obſcuruz. Eſt aūt publice quidē liberoꝝ bonitas iuuentus, ſi ſit multa, τ bona. bona autē ſm virtutē, corporis quidē, vt puta proceritatem, formam, robur, vires ad certandum. animi vero, temperantia, τ fortitudo iuuenis virtutes ſunt.

Cōmēta. ℭ Poſt hęc quid ſit liberoꝝ bonitas, quę dicit̄ εὐτεκνία, τ qđ ſit liberoꝝ multitudo, quę dr̄ πολυτεκνία, pertractat, τ dicit, ⌊ Liberoꝝ autē bonitas, ac liberorū multitudo, quę ſit, non eſt obſcurum, ⌋ τ qm̄ liberoruz ꝓbitas ac multitudo pōt eſſe publica, τ priuata, de publica primo dicit, ⌊eſt autē publice quidē ⌋dicta ⌊liberorum bonitas, iuuentus ſi ſit multa, τ bona. bona autē⌋ ſi ſit ⌊ſm virtutē, ⌋qđ eſt dupl'r corporis, τ animi. ⌊corporis quidē, vtputa proceritatē, formā, robur, vires ad certandū. animi vero, tēperātia τ fortitudo iuuenis virtutes ſunt. ⌋vires aūt ad certandū robori ſuperaddunt, agilitatē, τ prōptitudinē membroꝝ ad motū. poſuit autem iuuenis virtutes ſignāter tēperantiā, τ fortitudinē, quoniā a vitijs, quę his virtutibus aduerſant̄, iuuenes cōſueuerunt appellari praui. non igit̄ hoc dicit, vt per virtutes has ſolas iuuenes cenſeant̄ boni. Sed qm̄ cōmunis opinio prauos iuuenes vocat, cum fuerint timidi, atq; intēperati. nec curauit exponere liberoꝝ multitudinē, nec quid ſit multa iuuentus, quoniam hęc perſpicua omnibus ſunt.

ℭ Priuata autē liberoꝝ bonitas, ac multitudo eſt, ſi proprij liberi tam mares q̄ fęminę τ multi, τ tales ſint.

Cōmēta. ℭ Nūc de priuata liberoꝝ bonitate ac multitudine, dicit. ⌊ Priuata autem liberorum bonitas, ac multitudo eſt, ſi proprij liberi tam mares q̄ fęminę τ multi, τ tales ⌋.ſ. probi ⌊ſint ⌋atq; excellentes: quibus ſimiles non fuerint in ciuitate.

ℭ Eſt aūt fęminaꝝ virtus, corporis quidē forma, τ proceritas. animi vero tēperantia, τ operādi amor ſine illiberalitate. Similiter aūt priuatim τ publice τ quantū ad viros, τ quantū ad mulieres oportet quęrere vnum qđ taliuz in eſſe, nam quibuſcūq; ea, quę ſm mulieres ſunt, praua ſunt, (quēadmodum lacedęmonijs) ſm dimidium non ſunt felices.

temperādia σωφροσύνη vel pudicitia. amor operandi φιλοεργία operādi ſtudium.

Cōmēta. ℭ Cum dixiſſet de probitate mariū, nunc de fęminaruz probitate dicit. ⌊ Eſt aūt fęminarū virtus, ⌋ in qua.ſ. conſiſtit bonitas, ⌊corporis quidē forma, τ ꝓceritas. ⌋ τ de forma, τ ꝓceritate diximꝰ in libro de pulchro. ⌊animi vero, tēperātia ⌋ſiue pudicitia, ⌊ τ operādi amor ſine illiberalitate. ⌋ex prio ſequit̄ ſcđꝫ. nam ſi mulieres eſſent otioſę, cū otiū moueat ad intēperātiā, facile fierēt intēperatę, ſunt eniz molles, ac faciles. ꝓpea vult ſcđo loco, vt mulieres ſint opatiuę. addit tū ⌊ ſine illiberalitate. ⌋ nā ſi operādi mulieꝝ ſtudiū eſſet cū illiberalitate, eſſet mercēnariū, τ ita ſeruile. ob qđ nobilis eſſe non poſſet, nec ingenua. nec plura bona Ariſt. pręhet mulieribꝰ in pn̄ti loco. In politicis vō plura, cū dicit, quāq̄ mulieribꝰ τ viris aliquę cōes virtutes ſunt. vt prudentia, τ tēperantia: aliquę tamē mulieribus magis ꝓprię ſunt, vt pudicitia, taciturnitas, τ pudor. deinde Ariſto. oſtendit hęc, quę dicta ſunt, debere ineſſe tam viris q̄ mulieribus, ſi fęlices eſſe volūt. τ p̊ ꝓponit hoc, τ dicit, ⌊ ſimil'r aūt priuatim τ publice τ quantū ad viros, τ quantū ad mulieres, opꝫ quęrere vnūquodq; talium, ⌋ quę dicta ſunt ⌊in eſſe. ⌋ deinde ꝓbat, τ dicit, ⌊ nꝫa qbuſcunq; ea, q̄ ſm mulieres ſunt, praua ſunt, ⌋.i. nā qbuſcūq; mulieres ſunt prauę: qbuſcunq; dico tam ciuitatibus, q̄ priuato generi, ⌊ quēadmodū lacedęmonijs ⌋apud quos mulieres prauę ſunt, q: intēperatę, τ otioſę, inuerecūdę, τ loquaces, ⌊ ſm dimidiū nō ſunt fęlices. ⌋ſunt enim mulieres dimidiū ciuitatis: vt Ariſt. ſcribit in politicis.

ℭ Diuitiaruz aūt partes ſunt nūmi, multitudo terrę, villaꝝ poſſeſſio, adhuc autē poſſeſſio ſuppellectilium, τ mancipioruz, τ pecuduz, quę multitudine, τ magnitudine, τ pulchritudine excellant.

Cōmēta. ℭ Poſt hęc de diuitijs, τ diuitiaꝝ partibꝰ, ita dicit. ⌊ Diuitiaꝝ aūt ꝑtes, ſunt nūmi, multitudo terrę, ⌋q̊s ruri colimꝰ. ⌊ villaꝝ poſſeſſio, ⌋qđ gręce eſt χωρίον, κτήσεις, τ p̄t interp̄tari prędioꝝ poſſeſſio. ſunt aūt p̄dia (q̄ ante vrbana dicebant̄) propinqua vrbi. ⌊adhuc aūt poſſeſſio ſuppellectilium, ſunt ſuppellectilia domeſtica pr̄is familias inſtrumēta, vt iuriſcōſulti tradūt ⌊ τ ⌋poſſeſſio

⌊mancipioꝝ.⁊⌋poſſeſſio⌊pecudū:⌋⁊ armētarioꝝ ⁊ gregaliū ⁊ ſtabulariū.⌊q̃ multitudine,⁊ magnitudīe,⁊ pulchꝛitudine excellāt.⌋ niſi enim excelluerint in his, non poterunt dici diuitię.

❡ Hęc aūt oīa firma, ⁊ liberalia, ⁊ vtilia eſſe debere, manifeſtū eſt. Sūt aūt vtilia quidē magis fructifera, liberalia autē ea, q̃ ad fruitionē ſunt. Fructifera aūt dico, a qbus redditus. At quę ad fruitionez, ea, a quibus nihil qđ ⁊ dignum ſit pꝛęter vſum fit.

Cōmētaᵐ. ❡ Nūc exponit qualia debēt eſſe hęc, vt debeāt eē ꝑtes diuitiaꝝ, ⁊ ꝓ ꝓponit, ⁊ dicit.⌊Hęc aūt oīa⌋ ſi diuitiarū ꝑtes eē debeāt,⌊firma, ⁊ liberalia, ⁊ vtilia eſſe debere, manifeſtū eſt.⌋ ¶ Quo vero ad verba attinet, firma gręce eſt ασφαλη, qđ apud veterē interp̃tem eſt, nō fallatia, melius aūt pōt interp̃tari, tuta, vel ſecura, aut (dixit Georgius) firma. verbū liberalia gręce eſt ελευθερια, qđ Georgius neſcio, q̃ rōne amęna iterp̃tatus eſt. deinde exponit ꝑ oꝛdinē hęc, ⁊ pꝛio ipſa vtilia, ⁊ dicit,⌊ſunt aūt vtilia qdē magis fructifera. liberalia aūt ea, quę ad fruitionē⌋.i. delectationē⌊ſunt.⌋ fruitionē eniz pꝛo delectatione accepit. nā απολαυσις gręce ēt pꝛo voluptate accipi pōt. deinde exponit fructifera, ⁊ dicit,⌊fructifera aūt dico, a quibus redditus,⌋ ꝓuentuſqz capimus ⌊at quę ad fruitionē⌋ ſunt,⌊ea⌋ ſunt,⌊a quibus nihil qđ ⁊ dignum ſit, pꝛeter vſum fit.⌋

❡ Terminus aūt firmitatis qdē eſt poſſidiſſe hic ⁊ ſic, vt in ipſo ſit vſus ipſoꝝ, atqz vt ſit ꝓpꝛiū, vel non. cum in ipſo, vel ab ipſo ſit alienare. dico autem alienationez, donationem ⁊ venditionem.

Cōmētaᵐ. ❡ Egidius putat Ariſt. hic definire ip̄z poſſidere, ⁊ errauit ꝑꝑ errorē trāſlatoꝛis, nā v̄bū verę poſſeſſionis gręce eſt ασφαλειας, latine tum tutelę, tū ſecuritatis, vel firmitatis. q̃re cū definierit liberale, ⁊ vtile, nūc definit firmū. ⁊ dicit.⌊Terminꝰ aūt firmitatis qdē⌋.i. definitio ipſiꝰ firmi⌊eſt poſſidiſſe hic⌋.ſ. in his bonis ſtabilibꝰ vł mobilibꝰ,⌊⁊ ſic vt in ipſo⌋.ſ. poſſidēte⌊ſit vſus ipſoꝝ⌋ ſ. bonoꝝ.i. vt ĩ ꝑtāte ſua ſit vti ipſis, qñ voluerit,⌊atqz⌋ .i. nec ſit ſolū h̄, ſ3 ēt,⌊vt ſit ꝓpꝛiū, vel nō,⌋ ſit ꝓpꝛiū, ſ3 qñ voluerit ſit alienū. cuiꝰ rōnē aſſignat, ⁊ dicit,⌊cū ĩ ipſo vel ab ipſo⌋ poſſidēte⌊ſit alienare,⌋ qñ voluerit. ⁊ ne ſit obſcuritas in definitione, exponit ip̄z alienare, ⁊ dicit,⌊dico āt alienationē⌋ bifariā⌊donationē, ⁊ vēditionē.⌋ Qui enim donat, alienat a ſua ꝑtāte id, qđ donat, quēadmodū q vēdit. ⁊ ꝑ vēditionē vult ēt ĩtelligere cōmutationē. Eſt igiť firmū poſſeſſio aliquoꝝ bonoꝝ, q̃ in ꝑtāte nr̃a ē ip̄a alienare, atqz ipſis vti: cū voluerimꝰ.

❡ Omnino aūt diuitē eſſe eſt in vtendo magis q̃ȝ in poſſidendo. nam ⁊ actus talium, ⁊ poſſeſſio ſunt diuitię.

Cōmētaᵐ. ❡ Cū dixiſſet diuitē ↄſiſtere in duobꝰ in vtēdis, ⁊ poſſidēdis bonis, nūc demōſtrat ĩ quoꝝ iſtoꝝ duoꝝ magis ↄſiſtit diues, ⁊ dicit,⌊oīno āt diuitē eē eſt in vtēdo magis q̃ȝ in poſſidēdo⌋ cāz vero aſſignat, ⁊ dicit,⌊nā diuitię ſunt ⁊ actus taliū⌋.ſ. bonoꝝ, q̃ poſſidenť,⌊⁊ poſſeſſio.⌋ mō ꝑfectio cuiuſq̄ȝ magis ĩ actu habeť, q̃ȝ in habitu. Uñ quēadmodū liberalis eſt magis, q donat, q̃ȝ qui donare pōt; ita quoq̄ȝ diues eſt magis, q bonis vtitur, fruiturq̄ȝ, q̃ȝ q ꝓpꝛietatē eoꝝ h3, vt vti poſſit. p3 aūt ex ijs, q̃ dcā ſunt, nō q̃cūq̄ȝ bona eē diuitias, ſ3 q̃cūqz multitudine, varietate, magnitudine, pulchꝛitudine, firmitate, vtilitate excelluerit, vt Ari. demōſtrauit. Inſuꝑ p3 auaros minus eē diuites ijs, q poſſidēt, ⁊ vtunť, nā qui poſſidēt, ⁊ vtunť, magis diuitijs ↄiūgunť, quēadmodū magis ↄiūgimur cibis, cū eis fruimur, q̃ȝ cū eos tenemꝰ in arca. At auari tenēt diuitias in arca, ipſis nō fruētes.

¶ Quo v̄o attinet ad bona coꝛpoꝛis, q̃ exterioꝛa ſunt, aiaduertēdus eſt oꝛdo, quē inter ea Egidiꝰ ↄſtituit. Sūt eniz numero tria nobilitas, bona pꝛoles, ⁊ diuitię, ciui itaqz q̊ ad coꝛpus ip̄z hęc tria inſunt oꝛdine quodā, nā ꝓ̊ ineſt nobilitas, ſcđo bona ꝓles, tertio diuitię. Cā aūt, qm̄ nobilitas ineſt ipſi ciui ꝑꝑ parētes, mō parētes ſūt ciui lōge magis interni, q̃ȝ bona ꝓles, ⁊ diuitię. nā parētes (vt Ariſt. ſcribit. 8° ethicoꝝ) ſunt longe magis filijs interni q̃ȝ ↄ̄ filij parētibꝰ. deſcēdit eniz ſemꝑ genꝰ. Signo aūt nobis ſunt liberi ipſi, q lōge magis amāt ſuos filios, q̃ȝ ſuos pr̃es, atqz parētes. Inſuꝑ ciuis eſt longe magis internus ſuis filijs, q̃ȝ diuitijs, ergo recte Ariſto. agēdo de bonis externis coꝛpoꝛis, ꝓ̊ egit de nobilitate, tāq̃ȝ de re magis interna. ſcđo loco de bona ꝓle, tanq̃ȝ de re, q̃ eſt minus interna q̃ȝ nobilitas, ⁊ magis q̃ȝ diuitię. vltio de diuitijs tanq̃ȝ de re minime interna. Eo igitur oꝛdine egit Ariſtote. de his, quo oꝛdine magis, minuſue interna ciui eſſe videntur.

❡ Gloꝛia v̄o eſt ab oībꝰ ſtudioſuz exiſtimari, aut tale aliqđ hr̃e, qđ oēs, aut plures, aut pꝛobi, aut pꝛudentes expetunt. — gloꝛia ευδοξια bona opio.

Cōmētaᵐ. ❡ Cū determinaſſet de externis bonis, q̃ ciuē reſpiciūt ꝭ3 coꝛpꝰ, nūc agit de bonis externis, q̃ ciuē reſpiciūt ꝭ3 animū, vtputa de gł̃ia ⁊ honoꝛe. Cōicamꝰ aūt cū ſubſtātijs ſeꝑatis in his bonis, q̃ ſunt gł̃ia ⁊ honoꝛ, ip̄m enim deū, atqz ſeꝑatas ipſas ſubās honoꝛamꝰ, atqz gloꝛificamus, ēt viros ꝓbos: q a pñt bñfacere, aut qꝛ bñfecerūt. alr̃ tñ ⁊ alr̃, nā deū honoꝛamꝰ, atqz gloꝛificamꝰ, qꝛ ipſe ſolus eſt ſimpłr bonus, ſoluſqz bñfacit, cū ab eo cūcta ꝓcedāt. viros autē bonos, q̃tenꝰ ſunt boni ꝭm qd, atqz ſił̃itudinē q̃dā ad deū in bñfaciēdo. qꝛ ergo in gloꝛia ⁊ honoꝛe cōicamus cū dijs ꝭm animuz, ⁊ nō ꝭm coꝛpus, iđ hęc dicunť externa animi bona. definit itaqz gloꝛiā, ⁊ dicit.⌊Gloꝛia v̄o eſt ab oībꝰ exiſtimari ſtudioſum⌋.i. ꝙ ſit virtute p̃ditus. deinde coꝛrigēdo hāc definitionē, definit alio mō, ⁊ dicit⌊aut⌋ ſubaudi gł̃ia eſt exiſtimari ciuez⌊tale aliqd hr̃e, qđ oēs⌋.ſ. ciues,⌊aut pł̃es⌋.ſ. ciues,⌊aut ꝓbi⌋ ciues,⌊aut pꝛudentes⌋.i. ſapiētes ciues⌊expetūt.⌋ Quę āt bona ſint hęc, dicta ſunt. hinc gręci doxā. vel eudoxiā appellāt, ꝙ ſit opiō q̃dā bona, q̃ đ aliquo habeť, ꝙ ſit bonꝰ ea virtute, quā oēs, vel pł̃es, vel ꝓbi, vel ſapiētes expetūt. hāc vulgus famā, vel celebꝛitatē, vel nomē appellāt, ꝙ ſępius ob bonaz, q̃ de eo habeť, opinionē, in vocē ⁊ p̃dicationē veniat. hęc de gloꝛia.

❡ Honoꝛ v̄o eſt benefactiuę opinionis indiciū. honoꝛanť aūt ⁊ qdē merito, ⁊ maxime, qui beneficia ↄtulerūt. nec ſolū, ſed honoꝛatur etiam, qui beneficia conferre poteſt.

Cōmētaᵐ. ❡ Nūc definit honoꝛē, ⁊ dicit.⌊Honoꝛ v̄o eſt bñfactiuę opinionis inditiū⌋ ſiue ſignū. deiñ ꝓbat h̄, argumēto ſūpto ab ijs, q ↄſueuerūt honoꝛari, ⁊ dicit,⌊honoꝛātur aūt ⁊ qdē merito ⁊ maxīe, q bñficia ↄtulerūt. nec ſolū⌋ hi, q bñficia cōtulerūt,⌊ſ3 honoꝛať ēt, q bñficia conferre p̄t,⌋ ſ3 q bñficia ↄtulit ꝓ̊, merito, ⁊ maxīe, q v̄o cōferre pōt, deiceps. In ęthicis aūt alr̃ definit honoꝛē, dicit enim honoꝛez eſſe exhibitionē reuerētię in teſtimoniū virtutis, vel excellētię. Uerū hęc ē dr̃ia, qm̄ honoꝛ

(vt hic

(vt hic deſcribit̃)dijs,⁊ hoībus exhibet̃, inquãtũ no/
bis benefici,atq; vtiles ſunt.vt aũt honor deſcribit̃ in
ethicis,exhibet̃ dijs,⁊ hoīb⁹,quatenus ſunt boni,⁊ pfe
cti in ſe.honorẽ h pacto exhibemus pħis,lʒ nec bñfe/
cerint,nec bñfacere poſſint, q: ſunt boni,⁊ perfecti.pp
hãc cãm ſciã; de aīa Ari. eſſe tũ honorabilẽ tũ in pmis
ponẽdam aſſeruit:lʒ nec bñfecerit,nec bñfacere poſſit,
qm̃ eſt bona,⁊ cęteras alias ſcias excellit in bonitate.

¶ Beneficentia autẽ eſt, quę ad ſalutẽ,⁊ ad
eſſendi cãs,quęcũq; fuerit: aut ad diuitias,
aut ad aliqd aliorũ bonoꝝ:quoꝝ nõ eſt faci
lis poſſeſſio,aut oīno,aut hic,aut nũc.multa [nunc ὅτε aliquando tunc.]
eni; pp illa q̃ vident̃ parua,honorẽ cõſecuti
ſunt.ſed modi,⁊ tempora ſunt cauſę.

Cõmẽta^m. ¶ Cũ dixiſſet eos honorari,q bñficia ꝯtulerunt,hic ex/
ponit in qb⁹ intelligit̃ bñficẽtia,⁊ dicit.[Bñficẽtia aũt
eſt,q̃ ad ſalutẽ]eſt,[⁊ ad eſſendi cãs, q̃cũq; fuerint.]iõ
honoramus,qui bñficia ꝯtulerũt ad ſalutẽ, ⁊ q ſciã; at/
tulerũt,nã illi eẽndi.hi aũt bene eſſendi cãę fuerũt,vel
ſunt.[aut ad diuitias,aut ad aliqd alioꝝ bonoꝝ,quoꝝ
nõ eſt facilis poſſeſſio.]dico nõ ẽ facilis poſſeſſio,[aut
oīno,aut hic] ſ.in pñti loco nõ ẽ facilis poſſeſſio, [aut
nũc].i.in pñti tpe nõ eſt facilis poſſeſſio.⁊ h probat ab
expiẽtia quorũdã,⁊ dicit, [multi eni;] ſ. benefaciẽtes,
[pp illa]bona,[q̃ vident̃ parua]i ſe, magna ṽo pro lo
co,vel tpe,cũ hoībus cõtuliſſent,[honorẽ ꝯſecuti ſunt.
ſed modi] ſ.bñfaciẽdi ⁊ tpa,qb⁹ bñfecerũt, [ſunt cãę,]
vt honorẽ ꝯſequerent̃. nõ aũt magnitudo bonoꝝ i ſe.

¶ Partes vero honoris,ſunt ſacrificia.

Cõmẽta^m. ¶ Cũ deſcripſiſſ; honorẽ,nũc enumerat ptes honoris,
⁊ dicit. [Partes ṽo honoris] prio[ſunt ſacrificia.]ſa/
crificia gręce ſunt θυσιαι,latine tum hoſtię,tũ victimę.
dicunt̃ aũt hoſtię(vt hieroñ.ſcribit)hę quę in ptes di/
uidunt̃,⁊ ſanguis circa altare effundit̃ , hoſtię ṽo ipſę
foris ꝯburunt̃.Sacrificia ṽo vinũ ⁊ oleũ, atq; mediũ
aīal.holocauſtũ aũt totũ cõbuſtũ.At victimę aīalia,an/
teq̃ occidant̃.apud enim gentiles viris excellentibus,
(qui de re publica bene meriti ſunt,)huiuſmodi ſacrifi
cia offerebantur in honorem.

¶ Memorationes in carminibus,⁊ ſine car
minibus.

Cõmẽta^m. ¶ Deinde aſſignat ſecũdã partẽ honoris:⁊ dicit.[Me/
morat iões in carminib⁹,⁊ ſine carminib⁹]veluti cũ vi
roꝝ illuſtriũ,(q bñficia ꝯtulerunt ciuibus)natalia,vel
mortes,vel res geſtę,vel aliq̃ id gen⁹ in ãno celebrant̃.
Sed qm̃ verbũ carminib⁹gręce eſt μετροις, Egidius
ſm vnã expõnẽ expoſuit in metris.i.in debitis menſu/
ris,⁊ ſine metris.i.ſine debitis menſuris. cã autẽ,q: ali/
quis põt honorari mẽſurate ſm modũ hominũ,⁊ imẽ/
ſurate,ac ſi eſſet deus.Melius aũt intellige in metris.i.
in carminibus,vt Orpheus,⁊ Muſeus,⁊ alij poetę fe/
cerunt.⁊ ſine metris,ideſt ſine carminibus, quoniã ali/
quis poteſt memorari proſaice.

cultus ¶ Cultus.

γερας premium. Cõmẽta^m. ¶ Tertia honoris pars eſt cultus, q gręce γερας dr̃.eſt
aũt cultus ornatus,q.vʒ.fit in tẽplis, ⁊ domibus,cũ vi/
ros honorare voluerimus. Ciues eni;(cum reges ſuſci
piũt)ornant ciuitatẽ vniuerſam pãnis,floribus,folijs,
cęteriſq;,quę fieri ſolent ad ornatum.

templa ¶ Templa.

τεμενη Cõmẽta^m. ¶ Quarta honoris pars,ſunt[Templa,] quę a gentili/
bus fieri ſolebant in honorẽ principũ,ac regu;,qui be/
neficia contulerunt.quia eos(vt minima)colebant.

¶ Primę ſedes.

προεδριαι prim̃ ꝯſeſſus preſidentię preminentię. Cõmẽta^m. ¶ Quarta honoris ps ſunt. [Primę ſedes,] quę gręce
προεδριαι dicunt̃,latine pmi cõſeſſus, vel pſidentię,
vel pemineitię:quę ijs dabant̃,qui pręclari aliquid ci/
uitati effecerũt. inter proedrias,intellige triũphos, qui
victoribus concedebãtur,⁊ locu; aut dextruni,aut me/
dium pro vſu gentis.

¶ Sepulchra.

ſepulchra ταφοι monumenta. Cõmẽta^m. ¶ Quinta honoris ps ſunt ſepulchra:q̃ gręce ταφοι di
cunt̃.Sũt aũt taphi monumẽta ampla,eleuata, barba/
ris pyramidib⁹ ornata cũ inſignib⁹atq; trophęis deco/
rata:q̃ ijs fieri ſolebãt,q bñ d re pub.erãt meriti.differt
aũt monumẽtũ a ſepulchro, qm̃ monumẽtũ gñatiʒ eſt
res memorię cã in poſteru; pdita, inquã ſi corpus,vel
reliquię inferant̃,fiet ſepulchrũ,ſi ṽo nihil horu;, erit
monumẽtũ memorię cã factũ,qđ gręci cenotaphiũ ap/
pellãt.⁊ appellatione verbi ταφοι, ẽt exeqas intellige
re poterimus.publicę eni; exequię fieri ſolẽt a ciuibus
ijs viris,qui in vita pręclari aliqd geſſerũt. hoc pacto
Neapolitani oli; viri oiu; virtutũ amãtiſſimi luciliu;
arũcanũ publicis exequijs honeſtarunt.Simili modo
Romani Fabricium,⁊ alię res publicę alios illuſtres
ſuos ciuitatis patritios honorarunt.

¶ Imagines.

imagines εικονες eſtinctiones. Cõmẽta^m. ¶ Sexta honoris pars,ſunt imagines,q̃ εικονες gręce
dicunt̃:vt picturę,ſtatuę,exẽplaria,q̃ in defunctoꝝ me
moriã ſeruant̃,quęq; i vita aliqb⁹ ſtrenuijs viris,atq;
in aliq̃ re pclariſſimis honoris cã erigi ſolẽt. Eſt autẽ;
imago pprie illa, cuius generatio eſt per imitationẽ;,
⁊ per omnia ſimilis ei,cuius eſt imago.

¶ Victus publici.

Cõmẽta^m. ¶ Septima honoris ps,ſunt vict⁹ publici,ſolebãt eni;
gẽtiles ſuos reges,ac cęſares de publicis bonis alimen
tare,veluti tpib⁹ nr̃is regib⁹tributa damus,qb⁹ viuant.
nã ad honorẽ ptinere vr̃,vt aliqs de publicis bonis vi/
uat.fieri ẽt ſolebãt ad honorẽ viroꝝ illuſtriũ poſt mor
tẽ ⁊ in vita anniuerſaria,in qbus fiebãt publici vict⁹.

¶ Barbarica,vt adoratiões,⁊ admiratiões,
munera,q̃ apud ſingulos ſunt honorabilia.

Cõmẽta^m. ¶ In octauo loco ptes honoris ponit honores barba/
ricos quos barbari exhibere ſolẽt ſuis regib⁹. iõ dicit.
[Barbarica]indicia,q̃ fiebãt honoris cã, iter honoris
ptes collocanda ſunt. ⁊ exponit illa indicia p exẽpla,⁊
dicit[vt adorationes,]q̃ gręce προσκυνησεις dicunt̃.
Georgius inclinationes trãſtulit:q̃ fieri ſolẽt regib⁹ ge/
nua,⁊ caput flectẽdo,corpuſq; pnu; pñtãdo.Ad h ge/
nus honoris reducunt̃ biretum attollere aſſurgere p,⁊
deinde iclinari, atq; pſtrari,[⁊ admiratiões,] q̃ gręce
εκστασεις dicunt̃,Georgi⁹ loco cedere trãſtulit, nõnul
li aſſurrectiones,veꝝ εκστασις gręce,latine ſtupor,vl̃
admiratio,vl̃ attonitio dr̃.cũ eni barbaroꝝ reges mul/
to tpe ꝯdebant̃,gentes q̃ primũ eos videbãt, admira/
bant̃,ac ſi viderẽt numen quoddã.hac rõne admiratio
apud eos in honorẽ habebat̃.deide aſſignat q̃rtu; ⁊ di
cit,[munera,]nõ tñ oĩa,q: nõ vilia,ſed ea,[q̃ apud ſin/
gulos ſunt honorabilia.]parthoꝝ eni; reges nemo vi/
ſitare,aut ſalutare poterat ſine munere. non quidem vi
li,ſed honorabili:⁊ pręcioſo.

¶ Eſt eni; munus,⁊ rei poſſeſſę datio,⁊ ho
noris ſignũ,quapp ta; auari,q̃ ambitioſi id
expetũt.ambo enim hñt,qbus indigẽt.nã ⁊

res poſſeſſa eſt, qua indigent auari, ⁊ hono-rez, quo indigent ambitioſi.

Cōmēta. ¶ Cuz dixiſſet donū attinere ad honorē, ⁊ poſſet obyci, ꝙ non, qꝛ videt̃ pertinere ad auaros, oſtendit munus ꝑtinere ad honorē vno modo, ⁊ alio modo ad auaros ⁊ dicit. [Eſt enim munus ⁊ rei poſſeſſę datio, ⁊ honoris ſignū] .i. ſignificatiuū honoris, ꝓpterea dicit, [q̃propter tā auari, q̃ȝ ambitioſi id expetūt,] ſed alia, atqȝ alia rōne. [ambo eniȝ hn̄t] in ipſo munere, ea, [quibus indigēt. nā ⁊ res poſſeſſa eſt, q̃ indigēt auari.] ergo hn̄t auari in munere, qđ expetūt. expetūt enim rem poſſeſſam ab alyს, ⁊ hāc hn̄t in munere. [⁊ ambitioſi,] qui dicunt̃ honoris cupidi, hn̄t in munere [honorē, quo indigēt] in eo ꝙ ambitioſi igit̃ auari expetūt munus, ⁊ ambitioſi, ſȝ aliter, ⁊ aliter. Auari quidē, quatenus eſt poſſeſſa res alterius. Ambitioſi aūt, quatenus in munere ē ſignū reuerētię bn̄factiuę. ¶ Sȝ dices ꝑꝑ quid in munere eſt ſignū reuerētię, dicēdū ħ eſſe, qꝛ munus ſignificat euȝ, qui donat inferiorē eſſe eo, qui recipit. denotat eniȝ donū quādam (vt ita dixeriȝ) ſubmiſſionē ꝑſonę donātis, ⁊ quādā excellētiaȝ in ꝑſona recipiēte. ¶ Sȝ adhuc dices, qđ ſi ꝑſona ſupior donauerit ꝑſonis inferiorib⁹ dicēdū, ꝙ ſi ꝑſona ſupior, vt princeps, donauerit ſubditis, ſi donauerit eis ꝑꝑ indigentiaȝ, honor erit p̄ncipis, qꝛ eſt ſignū liberalitatis. ⁊ ſubditus in recipiēdo honorat principē. Si v̄o p̄nceps donauerit ſubditis ꝑꝑ excellētiā virtutis, q̃ eſt i ſubditis, ſic honor erit ſubditoꝝ, ⁊ p̄nceps donās hac rōne erit inferior ſubditis. nec ſeq̈tur, princeps in ħ actu ſubit rōnē ꝑſonę iferioris, igit̃ p̄nceps eſt inferior ſubditis. argumētū eniȝ peccat ea deceptiōe, q̃ ē ab ipſo ſcđȝ q̄d ad ſimpl̄r. Quicūqȝ eni donat ꝓ ſigno reuerētię, ſemꝑ ſubit rōnē ꝑſone iferioris in hm̄ōi actu. ſimpl̄r tn̄ p̄t eē ꝑſona ſupior.

¶ Sanitas vero corporis virtus eſt, hęc autē hoc pacto ſit, vt vtentes corporibus ſint ſine ęgritudine. multi enim ſani ſunt (quēadmodū Herodicus fertur) quē nullus ſanitatis gratia fęlicem putabit, ꝓpterea ꝙ ab humanis omnibus, vel plurimis abſtineret.

Cōmēta. ¶ Nūc de ſanitate aggredit̃, ⁊ dic̃. [Sanitas v̄o corꝑis virt⁹ eſt] .i. virtus corporalis eſt, ad dr̃iā eaꝝ virtutū, q̃ animi ſunt, q̃ nō corꝑales, ſȝ aīales ſunt: de q̄b⁹ poſtea. deiñ addit alias dr̃ias, ꝑ q̃s ſanitas differt a cęteris corporalib⁹ virtutib⁹, ⁊ dicit, [hęc aūt] .ſ. ſanitas [ħ pacto ſit, vt vtētes corꝑib⁹ ſint ſine ęgritudine.] igit̃ ſanitas ē virtus corꝑalis, ꝑ quā hō vti pōt ſuo corꝑe ad labores pene inęgrotabili. ꝑ hāc aūt particulaȝ differt ſanitas a robore, a virib⁹, ⁊ a forma. nā forma nō vtit̃ hō ad labores, ⁊ nec virib⁹ ⁊ robore, ſȝ ad pugnaȝ. differt ēt ab ęgritudie, q̃ ſi vteremur ad labores, nō niſi corpore lāguēte vteremur. dixit v̄o, vt vtētes corporib⁹ ſint ſine ęgritudie, ꝑꝑ illos, q nō pn̄t vti corꝑib⁹ libere, ſed cuȝ magna victus rōne, ⁊ regula. ⁊ ħ exponit ꝑ exēplū, ⁊ dicit, [multi eniȝ ſani ſunt, quēadmodū Herodic⁹ fert̃] ſ. fuiſſe ſanus, [quē nullus ſanitatis gr̃a feliceȝ putabit, ꝑꝑea ꝙ] .ſ. vt ſanus eſſet, [ab humanis oībus, vel plurimis abſtineret] ⁊ ꝑ humana, itellexit ea, q̄b⁹ hoīes in victu cōiter vtunt̃. nō eniȝ pōt dici aliq̄s ꝓꝑe ſanus, ſi nō pōt ſtare in ſanitate, niſi fuerit ſemꝑ in regula victus, abſtineretqȝ ab yს oībus, vel plurimis, quibus homines cōiter vtuntur. vnde ⁊ in ꝓuerbio eſt, ſeruare ſemper victus rationē eſt infirmū eſſe. hęc pauca de ſanitate, nam plura de ea dicere, medici eſt.

¶ Pulchritudo autē diuiſa eſt ꝑ vnāquāqȝ ętatem. Juuenis itaqȝ pulchritudo eſt hr̃e corpus vtile ad eos labores, qui ad curſuȝ, ⁊ ad violentiā ſunt. viſuqȝ iucūdū ad fruitionē. Hac rōne quinquertiones pulcherrimi ſunt, quoniam ad vim ⁊ ad celeritatem ſimul parati ſunt.

viſu ἰδεῖν aſpectu viſione. q̄nquertiōes πεντάθλοι pentathli.

Cōmēta. ¶ Cuz dixiſſet de ſanitate, nūc trāſit ad pulchritudinē, ⁊ p̊ ꝓponit pulchritudinē nō in oī ętate eſſe eandem, ſed aliā atqȝ aliā in alia atqȝ alia ętate, ⁊ dicit. [Pulchritudo aūt diuiſa eſt ꝑ vnāquāqȝ ętatē,] qm̄ alia ē pulchritudo iuuenis, alia ſenis. deinde exponit pulchritudinē in iuuene, aſſerēs eaȝ cōponi ex agilitate, ⁊ aſpectus iocūditate, ⁊ dicit, [iuuenis itaqȝ pulchritudo eſt hr̃e corpus vtile ad eos labores, qui ad curſum ⁊ ad violentiā ſunt.] ergo iuuenis pulcher erit, cuius corpus eſt agile. Agile vero dico corpus, cū fuerit velox ad curſuȝ, ⁊ potēs ad inferendā vim. nec ſufficit hoc, nā multi ſunt turpes, quoꝝ corpora ſunt agilia ad hęc. ꝑꝑea addit, [viſuqȝ] atqȝ aſpectu [ad fruitōeȝ iocūdū.] Quare iuuenis pulcher eſt, cuius corpus eſt agile, aſpectu ad fruitionē iocundū. ꝓbat hoc argumēto ſumpto a quinquertionibus, ⁊ dicit, [hac rōne quinquertiones pulcherrimi ſunt, qm̄ ad viȝ] .ſ. inferēdā, [⁊ ad celeritatē] motus [ſimul parati ſunt.] ⁊ ꝑ quiquertiones, (qui gręce dicunt̃ πένταθλοι) intelligit eos, qui ludēdo miſcebant illa tria. vȝ. luctam, curſum, ⁊ percuſſionē, vel (vt alyს placet) per pentathlos eos intelligit, qui in ludis q̄nqȝ artes gymnicas exercent. vȝ. diſcū, curſum, ſaltum, paleſtrā, ⁊ iaculationē. Et tu nō intelligas quinquertiones pulcherrimos eſſe ꝓpter agilitateȝ tm̄, qm̄ hm̄ōi agilitas ſtare poteſt cū turpitudine. Sed ꝓpter hāc, ⁊ ꝑꝑ iocunditatē aſpectus, principaliter. pulchritudo enim primo reſpicit ꝓportionē, atqȝ mēbroꝝ conſonātiaȝ cum quadā coloris claritate, ſed qꝛ cōſonantia mēbrorum, cum hm̄ōi coloris claritate indicat bonā naturā, quaȝ medici cōplexioneȝ vocant: bona autē natura non eſt ſine mēbroꝝ agilitate, ideo pulcher iuuenis erit, cuius corpus aſpectu iocundū eſt p̄mo, conſequēter agile ad motiones gymnicas. Medici tamē aſſerūt corpus poſſe eſſe pulchruȝ ſine hm̄ōi agilitate, quoniā pōt eſſe bene cōpoſitū cum malitia naturę. Veruȝ de his in libro de pulchro. Vnū tamē pro explorato habēdū eſt, iuuenez non poteſt eſſe pulchrū, cuius corpus non eſt aſpectu iocundum, ⁊ ad gymnicas motiones agile. Juuenē autē vocat Ariſto. qui ab annis fere. 25. vſqȝ ad. 30. decurrit. nam citra annos. 25. eſt puer, vel adoleſcens.

¶ Viri aūt, qui maturus eſt, ad labores quidē bellicos, aſpectu vero iocūdū cū terrore.

viri qui maturus eſt ἀκμάζοντος ętatie: que attingit aciē vigentis.

¶ Nunc de pulchritudine viri, qui venit ad ętatis ſtatuȝ, dicit. [Viri aūt, qui maturus eſt,] ⁊ ętate perfectus, pulchritudo eſt hr̃e corpus [ad labores q̄deȝ bellicos] vtile, atqȝ idoneū, [aſpectu vero iocūdū cū terrore.] hȝ vir ętate ꝑfectus corpus idoneū ad bellū, cuȝ habuerit mēbra ꝓportionata in magno corꝑe, qm̄, vt ethicoꝝ li⁹ 4°. dicit, nō eſt pulchritudo, niſi cū corporis ꝓceritate, corpus autē habēs membra ꝓportionata cū ꝓceritate, eſt aptum ad bellum. Quare non pōt eſſe vir pulcher, qui non fuerit aptus ad bellum. dixit etiam aſpectu iocūduȝ, qꝛ non poteſt pulcher eſſe aliquis, niſi fuerit cū q̃dā coloris claritate. Coloris āt claritas iocūdū corp⁹ facit ad vidēdū. addit tn̄ cū terrore, qm̄ in ħ differt vir

pulcher

pulcher a iuuene,naȝ vir pulcher(cuȝ vř)dȝ placere,⁊ terrere. Nō eni vir effęminatū aſpectum hr̃e dȝ. Iuuenis ꝟo placere,non aũt terrere.⁊ ꝑ viruȝ,qui maturus eſt,intelligit eū,q̃ decurrit ab annis.30.vſq̄ ad.35.Etas eniȝ cōſiſtentię ſm̃ Ariſt.q̃nque annis fere durat.

Senis autem,ad labores quidem neceſſarios,ſufficiēs,ſine dolore aũt,naȝ nihil hȝ,q̃bus ſenectus moleſtatur.

Cōmētaᵐ. Nunc de pulchritudine ſenis,⁊ dicit.[Senis auteȝ] pulchritudo eſt hr̃e corpus ſufficiēs[ad labores q̃dem neceſſarios].ſ.qui cōueniūt ſenibus.addit.[ſine dolore autē,]nam dolor,atq̄ triſtitia corpus reddit turpe,⁊ reddit cām,quare pulcher ſenex dȝ eſſe ab dolore,atq̄ triſtitia,⁊ dicit.[Nã]ſenex.ſ.qui eſt pulcher,[nihil hȝ] nec habere dȝ eoꝝ,[q̃bus ſenectus moleſtatur,]vt nec triſtitiã,nec morbū aliquē,nec mēbroꝝ debilitatem,q̃bus ſenectus cōflictari ſolet.Et cum dixit.[ſine dolore autē]dedit intelligere,vt ſenex ſit aſpectu iocūdus,non ſimpl'r vt iuuenibꝰ,⁊ viris cōuenit,ſed vt ſenē decet.nã ſi ſenex eēt cū dolore triſtitiaq̄ eēt turpis.Facit eni dolor in triſti hoīe turpitudinē,ꝓpter q̃d auteȝ ſenex,qui pulcher eſt,nihil hȝ eoꝝ,q̃bus corpus ſenile moleſtať,ratio eſt,quoniam pulchritudo arguit bonam naturã,atq̄ ſanguinis dn̄iuȝ,quę cauſa eſt,vt nihil habeat corpus,quo moleſtetur.

Robur autē eſt vis q̃dem.mouendi alterum,vt vult.Neceſſe ē autē mouere alteruȝ aut trahēdo,aut pellendo,aut eleuando,aut deiciendo,aut cōterendo.Quare robuſtus aut oībus,aut aliq̃bus hoꝛū eſt robuſtus.

conterendo. συνθλίζον τα concutiendo cōprimēdo.

Cum dixiſſet de pulchritudine,trãſit ad dicēduȝ de robore:vbi ſupponēdo eſt motū,qui vi fit,ſi eſt ſurſuȝ,eſſe eleuationē,ſi deorſuȝ,eē deiectionem,ſi aũt ab alio ad ſe,diciť tractio,ſi a ſe in alterū,dī pulſio.At ſi fuerit ad multas dr̃ias poſitionis,diciť cōteritio,vel concuſſio,vel compſſio.dicit igiť.[Robur autē eſt vis q̃dem mouēdi alterū,vt vult].i.ꝑ arbitrio cuȝ voluerit.ꝑ quę induit facilitatē.Deinde exponit motus,vt colligat definitionē robuſti,⁊ dicit.[Neceſſe eſt autē mouere alterum/aut trahēdo,aut pellēdo,aut eleuãdo,aut deiciendo,aut cōterendo,]tūc facta diuiſiōe motus,concludit definitionē robuſti,⁊ dicit.[Quare robuſtus aut oībꝰ,aut aliq̃bus hoꝝ robuſtus eſt.]Eſt itaq̄ robuſtus,qui oībꝰ,aut pluribꝰ hoꝝ motibꝰ ita mouet,vt vult mouere,vel ita pōt mouere,vt vult mouere.Ex quibus pȝ robuſtū ſupponere ſanitatem,nemo eni eſt robuſtus,qui nō ſit ſanus.Cōtra ꝟo,eſſe pōt,vt aliq̃s ſanus ſit,⁊ non robuſtus.Inſuꝑ pȝ nō poſſe eē robuſtū,qui nō eſt pulcher ſaltē ſm̃ partē,quoniã ſaltē ſm̃ eã partē,q̃ eſt agilitas.Omne eni robuſtū opȝ eē agile,non tñ robuſtum opȝ eſſe pulchrum ſm̃ omnem rationem,quia nō qua pulchrum eſt aſpectu iocundum.

Proceritatis aũt virtus eſt excedere multos ſm̃ lōgitudinem,⁊ ꝓfunditatem,⁊ latitudinem in tanta exuperantia,vt nō fiãt motiones tardiores ꝓpter exceſſum.

exuperantia μεῖζονι magnitudie. Cōmētaᵐ.

Cū de robore dixiſſet,nūc de ꝓceritate dicit.[Proceritatis aũt virtus eſt excedere multos].ſ.hoīes ſuę ſpēi ſm̃ oēm dimēſionē,hoc eſt[ſm̃ lōgitudinē,⁊ ꝓfunditatē,]quę etiã altitudo eſt,[⁊ latitudinē,]nō q̃dē in infinitum,[ſȝ in tãta exuperãtia]vel magnitudie,[vt non fiãt motiones tardiores ꝑꝑ exceſſum].i.vt ꝑꝑ exceſſuȝ nō remittanť motiones corporis,nec imbecilliores fiãt,nec corpus reddať in agile.Sed dices videť ꝑꝑ magnitudinis exceſſuȝ corpus nō reddi in agile ad motiones:imo magis aptuȝ ad motus,q̃ñ in maiore quanto eſt maior virtus,vbi aũt virtus eſt maior,motiōes videnť faciliores,⁊ maiores.Diluiť hęc dubitatio,nã aīę ſunt ſuis corporibꝰ ꝓportiōatę adeo,vt nō ois anima moueat oē corpus,⁊ hoc exponit Egidius nř exemplo ſumpto a motoribꝰ cęleſtibus,q̃ ſunt adeo ꝓportionati ſuis orbibus,vt ſi vna ſtella addereť,motores aut nō mouerēt,aut tardius mouerent.ita quoq̄ humana aīa nō poſſet debito mō mouere corpus quãtūuis magnum,q̃a lȝ ꝓportio aīę ad corpus non ſit pūctualis,tñ eſt finita.Unde cū dicitur in maiore corpore maior eſt virtus,nō intelligiť ſimpl'r,ſed intra ꝓportionis latitudinē,aliter aīa humana poſſet mouere corpꝰ humanuȝ infinitum.De ijs ſatis dictū eſt in libris nãlibus.

Certatiua ꝟo corporis virtus componiť ex proceritate,⁊ robore,⁊ agilitate.Nam ⁊ agilis robuſtus eſt.

agilis ταχύσ velox celer. Cōmētaᵐ.

Cuȝ dixiſſet de ꝓceritate,nūc de certatiua corꝑis virtute,quę ſuꝑius dictę ſunt vires ad certãdū,ſiue ad belluȝ ineūduȝ.vñ Egidius nō ab rōne dicit nūc agere de bonis cōpoſitis,quę ſunt duo.vȝ.v̄tus certatiua,⁊ bona ſenectus,hęc eni bona cōpoſita dicunť,q̃a ad eē eorum req̃runť plura bona.dicit igiť.[Certatiua ꝟo corporis virtus cōponiť].ſ.reſpectu p̄dicatoꝝ,q̃a ad ea p̄dicata fere tria cōcurrunt,quę exponit,⁊ dicit.[Ex ꝓceritate,⁊ robore,⁊ agilitate,]⁊ ita ex pulchritudine pro parte.[naȝ ⁊ agilis robuſtus eſt,]⁊ pro parte pulcher.ḡ tria prędicata req̃rūtur ad hoc,vt aliq̃s dicať certator.

Nam qui poteſt crura modo quodã proijcere,celeriterq̄ mouere,ac ꝓcul,curſor eſt.Qui autē p̄mere,ac detinere,luctator.Qui ꝟo ictu propellere,percuſſor.Qui autē his vtriſq̄,pancratiaſticus.At qui omnibus,quinquertio eſt.

crura σκέλη pedes. premere θλίβειν frangere ſtringere in anguſtū redigere. detinere κατέχειν occupare poſſidere. percuſſor πλῆκτικοσ propulſor. pãcratiaſticꝰ παγκρατιαστικόσ athleta pãcratiator.

Nunc aſſignando cauſam eius,q̃d dixerat,declarat actus ludoꝝ,⁊ noīa eoꝝ,qui ludebãt in arena apud gētiles.Solebant eni antiqui(vt tollerēt mollitiē,atq̄ laſciuiam a iuuenibus)at turpe otiuȝ,nōnullos ludos in arenis,vel in publicis locis cōſtituere,qui liberales dicebanť,q̃a liberis hoībus erãt idonei,⁊ hos Ariſt.enumerat,⁊ dicit.[Nã qui pōt crura]⁊ pedes[mō quodaȝ proijcere].ſ.nō diſtorte,vel inordinate[celeriterq̄ mouere,ac ꝓcul,]⁊ in longū,[curſor eſt,]qui gręce δρομικόσ diciť.Nã lȝ curſor apud Martialē tabellarius dicatur,tñ hic ſignat euȝ q̃ in ludis currit celeriter.Deinde aſſignat ſcōm actū ludi,⁊ nomen luſoris,⁊ dic̃.[Qui autē]poteſt alteruȝ[pręmere].ſ.pede vno,[ac]alio pede illū[detinere,]hic ē[luctator,]gręce παλαιστικόσ,eſt eni luctatio ludus,quo alter alterū nitiť in terraȝ ꝓſternere.[Qui ꝟo ictu ꝓpellere].ſ.alterū,qui ſecum ludit:poteſt.Hic eſt[ꝑcuſſor,]gręce πληκτικόσ,qui ⁊ ꝓpulſor dici pōt latine,fiebat eni apud nos tēporibꝰ p̄teritis ludus,vbi alter pedem in foſſula tenebat,alter ꝟo eleuato altero pede,illū inuadebat vt ꝓpulſaret a foſſula.[Qui aũt his vtriſq̄].ſ.luctatiōe,⁊ ꝓpulſione ſimul mixtis ludebat,hic a gręcis[pancratiaſticus,]dicebať,ſiue pancratiaſtes.nam pãcratiuȝ ludus gymnicus erat apud antiquos q̃nquennio cōſtans,qui ab Ariſt.nunc deſcribiť.apud nos olim ſic fiebat,deſignabatur circu

lus,in quo alter luſoꝛ ſtabat,alter extra, qui ꝯo ex̃,hic aduerſus eũ,qui in circulo ſtabat,currebat,vt e circulo ꝓpelleret ictu,⁊ luctatiõe ꝓſterneret,vnde hic gymnic⁹ ludus pancratiũ dicebat̃,luſoꝛ ꝯo pancratiaſticus,qui apud nõnullos Athleta dici põt.[At qui oib⁹].ſ.his tribus ludis ꝯmixtis ludebat, hic dicebat̃ [quinquertio] grȩce πεντάθλος, iſtar hui⁹ludi apud nos gymnic⁹ ludus erat,i quo ex aduerſo luſoꝛes celeriter currebãt, vt alter alterum e certo ſigno ꝓpulſaret,⁊ vt alter alterũ in terrã ꝓſterneret,⁊ vt alter altero ſignũ citius attingeret.Et hic ludus a grȩcis pentathlon,a latinis ꝯo qnquertiũ dicit̃.apud tñ nõnullos pentathlos dicit̃, q in ludo gymnico qnque modis ſe exercet. vz.diſco,curſu, ſaltu,luctatiõe,⁊ iaculatiõe.veꝝ de ijs ad grãmaticos. Ex his pꝫ qs eſt certatoꝛ,eſt eñi certatoꝛ,nõ ſoluz q ad bellũ aptus eſt,ſed ẽt q in his ludis gymnicis excellit.

¶ Bonitas autem ſenectutis eſt ſeneſcentiȩ tarditas,cum triſtitiȩ abſentia. Neqꝫ enim ſi cito ſeneſcit,bene ſeneſcit,neqꝫ ſi lente quidem,cum triſtitia autem.

Cõmẽta^m. ¶ Nũc de bonitate ſenectutis loqtur,aſſerẽs bonitatez ſenectutis eẽ tarditatẽ ſeneſcẽtiȩ cum indolẽtia.⁊ dicit. [Bonitas autẽ ſenectutis eſt,ſeneſcẽtiȩ tarditas,cũ abſentia triſtitiȩ,]quȩ vno verbo dici põt indolẽtia.Declarat hoc argumẽto ſumpto a ꝯrio,⁊ dicit.[Neqz eniz ſi aliqs cito ſeneſcit,bñ ſeneſcit,]qm̃ cũ ſenectus ſit iter ad moꝛtẽ,q celeriter ꝓficiſcit̃ ad moꝛtẽ,nõ põt bene ſeneſcere,[neqz ſi]aliqs[lente quidẽ]ſeneſcit,[cum triſtitia aũt,]bene ſeneſcit,non eniz eſt bonitas cum doloꝛe atqꝫ triſtitia.bonam ergo ſenectutem reddunt tarditas ſeneſcentiȩ,⁊ letitia animi.

¶ Eſt autez ⁊ a coꝛpoꝛis virtutibus,⁊ a foꝛtuna. Nam qui valitudinarius eſt,⁊ nõ robuſtus,neqꝫ erit paſſionis expers, neqꝫ indolens,neqꝫ lõgeuus. Quare neqꝫ benefoꝛtunatus permanebit.

bñfoꝛtunat⁹ εὐτυχής felix

bonis, qȯ mai⁹, ⁊ min⁹ bonū eſt, aſſignaſſetqȝ ad cogno
ſcēdū hęc loca, atqȝ ꝓpōnes, nūc Ariſto. aſſignare autu
mat Egidius de altero annexo, qȯ eſt poſ̄e, atqȝ ipoſ̄e.
Motus ex ꝟbis Ariſt. q̄ dicit ad poſſe ꝑſuadere. Sed
hoc qȯ Egidius putat nō videtur bn̄ dictū, nam poſ̄e ⁊
impoſ̄e non ꝑſuaſionibus, ſed bonis, ex quibus, ⁊ ad q̄
ꝑſuademus videnť annexa, vt Ariſt. ſuꝑius mōſtrauit.
Et ꝑpea Georgius nō de annexo qȯ eſt poſ̄e ⁊ ipoſ̄e au
tumat Ariſt. nūc ꝑtractare, ſȝ de alio p̄ncipio ꝑſuadēdi
maximo atqȝ firmiſſimo, per quod in genere delibera/
tiuo vnus qs poterit dicere, cum oportuerit, ⁊ ideo nō
ad poſſe perſuadere trāſtulit, ſed ad perſuadēdum: he/
neqȝ ꝯſulēdum, putās Ariſt. nō de eo annexo agere, qȯ
eſt poſ̄e ⁊ impoſ̄e. Nā hęc poti⁹ bonis, ꝑ q̄, ⁊ ad q̄ ꝑſua/
demus annectunť. Et fortaſſe poſ̄e ⁊ ipoſ̄e pn̄t annecti
perſuaſiōib⁹, ⁊ bonis, ꝑ q̄, ⁊ ad q̄ ꝑſuadem⁹, p̄us egit de
poſſibili, atqȝ ipoſ̄i, vt annectunť bonis, ad q̄, ⁊ ꝑ q̄ per
ſuademus, nūc agit de poſ̄i ⁊ ipoſ̄i, vt annectūtur ipſis
perſuaſionib⁹. ⁊ ideo ꝓponēs ſuā intētionē dic̄. ⌊Ma/
ximuȝ aūt oium ⌋.ſ. p̄ncipioꝝ, ⌊⁊ p̄ncipaliſſimuȝ ⌋.ſ. p̄n[m]
⌊ad poſſe ꝑſuadere, ⁊ ⌋ad poſſe ⌊bn̄ cōſulere, eſt ⌋πολι/
τείας .i. ciuiles vitas, qb⁹ ciues viuūt ſub regimine ci/
uili ⌊oēs accipere, ⁊ quę ⌋ἔθη .i. ⌊cōſuetudines, ⌋atqȝ mo
res, ⌊⁊ q̄ ⌋legalia, vel leges, ⌊quęue vtilia vnicuiqȝ ⌋vitę
ciuili ⌊ſint diſtinguere ⌋dixit ⌊vitas ciuiles oēs, ⌋tāq̄ȝ fi/
nes, quęcūqȝ eniȝ agunt ciues, agunt gr̄a viuendi ciuili/
ter. Cum eniȝ finis imponat neceſſitateȝ ijs, quę ſunt ad
finem, contionator ſi voluerit ſcire vtruȝ per huiuſmo
di poſſit perſuadere huic ciuitati, vel non, oportet eum
ſcire finem eius, quia ꝟo ſ̄m diuerſas ſpecies vitę ciui/
lis ſunt diuerſi fines, ideo eum oportet accipere vnam/
quāqȝ vitam ciuilem, nam ſic p̄cognoſcet fineȝ. Quare
duo erunt neceſſaria contionatori ad hoc, vt perſuade/
re poſſit ciuibus pro conſeruatione vitę ſuę ciuilis, pri
muȝ eſt ex ꝑte finis, ⁊ eſt cognoſcere, qua ſpecie ciuilis
vitę viuāt, ſcd̄m ex parte eoꝝ, quę ſunt ad finē, ⁊ eſt co
gnoſcere, atqȝ diſtnguere cōſuetudines, quę ſunt velut
non ſcriptę leges, ⁊ legalia, quę ſunt ſcriptę leges: ⁊ vti/
lia, quę de nouo poſſunt emergere ad melius ꝯſeruādā
vitam ciuilem, qua viuunt ciues. primum quideȝ eſt ne
ceſſarium, q̄a imponit neceſſitatē ijs, quę ſunt ad fineȝ,
ali⁹ eni ⁊ ali⁹ finis, vt ſeruet, expoſcit alia, atqȝ alia me/
dia ad finē. 2[m] ꝟo eſt nec̄ium, q̄a non eadē media ſunt

ad oēm finē, quę vita ciuilis eſt. nam alijs ↄſuetudinibus, ⁊ legibus, ⁊ vtilibus ſeruaꝉ vna ciuilis vita, ⁊ alijs alia: igiꝉ vt contionatoꝛ poſſit ꝑſuadere pꝛo ↄſeruatione alicuius vitę ciuilis, opꝫ ſcire, quę ſpēs vitę ciuilis ipſa ſit, ⁊ quibus moꝛibus, legibus, ⁊ vtilibus ſeruetur. Quare p̄ncipium maximū atqꝫ pꝛincipaliſſimū ad huiuſmodi perſuaſiones conſiſtit in his duobus.

℄ Nam omnes ab vtili ꝑſuadentur, qm̄ vtile eſt, quod ſeruat ciuitatem.

Cōmētam. ℄ Cum dixiſſet duo eſſe neceſſaria cōtionatoꝛi ad h, vt poſſit ꝑſuadere in deliberationib⁹ ciuitatis, ⁊ ſcire vtilia, q̄bus ſeruaꝉ vita ciuilis, ↄſequēterq̈ dānoſa, q̄bus deſtruiꝉ, ⁊ ſcire ſpēm vitę, qua ciuitas viuit: nunc declarat hęc duo eſſe neceſſaria, ⁊ p̄ declarat neceſſitatē vtilium, ⁊ dicit. ⌊Naꝫ oēs ab vtili ꝑſuadenꝉ, qm̄ vtile eſt, qđ ſeruat ciuitatē, ⌋ ⁊ vitā ciuilē. igiꝉ opꝫ cōtionatoꝛē, q̄ vult ↄſulere in deliberationib⁹ ciuilib⁹ ſcire vtilia oīa, quibus ſeruaꝉ vita ciuilis, ⁊ dānoſa, quibus deſtruiꝉ, ſic enim poterit docere fugibilia, ⁊ ꝓſequibilia. hęc de pꝛimo. ⁊ per vtilia intellexit omnia. ſ. conſuetudines, ⁊ leges, ⁊ vtilia, quę poſſent de nouo emergere. vno eniꝫ nomine appellauit omnia.

℄ Inſuper pꝛincipalis quideꝫ enuntiatio eſt de pꝛincipatu. pꝛincipatus vero diuiduntur ēt ſ̄m vitas ciuiles. quot enim vitę ciuiles, tot ⁊ pꝛincipatus ſunt.

Cōmētam. ℄ Nunc oſtendit neceſſitatē ſcđi. ſ. ꝙ ſit ↄtionatoꝛi neceſſarium ſcire quot ſint vitę ciuiles, atqꝫ ſpēm vitę ciuilis, ad hoc, vt poſſit dicere in deliberationib⁹ ciuilibus. cā aūt qꝛ p̄ncipalis ſermo ſemꝑ eſt de ↄſeruatione p̄ncipatus. i. eius, qui pꝛincipaꝉ. accepit eniꝫ pꝛincipatū pꝛo pꝛincipe. At pꝛincipatus ſeruari nō p̄ōt, niſi ſciatur quot ſint, naꝫ ſic ſciꝉ ſpēs pꝛincipatus ſeruāda. At quot ſint p̄ncipatus ſciri nō p̄ōt, niſi vitę ciuiles ſcianꝉ, quot ſint. igiꝉ neceſſariū eſt ſcire vitas ciuiles per gn̄a ⁊ ſpēs quot ſint: dicit. ⌊Inſuꝑ p̄ncipalis quidē enūtiatio⌋. i. ſermo ⌊ſemꝑ⌋ in ciuilib⁹ deliberationibus eſt ⌊de p̄ncipatu⌋ ſub quo viuūt ciues. ⌊pꝛincipatus v̄o diuidunꝉ ſ̄m vitas ciuiles.⌋ nā ſi vita ciuilis eſt tyrānica, pꝛincipatus eſt tyrānis. ſi vita ciuilis eſt regia, p̄ncipatus eſt regnū. ⁊ aſſignat cām, ⁊ dicit, ⌊quot enim vitę ciuiles, tot ⁊ p̄ncipatus ſunt.⌋ igiꝉ cōtionatoꝛi vt poſſit dicere in deliberationib⁹ ciuilib⁹, neceſſariū eſt ſcire, quot ſunt vitę ciuiles, ſic eniꝫ ꝑcognoſcet ſpēm pꝛincipatus, ⁊ ciuilis vitę, ad cuius ↄſeruationem cōtionaꝉ. pꝫ igiꝉ hęc duo. ſ. ⁊ vtilia, ⁊ quot ſint vitę ciuiles, eſſe neceſſariū ↄtionatoꝛi ꝑcognoſcere: vt poſſit dicē in ciuilib⁹ deliberatiōib⁹.

℄ At vitę ciuiles ſunt q̄tuoꝛ popularis ſtatus, paucoꝝ potentia, optimatum ſtatus, ⁊ vnius pꝛincipatus. Quare qđ pꝛincipatur, ac iudicat has, erit vtiqꝫ vel pars aliqua harum, vel ipſa tota.

Cōmētam. ℄ Cum accepiſſet tot eſſe p̄ncipatus, quot ſunt vitę ciuiles, nūc accipit, ⁊ exponit numeꝝ vitaꝝ ciuiliū, vt concludaꝉ numer⁹ p̄ncipatuū, ⁊ dicit. ⌊At vitę ciuiles ſunt q̄tuoꝛ, ⌋ δημοκρατια idest ⌊popularis ſtat⁹, ⌋ ὀλιγαρχια, idest ⌊paucoꝝ potētia, ⌋ ἀριστοκρατια idest ⌊optimatū ſtatus, ⁊⌋ μοναρχια idest ⌊vnius pꝛincipatus.⌋ igiꝉ pꝛincipatus, ⁊ pꝛincipes q̄tuoꝛ ſunt. Suꝑius enim p̄ncipatū pꝛo pꝛincipe, hic pꝛo ciuili vita accepit. Tūc obiter, atqꝫ p̄ter ↄcluſionē pꝛincipaleꝫ cōcludit: ⌊quare qđ pꝛincipaꝉ, ac iudicat has⌋. ſ. quatuoꝛ ciuiles vitas, ⌊erit vtiqꝫ vel pars aliqua haꝝ, vel erit ipſa tota⌋ vita ciuilis virtute, ⁊ perfectione. ⁊ vtrūqꝫ eſt verū. nā pꝛinceps eſt pars ſuę ciuilis vitę, qm̄ ipſe eſt vna perſona ciuilis, quę viuit ſ̄m illam, ⁊ eſt tota vita ciuilis virtute, ⁊ oꝛdine.

℄ Eſt autem popularis ſtatus in quo ſoꝛtes magiſtratus diſtribuunt. magiſtratus ἀρχας pꝛincipatꝰ.

Cōmētam. ℄ Cum accepiſſet quatuoꝛ eſſe ciuiles vitas. vꝫ. popularem ſtatū, paucoꝝ potentiā, optimatū ſtatū, ⁊ vni⁹ p̄ncipatū, nunc ꝑ oꝛdinē exponit vnāquāqꝫ ciuilē vitam, naꝫ ex declaratione hm̄oi patebit p̄nceps in vnaquaqꝫ harū. ⁊ p̄ exponit popularē ſtatum, ⁊ dicit. ⌊Eſt aūt popularis ſtatus, ⌋ (q̄ eſt vna ſpēs ciuilis vitę,) ⌊i quo ſoꝛtes magiſtratus diſtribuūt.⌋ Cum enim in hm̄oi ciuili vita vniuerſus populus dn̄etur, ⁊ generatim vnuſquis vult eē libere atq̈ quodāmodo alteri ęqualis, ideo in ea honoꝛes, atq̈ magiſtratus pariter diuidūtur: ⁊ hoc faciunt ſoꝛtes.

℄ Paucoꝛum v̄o potentia, in qua, qui a cenſu pꝛęualent.

Cōmētam. ℄ Nunc exponit paucoꝝ potentiā, ⁊ dicit. ⌊Paucoꝛuꝫ v̄o potētia, ⌋ q̄ eſt vna alia ſpēs vitę ciuilis, eſt, ⌊in qua p̄ualēt, qui a cenſu, ⌋ ⁊ diuitijs, ⁊ honoꝛib⁹ ſunt alijs maioꝛes. textus aūt gręcus caret hoc verbo ⌊pꝛęualent, ⌋ ſꝫ ſupplendū eſt. nam in hm̄oi vita ciuili domināꝉur diuites, quibus potiſſimum exhibetur honoꝛ.

℄ Optimatuꝫ aūt ſtatus, in quo, qui ſ̄m eruditionē. Eruditionē auteꝫ dico eam, quę in lege poſita eſt. nam qui permāſerint in legibus, in optimatum ſtatu pꝛincipanꝉ. neceſſe eſt autē hos videri optimos, vnde ⁊ nomē hoc acceperunt.

Cōmētam. ℄ Nunc exponit optimatū ſtatū, qui eſt tertia ciuilis vitę ſpēs, ⁊ dicit. ⌊Optimatū aūt ſtatus⌋ eſt, ⌊in quo⌋ pꝛincipanꝉ, ⌊qui ſ̄m eruditionē ſunt, ⌋ ⁊ qm̄ eruditio p̄ōt eē multiplex in ſpeculatiuis, ⁊ in alijs, exponit q̄d ipſe intelligat ꝑ eruditionē, ⁊ dicit, ⌊eruditioneꝫ aūt dico, ⌋ nō in ſpeculabilibus, nec in mechanicis, ſed ⌊eaꝫ, q̄ in lege poſita eſt.⌋ ⁊ ſic eruditi in legibus pꝛincipanꝉ in hm̄oi ſtatu. nō tn̄ ſic eruditi, vt ſciant ſolū leges, ⁊ non viuant ſ̄m leges, ſed eruditione, ⁊ vita legales, ⌊nā qui⌋ ſic eruditione ⁊ vita ⌊ꝑmāſerint in legibus, in optimatū ſtatu pꝛincipanꝉ.⌋ nō aūt qui hodie legulei ſunt, qui nec eruditione, nec vita ſunt legales, ſed legū cōfuſione, ⁊ rapinis, ſunt legales. ⁊ tn̄ dominanꝉ. ꝓbat aūt hos eſſe optimos a nominis interpꝛetatione, ⁊ dicit, ⌊neceſſe eſt aūt hos videri, ⌋ ⁊ eſſe optimos, videri eniꝫ pꝛo eē accepit. ⌊vnde⌋. ſ. ab eſſe optimo, ⌊⁊ nomē h⌋. ſ. ἀριστοκρατια, ⌊acceperunt.⌋ dicti enim ſunt ſtatus optimoꝝ, qꝛ optimi ſunt: qui pꝛęſunt. ſunt enim in legibus eruditi, ⁊ viuentes ſ̄m leges.

℄ Vnius autē pꝛincipatus ſ̄m nomen eſt, in qua vnus omniū pꝛinceps eſt, harum autē, quę quidē ſ̄m oꝛdinē quendaꝫ eſt, regnum. inoꝛdinata autem, dominatio eſt. inoꝛdinata ἀοριστος indeterminata. dominatio τυραννις tyrannis.

℄ Nunc exponit vnius p̄ncipatū, quę dī μοναρχια, ⁊ illius diuiſionē affert, ⁊ dicit ⌊Vnius aūt p̄ncipat⁹ ſ̄m nomē eſt, in qua vnus oīuꝫ pꝛinceps eſt, haꝝ aūt⌋ vitarū ciuiliū, in qua vnus eſt pꝛinceps, ⌊quę q̄dē ſ̄m oꝛdineꝫ quēdā eſt, regnū. inoꝛdinata aūt, dn̄atio eſt.⌋ regnū enim eſt ſ̄m debitū oꝛdinē. Tyrannis aūt. i. dn̄atio ca-

ret tali ordine debito.naȝ,qui dn̄at,pro appetitu dn̄atᷣ. nec putaueris has quatuor ſolas eſſe ciuiles vitas, qm̄ (vt Plato aſſerit) ſunt alię plurimę, quę reſultant ex mixtione harū.Ariſt.enim enumerauit quatuor ſimplices,attamē ſi has cōpoſueris, longe plures facies ciuiles vitas:vt poſtea dicemus.

¶ Fineȝ vtiqȝ vniuſcuiuſqȝ vitę ciuilis non opȝ latere. nam ea eligunt,quę ſunt ad finē. popularis ergo ſtatus quidē finis, libertas. paucorum ꝟo potentię, diuitię. optimatuȝ auteȝ ſtatus,quę ad eruditionem, ⁊ legalia. dominatio ꝟo cuſtodia.

Cōmētaᵐ. ¶ Cum dixiſſet eos,qui volunt bene cōſulere,oportere fines vitaꝝ ciuiliū p̄cognoſcere nūc aſſignat finem cuiuſqȝ ciuilis vitę,⁊ p̄ repetit qđ ſuperius dixit, ⁊ cauſaȝ eius,qđ dixit,⁊ dicit. [Finē vtiqȝ vniuſcuiuſqȝ vitę ciuilis,nō opȝ latere.nam]ꝑꝑ finē[ea eligūt, quę ſunt ad finem.]queādmodū enim nāle agēs diſponit mā̄ȝ ſm exigentiā finis,ſic cōtionator in ciuilibus deliberationibus ꝯſiliatᷣ ſm exigentiā finis. igitᷣ opȝ p̄cognoſcere finē.Tunc ꝑ ordinē exponit fines,⁊ dicit, [popularis ergo ſtatus finis,libertas eſt.] nam in hmōi ciuili vita vnuſquis vult eſſe par alteri. Quare libertas erit finis in hmōi ciuili vita.[paucoꝝ ꝟo potētię,]finis ſunt[diuitię.]nā in h̄ ſtatu dominantᷣ diuites ꝑꝑ diuitias ⁊ potētiā.igitᷣ finis ponēdus eſt in diuitijs,per quas permanēt in ſtatu.nihil eniȝ aliud intēdūt principātes,niſi id ꝑ qđ ſe ſeruēt in dn̄io. ⁊ qa diuitię ſunt, ꝑ quas diuites ſe ſeruant in ſtatu,iđ diuitię ſunt finis. [optimatū autē ſtatus]finis ſunt ea,[quę]ſpectant[ad eruditionē, ⁊ ad legalia].i.vt ipſi ⁊ ciues ſint in legibus eruditi,⁊ vt eruditi in legibus,ita viuāt ſm legalia.hoc pacto finis horū optimus eſt.nā viuere ſm legū eruditionē optimuȝ eſt.[dn̄atio ꝟo]finis eſt[cuſtodia].ſ. corporis,⁊ ſuorū cōmodoꝝ.Tyrānus enim q dn̄s dr̄ non expetit ſubditoꝝ bonū,ſed ꝓpriū.ideo finis eſt ſalus corpis, ⁊ oiuȝ

Dubitatio. ſuoꝝ cōmodoꝝ,qbus ipſe,⁊ ſui ſeruentᷣ. ¶ Sȝ dupl'r dubitabis p̊,qꝛ Ariſt. in ethicis, ⁊ politicis enumerauit ſex vitas ciuiles,tres quidē ordiatas atqȝ rectas.vȝ.regnū,optimatū ſtatū,⁊ honorabiliū populariū principatū,quę thimocratiā appellat.tres ꝟo inordinatas,atqȝ indeterminatas.vȝ.tyrānē,quę dn̄atio dici pōt,paucorū potentiā,⁊ popularē p̄ncipatuȝ : ⁊ ſic ſunt ſex. ¶ 2° dubitabis qꝛ Plato ꝯponēdo has īter ſe adhuc plures his enumerauit. Dicendū Ari. voluiſſe eſſe q̄tuor,non ſimpl'r,ſed in ordine ad fines.nam popularis ſtatus,in quo oēs ſorte dn̄antᷣ,⁊ popularis ſtatus honorabiliuȝ, in quo ſorte honorabiles populares dn̄antᷣ, ad vnum finē tendūt.vȝ.ad libertatē ſeruandaȝ.⁊ ꝑꝑea has duas dn̄ationes pro vna enumerauit,regnū aūt enumerauit, finē ꝟo regni nō ꝓſecutus eſt,qm̄ finis regni, ⁊ ſtatus optimatus eſt vnus.ſ.vt hoies erudiantᷣ in legibꝰ,⁊ viuant ſm illas.Quare q̄tuor fines enumerans,q̄tuor ꝓſecutus eſt ciuiles vitas. Plato aūt enumerauit plures non attēdēs ſimplices fines,ſed mixtos.Eſt eniȝ aliqs princeps,qui eſt partiȝ tyrrānus,partiȝ ꝟo rex: iđ vita ſubditoꝝ ciuilis mixta eſt. Inſuper eſt aliqs principatus,in quo ciues viuūt partiȝ thimocratice,ꝑtiȝ democratice,vt Veneti.pn̄t ēt alię cōpoſitiones fieri,ſȝ Ari. q̄tuor pro numero finiū enumerauit in p̄ſenti loco.

¶ Patet igitur ea eſſe diuidēdū, quę ad finē cuiuſqȝ ſunt. vȝ.cōſuetudines, legalia, ⁊ vtilia. ſiquidem ad hunc referentes eligunt.

Cōmētaᵐ. ¶ Ex his,q̄ dixit colligit locū vnum vl'eȝ,ꝑ quē poterit cōtionator dicere in ciuilibꝰ deliberationis,cuius ꝓpōnē affert,⁊ dicit.[Patet igitᷣ ea eſſe diuidendū,]⁊ ſeorſuȝ p̄cognoſcēdū,[q̄ ad finē cuiuſqȝ]vitę ciuilis [ſunt, vȝ.ꝯſuetudines,legalia,⁊ vtilia,]cuius rōnē affert,⁊ dicit,ſiqdē[ad hūc].ſ.finē[referentes eligunt]hęc q̄ dicta ſunt.Quare loca ⁊ elemēta oia colligēda ſunt in ordine ad fines.nam ⁊ oia neceſſariū eſt p̄cognoſcere ei,qui vult in ciuilibꝰ deliberationibꝰ,q̄ ſeruāt fines.ſic enim vita ciuilis ſeruabitᷣ.ſeruantᷣ autē vel deſtruuntᷣ hmōi fines a moribꝰ,a cōmodis,quę ſunt cuiqȝ fini,a legibꝰ. deſtruuntᷣ ꝟo a dānoſis,quę ſunt his contraria.

¶ Qm̄ autē non ſolum ꝑſuaſiones fiunt per demonſtratiuā orationē,ſed ēt per moraleȝ (eo eniȝ quo apparet qualis quidā hic,q dicit)credimus. hoc autē eſt,ſi bonus videatᷣ, aut beneuolus,aut vterqȝ.

Cōmētaᵐ. ¶ Nunc ſpeciatiȝ tāgit loca ꝑſuadendi, quoꝝ primum ſumit a moribꝰ dicētis,⁊ dicit.[Qm̄ aūt non ſolū ꝑſuaſiones fiunt ꝑ demōſtratiuā oōnē,]quę accipitur a locis,⁊ ꝓpoſitionibꝰ formādo enthymemata, ⁊ alias rhetoricas rōnes,[ſȝ ēt per moralē]h̄ eſt,ſed ēt per moratā orationē,qđ ꝓbat ⁊ dicit,[eteniȝ quo apparet qualis quidā,qui dicit credimus.]exponit verbū qualis qdaȝ, ⁊ dicit[hoc aūt].ſ.q̄lis quidaȝ[eſt,ſi bonus videatᷣ,aut beneuolus aut vterqȝ.]verba ſunt ſuſpēſiua, ⁊ eſt ſupplendum,ideo ſcire opȝ mores,quibus orator dȝ videri bonus, vel beneuolus , vel vterqȝ : de quibus poſterius dicemus.Quid ꝟo ſit morata oratio , quidue affecta,⁊ quid ſit accōmodata,2° huius declarabitur.

¶ Oportebit etiā cuiuſqȝ vitę ciuilis mores nos habere.mores enim cuiuſqȝ neceſſario maxime perſuadebunt,ſi ad vnāquāqȝ fuerint.Hi aūt ex eiſdem accipientᷣ.ex electione enim mores perſpicui ſunt. electio auteȝ ad finem refertur.

Cōmētaᵐ. ¶ Nūc aſſignat ſcđm locū,qui accipitᷣ a cognitione morum ciuitatis,⁊ docet nos ꝑſuadere in deliberationibꝰ ciuilibus ꝑ accōmodatā oōnē.Tunc enim ꝑ accōmodatā orationē ꝑſuadet orator(vt dicetᷣ 2° huius)cū ſumit argumentū ab ijs,q̄ accōmodantᷣ moribus ꝑſonę, cui ꝑſuadet.vt ſi volumꝰ ꝑſuadere ſeni,vt aliqd faciat, accipimus argumētū ab vtili.naȝ ſenes ſunt auari,atqȝ vtilitatis amatores. ⁊ dicit.[Oportebit ēt cuiuſqȝ vitę ciuilis mores nos hr̄e,]atqȝ p̄cognoſcere ſi volumus ciuibus ꝑſuadere in deliberationibus ciuilibꝰ. cuius rōnē aſſignat,⁊ dicit.[mores enim cuiuſqȝ maxime ꝑſuadebūt,ſi ad vnāquāqȝ]ciuilē vitā[fuerint]accōmodati.i.ſi orator acceperit argumentū ab ijs moribꝰ, q ſunt vitę ciuili accōmodati.Sumpſit eniȝ mores pro argumētis,q̄ accipiuntᷣ a moribus , q̄ſi dicat argumēta eniȝ cuiuſqȝ oratoris maxime ꝑſuadebūt,ſi ſumentᷣ a moribus,q accōmodantᷣ cuiqȝ ciuili vitę.ex quo vult hr̄e eē neceſſariuȝ oratori ciuili p̄cognoſcere mores vitę ciuilis.deinde docet accipe mores ciuitatis,vl' vitę ciuilis. ⁊ dicit,[hi aūt].ſ.mores cuiqȝ vitę ciuili ꝓprij,[ex eiſdē accipientᷣ,]ſubaudi ex qbus,finis ſeruatᷣ,ſeruatᷣ aūt ex ꝯſuetudinibꝰ,⁊ legibus,⁊ ex vtilibus. igitᷣ ex eis cognoſcuntᷣ mores.⁊ aſſignat cām ⁊ dicit, [ex electione eniȝ] ciuiū,q̄ eligunt agere ſua ciuilia, [mores ꝑſpicui ſunt.] non enim eſt actio moralis,niſi ſit ab electione,⁊ habitu.[electio aūt]eſt eoꝝ,q̄[ad finē referuntᷣ.]igitᷣ ex his

mores colliguntᷣ,q̄ ſunt ad finē. Aut clarius docet mores cognoſcere ex cognitione finis,ꝛ h̄ dicit,[hi autē] ſ.mores[ex eiſdē].ſ.finibus[accipientᷣ:]ex q̄bus diſtinguuntᷣ vitę ciuiles.deinde probat,qꝛ ex cognitione electionū,q̄bus agere eligunt,cognoſcuntᷣ mores. ſed electiones cognoſcuntᷣ ex cognitione finiū. igitᷣ ex cognitione finiū,mores cognoſcuntᷣ.dicit,[ex electione eni] idest ex cognitiōe electionū[mores pſpicui ſunt.] Qui enim cognoſcit electionē in agēdis alicuius, cognoſcit mores illius. vt qm̄ phidia eligebat pro maiore parte vitę pingere, iō cognoſcitᷣ eius mos ꝙ ſit in pingēdo. [electio aūt].i.cognitio electionis[ad finē refertᷣ.] igitᷣ cognito fini vitę ciuilis,cognoſcentur mores vitę ciuilis.Quare mores vitę ciuilis cognoſcuntᷣ ex eiſdē.ſ. finib⁹,ex q̄b⁹ cognoſcuntᷣ atq̧ diſtinguuntᷣ vitę ciuiles.

Quę igitur opꝫ expetere eos,qui hortantᷣ quaſi futura,aut p̄ntia, ꝛ ex quibus de vtili pſuaſiones ſumere, ad hęc de morib⁹ ꝛ inſtitutis ciuilibus,quibus,ꝛ quo pacto poterimus,quantū pręſenti oportunitati idoneū erat,diximus.nam diligentius de his in politicis dictum eſt.

Cōmētaᵐ. Epilogat,ꝛ dicit.[Quę igitᷣ opꝫ expetere eos,qui hortantᷣ quaſi futura,aut p̄ſentia.] dixit q̄ſi futura,qm̄ non ſemp futura ad q̄ orator hortatᷣ,veniunt,ſed ſunt pſuaſiones ad futura,quaſi eſſent futura ꝛ vētura. [aut pręſentia,ꝛ ex quibus de vtili] ſubaudi ꝛ de bono ſimplr [opꝫ pſuaſiones ſumere]ſubaudi dictum eſt antea,[ad hęc]poſtea in pximo capite eſt dictū[de morib⁹ ꝛ inſtitutis ciuilib⁹,q̄bus ꝛ quo pacto poterimus].ſ. pſuaſiones accipe ad dicenduꝫ in ciuilibus deliberationibus: [quātū p̄nti oportunitati idoneū erat,diximus, nā diligētius de his i politicis dc̄m̄ eſt.] ¶ Quo ꝯo ad verba attinet,verbū[poterimus,]gręce ē ευπορησωμεν, ꝛ ſi transfertur abūdabimus,ſubaudiendū perſuaſionib⁹. ſi aūt transferatᷣ poterimus,ſubaudiendū.ſ.pſuaſiones accipere.hęc de genere deliberatiuo.

DE HIS, DE QVIBVS DEMONSTRATIONES FIVNT, ET DE GENERE DEMONSTRATIVO: DEQVE HONESTO, AC LAVDABILI.

Poſt hęc aūt de virtute,ꝛ vitio,deqꝫ honeſto ꝛ turpi dicamus.hi eniꝫ fines ſunt ei, qui laudat,atqꝫ vituperat.

fines σκοποὶ intentiones.

Cōmētaᵐ. Cum egiſſet de ijs,de quibus fiunt deliberationes,ꝛ de locis,ꝛ ꝓpōnibus,e q̄bus ſumuntᷣ argumēta ad dicēdum in deliberationib⁹.nā dixit de fęlicitate,ꝛ fine deliberantiū,inſup de bono,ꝛ vtili. de maiore ac minore bono,vel malo,ꝛ de poſſibili de numero ciuiliuꝫ vitarū,ꝛ de finibus earꝫ,nūc de honeſto ꝛ turpi,de laudabili,ac vituperabili,ex q̄bus loca,ꝛ ꝓpōnes ſumuntᷣ,quę ad genus demōſtratiuū ptinent,vult dicere.ꝛ p̊ ꝯtinuādo ſe ad ea,q̄ dixit, ꝓponit ea,q̄ vult ptractare,ꝛ dicit. [Poſt hęc aūt,]q̄ diximus de ijs, quę ſpectāt ad genus d̄liberatiuū,[de virtute,ꝛ vitio deq̧ honeſto,ꝛ turpi,] ex q̄bus ſumuntᷣ loca,ꝛ ꝓpōnes,q̄ ſpectāt ad genus demōſtratiuū,[dicamus.hi enim]σκοποὶ.i.[fines,] ſiue intentiones[ſunt ei,q laudat atqꝫ vituperat.]nā ex his accipiuntᷣ loca ꝛ ꝓpōnes ad dicendū de laude,ꝛ vituperatione,hęc de intentione,ꝛ cauſa intentionis.

Cōtinget ēt,ſi de his dixerimus, illa ſimul aperire, ex quibus quales quidā ſm̄ moreꝫ putabimur,qđ quidem erat ſecūda fides.ex eiſdem enim ꝛ nos ꝛ alium fide dignuꝫ ad virtutem facere poterimus.

Cōmētaᵐ. Cum ꝓpoſuiſſet ptractare de virtute ꝛ vitio,ꝛ de honeſto ꝛ turpi,nūc oſtēdit vtilitatē ꝓpoſitę intentionis, ꝛ dicit.[Cōtinget ēt ſi de his].ſ.virtute ꝛ vitio, ꝛ de honeſto,ꝛ turpi[dixerimus, illa].ſ.loca [ſimul aperire,] atqꝫ manifeſtare,[ex q̄bus quales quidā ſm̄ moreꝫ].i. ex q̄bus moribus ac virtutib⁹affecti[putabimur].ſ. ab audiētib⁹, [qđ quidē erat ſcđa fides].i.ſcđs modus faciēdi fidē in audiētib⁹.nā orator pſuadere pōt ex parte rei p argumēta,ex parte dicētis pp mores,q̄bus orator ſe oſtēdit virū bonū.ex parte audiētis,aut inducēdo ipſuꝫ ad effectus, q̄bus pturbetᷣ mens. aut accōmodādo verba ad gradū,atq̧ ꝯditionē audiētis,vt ēt mēs occupata neſciat aliter iudicare q̄ꝫ audierit. recte igitᷣ Ariſt. dixit,[qđ quidē erat ſcđa fides.]qꝛ ſcđs modus pſuadēdi eſt p orōnē moratā.ꝛ aſſignat cām,ꝛ dicit,[ex eiſdeꝫ enim].ſ.locis morū,[ꝛ nos, ꝛ aliū fide dignū ad virtutem].i.ad opinionē virtutis[facere poterimus.] erit igitur vtilitas hęc nō parua.qm̄ ex his,quę ptractaturi ſumus nō mō ſcierim⁹ laudare,atqꝫ vituperare alios(qđ ptinet ad genus demōſtratiuū)verū etiā poterimus de nobis ꝛ de alijs virtutis opinionē facere.naꝫ viris ſtudioſis,bonis,atqꝫ morigeratis ſumma fides adhibetᷣ.

Qm̄ aūt accidit ꝛ ſine ſtudio, ꝛ cum ſtudio laudare ſępe non ſoluꝫ hoīem, aut deū, ſed ēt inaīata, aliorūqꝫ aīalium q̄libet, de his quoqꝫ ꝓpoſitiones eodē modo accipiēdę ſunt. Quare aliquantulū exempli gratia dicamus, ꝛ de his.

Cōmētaᵐ. Cum aſſignaſſet vtilitatē ſupradictę intētionis,nunc vult aſſignare neceſſitatē,ꝛ dicit. [Qm̄ āt accidit ꝛ ſine ſtudio].ſ.temere quaſi ioco,[ꝛ cū ſtudio,]ꝛ attentione, q̄ fit a ꝓpoſito quaſi ſerio,vel aliter.[Qm̄ aūt accidit ꝛ ſine ſtudio].ſ.dicēdo,vt venerit in buccā, ſicuti pleriqꝫ faciūt[ꝛ cū ſtudio].ſ.meditādo p nos,ꝛ vidēdo auctores,q de ſilibus dixerūt, eos.vꝫ.imitādo[laudare ſępe nō ſolū hoīeꝫ,aut deū,ſed ēt inanimata,aliorūq̧ aīaliū q̄libet,]iō ſubaudi neceſſaria erit ars,per quā[de his quoq̧ ꝓpōnes eodē mō accipiēdę ſunt,] vt ſumpſim⁹ in deliberationib⁹.eſt eniꝫ ars recta rō agendorꝫ, iō cū dicere poſſit orator de laude ꝛ vitupatione bene, ꝛ nō bene.temere,ꝛ a ꝓpoſito,erit neceſſaria ars,qua dirigatur ad bene dicēduꝫ.ꝛ ſic opꝫ accipe artē,p quā formemus ꝓpōneꝫ eodē mō in h̄ dicēdi gn̄e,vt formate ſunt in genere deliberatiuo.Hęc de neceſſitate ꝓpoſitę intētionis.Tūc cōcludit q̄uo de his vult dicere, ꝛ ait,[q̄re aliquātulū exēpli gr̄a dicamus,ꝛ de his,]e quibus accipiuntᷣ elemēta,ꝛ ꝓpōnes ad dicendū in gn̄e demōſtratiuo,dixit[aliquantuluꝫ exēpli gr̄a,]qꝛ diligēter de his dixit in libris ethicorꝫ. hic autem aliquantulū per modum exēpli dicet,ꝛ tantuꝫ,quantum ſufficit pro locis,ꝛ propoſitionibus ſumendis.

Honeſtuꝫ igitur eſt quod cum bonum ſit vtiqꝫ iocundū eſt,quia bonum.

Cōmētaᵐ. Cū accepiſſet intētionē,ꝛ vtilitatē,ꝛ neceſſitatē intentionis,nūc ꝓſequēdo more boni mathematici pręaccipit definitionē honeſti. Cā aūt,qm̄,vt diximus,qui laudat,ab honeſto laudat,ꝛ q vitupat, ab turpi vituperat. ꝛ dicit.[Honeſtū igitᷣ eſt,qđ(cū bonum ſit vtiqꝫ)iocū

dum eſt,qꝛ bonū,⌋cur vero addidit,qꝛ bonuꝫ exponamus. Nā malū aliqñ iocūdū eſt,non tñ qꝛ malū,nec qꝛ eſt bonū,ſed qꝛ hñs appetitū corruptū,malū bonū eſſe putat. At honeſtū iocundū eſt,non niſi qꝛ bonuꝫ eſt,nō aūt pp appetitus corruptionē. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet,in trāſlationibus veterib⁹ inuenit̃ vna alia definitio,que eſt,⌊ honeſtū eſt qđcūqꝫ pp ſe eligibile exiſtēs, laudabile eſt,⌋q̄ non inuenit̃ in codicibus gręcis nr̃is, nec ēt in illis,quos habebat Georgius.puto ēt ſupfluaꝫ eſſe.qm̄ ſatis deſcribitur per illam,quaꝫ nos habemus. Egidius tamen eam exponit ſatis dilucide.

¶ Qꝛ ſi hoc eſt honeſtū,neceſſe eſt virtutē eē honeſtū.nam cū ſit bonum,eſt laudabile.

Cōmētam. ¶ Ex definitione ꝯcludit,ꝛ facit poſtulationeꝫ , ꝛ dicit. ⌊Qꝛ ſi h̃ eſt honeſtū⌋.ſ.iocundū,qꝛ bonū,⌊neceſſe ē virtutē eſſe honeſtū,⌋cuius cāꝫ dicit, ⌊ nā cum⌋virtus ipſa ⌊ſit bonū,⌋eſt ſubaudi iocundū quippiaꝫ ac laudabile. Quare cū virtutes ſint iocūdę,qꝛ bonę,iō pro poſtulatione accipiat̃ virtutes eē quędā honeſta,bona, ac laudabilia.alia aūt q̄ ſunt iocūda,nō qꝛ bona,ſed pp alias cās,nō ſunt p ſe honeſta,nec p ſe laudabilia. vt diuitię, diuitię eniꝫ nō ſunt iocundę,qꝛ bonę,ſed qꝛ vtiles ſunt ad vitā,vel ad actiones bonas,iō nō ſunt p ſe honeſtę. pñt ēt eſſe male,ſi eis male vtamur , iō nec ſunt p ſe expetibiles:nec p ſe honeſtę,nec per ſe laudabiles. At virtus cū ſit iocūda,qꝛ bonū,ideo eſt per ſe honeſtuꝫ, laudabile,atqꝫ expetibile.

¶ Eſt autem virtus (vt videt̃) vis quędam ꝓductiua ꝛ conſeruatiua rerum bonarum, eſt etiā vis benefaciendi multa, ꝛ magna, ꝛ omnia in omnibus.

Cōmētam. ¶ Cum deduxerit virtutē eſſe honeſtū , ꝛ qđ laudabile, nūc exponit qđ ſit virtus,ꝛ dicit.⌊Eſt aūt virtus(vt videt̃)⌋.ſ.quaſi oībus manifeſtū,⌊vis q̄dā ꝓductiua,ꝛ cōſeruatiua reꝝ bonaꝝ.⌋dixit vis quędā,non quidē a natura nobis inſita,vt viſiua facultas,ſed ex laudabilib⁹ actibus ꝓducta.⌊reꝝ bonaꝝ,⌋qm̄ p virtutē acqrimus honorē,ꝛ gloriā,diuitias,ꝛ amicos , ꝛ alia plurima.deinde aſſignat ſecūdā definitionē,ꝛ dicit. ⌊Eſt ēt vis benefaciēdi multa ꝛ magna, ꝛ oīa in oībus,⌋cū dicit multa ꝛ magna,intelligit de pticulari virtute.naꝫ hęc virt⁹, vel illa eſt vis faciendi multa ꝛ magna bona,cū ꝟo dicit,ꝛ oīa in oībus,loqtur gñatiꝫ de vniuerſa virtute. nā hęc vel illa virtus eſt vis faciēdi multa ꝛ magna bona. Uniuerſa virtus eſt vis faciendi oīa bona in oībus,in qbus fieri pñt. ꝟbi cā,iuſtitia eſt vis ꝓducendi atqꝫ cōſeruādi bonū publicū,ꝛ priuatū , qđ eſt valde bonum. Fortitudo ꝟo eſt vis ꝓductiua libertatis,atqꝫ illi⁹ conſeruatiua,eodē mō dici pōt de vnaquaqꝫ aliaꝝ. At vniuerſa virtus(q̄ eſt aggregatum ex oībus virtutibus)eſt productiua ꝛ conſeruatiua omnium bonoꝝ in omnibus,vt fieri poteſt:atqꝫ vt decet.

¶ Partes autē virtutis ſunt iuſtitia,fortitudo,tēperantia,magnificētia,magnanimitas, liberalitas,māſuetudo,prudētia, ꝛ ſapiētia.

Cōmētam. ¶ Cuꝫ definiſſet virtutē,enumerat ptes virtutis, q̄ ſunt ſpēs.(accepit eniꝫ ptes pro ſpēbus.)ꝛ dicit.⌊ Partes autē virtutis ſunt iuſtitia,fortitudo,tēperātia, magnificētia,magnanimitas,liberalitas,māſuetudo,prudentia,ꝛ ſapientia.⌋tacuit hic aliq̄s,vt modeſtiam,qꝛ eſt iuſtitię comes. Affabilitatē,qm̄ eſt manſuetudinis aſſecla. Tacuit vrbanitatē,vel qꝛ non eſt virtus p̄clara,vel qꝛ ipſa ēt eſt manſuetudinis aſſecla. Ueritatē etiam qꝛ eſt iuſtitię ſodalis.inſuper p̄termiſit continentiam , qꝛ eſt pars temperātię:vel qꝛ non eſt ſimpliciter virtus.

¶ Neceſſe eſt aūt(ſiquidē virtus benefaciendi vis eſt)maximas eas eſſe virtutes,q̄ plurimum alijs vtiles ſunt. Hac rōne iuſtos ac fortes maxime honorant,cū hi quidē in bello,illi autē ēt in pace vtiles ipſis ſint.deinde liberales,non eniꝫ ꝯtendūt de pecunijs , ſed largiunt̃ eas,quas ſūmopere cęteri cupiūt.

plīmū vtiles χρησιμωταται honorabiliſſime. honorant τιμωσιν laudant.

Cōmētam. ¶ Cū enumeraſſet virtutes,nūc facit cōparationē inter eas,ꝛ dicit.⌊ Neceſſe eſt aūt(ſi quidē virtus bñfaciendi vis eſt)maximas eas eē virtutes,q̄ plurimuꝫ alijs ⌋hominibus ab eis,q eas hñt,⌊ vtiles ſunt, ⌋ χρησιμωταται enim,nō honoratiſſime eſt trāſferendū,vt in veterib⁹ trāſlationib⁹ habet̃,ſed vtiliſſimę,vel plurimū vtiles.ideo q̄ Egidius dicit,fruſtra ſunt.⌊ hac rōne iuſtos, ac fortes maxime⌋τιμωσιν.i.honorāt, vel laudant,homines,⌊cū hi qdē⌋.ſ.fortes⌊ in bello , illi autē ēt in pace vtiles ipſis⌋.ſ.hoībus⌊ſint.⌋ꝛ cū dixit ēt in pace,induit iuſtitiā eſſe vtilē,tū in bello,tū in pace. nā iuſtitia etiaꝫ in bello nō nihil cōfert.facit enim ſaltē vt iuſti in bello iuſto libētius adeāt bellū , fortitudo ēt in pace vtilis ē, facit eniꝫ vt iuſtitia ſeruet̃ pncipal'r tñ eſt vtilis in bello.⌊ deinde ⌋laudāt⌊ liberales ⌋ac honorāt.⌊ nō enim cōtendūt de pecunijs,ſed largiunt̃ eas,q̄s ſūmopere cęteri cupiūt.⌋a liberalib⁹ non excludunt̃ magnifici,qꝛ magnificus maximas pecunias emittit.nec magnanimus, qui magna.ſ.circa ſingulas virtutes operatur.hęc de cōparatione virtutum.

¶ Eſt aūt iuſtitia quideꝫ virtus, qua ſinguli (quę ſua ſunt)poſſident, ꝛ vt lex. Iniuſtitia autē per quā aliena,nō,vt lex. Fortitudo eſt per quā bonoꝝ operū actiui in piculis ſunt, ꝛ vt lex pręcipit. ꝛ legi obſequens. Timor aūt contrariū. Tēperantia eſt virtus, p quā ad voluptates corporis ita ſe hñt , vt lex iubet. Intēperantia ꝟo cōtrariū. Liberalitas eſt in pecunijs bñfactiua. Illiberalitas ꝟo ꝯriū. Magnanimitas eſt virtus magnoruꝫ beneficioꝝ effectiua. Puſillanimitas auteꝫ ꝯriū. Magnificētia ē virtus magnitudinis ſumptuū effectiua. Modicitas autē cōtrariū. Prudētia deniqꝫ virtus mētis eſt , qua de malis,ac bonis(quę ad felicitatē narrantur)bene cōſulere pñt. ꝛ de virtute igit̃ ꝛ vitio vl'r, ꝛ p partes,quantū attinet ad pñtem oportunitatem,ſufficienter dictum eſt.

Cōmētam. ¶ Cū egiſſet de cōparatione virtutuꝫ,nūc qđ vnaqueqꝫ ſit,exponit,ꝛ dicit. ⌊ Eſt aūt iuſtitia quidē virtus,q̄ ſinguli,q̄ ſua ⌋.ſ. bona⌊ ſunt, ⌋hñt,ꝛ ⌊ poſſident. ꝛ vt lex ⌋.ſ. p̄cipit.⌊ Iniuſtitia aūt,p quā aliena,non,vt lex ⌋ p̄cipit, ſed ꝯ legem,poſſidēt. Intelligit aūt hęc nō de diſtributiua iuſtitia,ſed de cōmutatiua.deinde de fortitudīe dicit,⌊ fortitudo eſt per quā bonoꝝ operuꝫ actiui in periculis ſunt, ꝛ vt lex p̄cipit. ⌋ꝛ addit fortitudinē non ſolū eſſe h̃,ſed⌊ ꝛ legib⁹ obſequēs eſt ⌋atqꝫ amminiſtratiua, ſeruant̃ eniꝫ leges pp fortitudinē.⌊ Timor autē ꝯriuꝫ.⌋

deinde de tẽperantia dicit. ⌊Tẽperantia eſt virtus,per quã⌋ homĩes⌊ad voluptates corpis,ita ſe hñt,vt lex iubet,intẽperãtia vo ɔ̃riuz.⌋ deinde de liberalitate dicit, ⌊liberalitas eſt in pecunys bñfactiua , illiberalitas vo ɔ̃riũ.⌋deinde de magnanimitate dicit,⌊magnanimitas eſt magnoꝝ bñficioꝝ effectiua.⌋qm̃ magnanimus eſt, q magna circa ſingulas virtutes operat̃.⌊Puſillanimitas aũt ɔ̃riũ.⌋deinde de magnificẽtia dicit, ⌊magnificẽtia eſt virtus magnitudis ſumptuũ effectiua. Modicitas aũt ɔ̃riũ.⌋demũ de prudentia dicit. ⌊Prudentia deniq3 virtus eſt⌋ διανοιας,ideſt⌊mentis, qua de malis ac bonis,(q̃ ad fęlicitatẽ narrant̃)⌋hoies⌊bene ɔſulere pñt.⌋Immo prudẽtia eſt nexus oiuz virtutũ. nã cuz ſit recta rõ oiuz eoꝝ,q̃ agimus,⁊ virtutes oẽs recte rões ſint,fit,vt p prudentiã oẽs virtutes connectant̃ in ipſa recta rõne p quę p3 ɔ̃riũ.ſ.imprudentia.tũc epilogat , ⁊ dicit,⌊⁊ de virtute igit̃ , ⁊ vitio vl'r⌋pmo,⌊⁊⌋deinde⌊p partes,quãtũ attinet ad pñtem oportunitatẽ,ſufficiẽter dcm̃ eſt.⌋nã de his in libro ethicoꝝ,quãtũ dici potuit, eſt expoſitũ.ſed de ſapiẽtia nõ poſuit definitionẽ Ari. qm̃ p ſapientiã prudentiã voluit intelligere. In ꝓpoſito,aĩaduerte tñ iuſtitiã,fortitudinẽ,tẽperãtiã definitas eẽ,qꝛ hoies p illas agũt,vt lex pręcipit. cęteras aũt,nõ, nõ enim liberalitas definita eſt,ꝙ ſit virtus bñfactiua in pecunys,vt lex iubet.nec magnanimitas , nec cęterę id genus.ꝑpea aliquas hoc pacto, aliq̃s illo mõ definit Ari.at in libris ethicoꝝ,oẽs deſcripſit p mediocritatez recta rõne regulataz.qm̃ hic nõ vult ita diligẽter de his dicere,ſ3 ſolũ quantũ facit (vt dixit)ad nr̃m ꝓpoſituz.

laudabilia καλα bona honeſta.

De cęteris autẽ nõ eſt difficile perſpicere. perſpicuuz enim eſt ꝙ ⁊ effectiua virtutis, quoniam ad virtutez, ⁊ quę a virtute fiunt, neceſſe ſit laudabilia eſſe. Huiuſmodi autez ſunt inditia virtutis, ⁊ opera.

Cõmẽta

Cũ dixiſſet de virtute ⁊ partibus eius,hic determinat de eis,q̃ hñt aliquo mõ ordinẽ ad virtutẽ. Hęc aũt, (vt induit Ariſt.)ad tria gñia reducunt̃ , qm̃ alia ſunt cauſę effectrices virtutis,vt actus,q virtutez p̃cedũt.alia ſunt effectus virtutis,vt actus ſtudioſi,q a virtute ꝑficiſcuntur. Alia vo ſunt ſigna virtutis , vt voluptas , ⁊ dolor, nã ſignũ ꝙ virtus ſit in nobis facta,eſt voluptas,q̃ pcipit̃ in agẽdis.oẽ eniz qđ ꝑficiſcit̃ a virtute,cũ voluptate ſentit̃ ꝑficiſci.qđ aũt non ꝑficiſcit̃ a virtute iam facta,cũ dolore ſentit̃.dicit igit̃ Ari. ⌊de cęteris aũt,⌋ quę nõ ſunt virtus,ſed ad virtutẽ ordinata,⌊non eſt difficile pſpicere⌋ꝙ ipſa ẽt ſint laudabilia.⁊ h̃ exponit,⁊ dic̃, ⌊pſpicuuz enim eſt,ꝙ ⁊ effectiua virtutis,⌋q̃ ſunt actus p̃cedẽtes gñationẽ virtutis.⌊qm̃ ad virtutẽ⌋ ordinant̃, vt cãę effectrices.⌊⁊ quę a virtute fiũt,⌋vt actus,q ꝑficiſcunt̃ a virtute,⁊ vt ſigna pfectę gñationis virtutis,oia hęc⌊neceſſe ſit laudabilia eſſe:⌋honeſta,ac bona.exponit aũt ea,q̃ fiunt a virtute,⁊ dicit,⌊hmõi aũt,⌋q̃ fiunt a virtute,⌊ſunt inditia virtutis,⌋vt voluptas , ⁊ idolẽtia, ⌊⁊ opa⌋.i.actus ſtudioſi.oia eniz hęc eẽ laudabilia non eſt difficile pſpicere.qm̃ oia dicũt aliquo mõ ordinẽ ad virtutẽ.verũ virtus eſt p ſe laudabilis, hęc vo laudabilia ſunt, inquantũ dicũt ordinẽ aliquo mõ ad virtutez.

laudabilia καλα honeſta bona. laudabilia καλα honeſta bona,

Qm̃ aũt inditia , ⁊ hmõi quęcũq3 ſunt boni viri opera, vel paſſiones , laudabilia ſunt, neceſſe ẽ ⁊ quęcũq3 fortitudinis opera , vel inditia, vel fortiter geſta ſunt , laudabilia eẽ. ⁊ quę iuſta,atq3 iuſte facta. Sed paſſiones nequaquã. Nã in hac vna virtute,non ſemper qđ iuſte,laudabile eſt. quin potius cum dãnant̃,turpe magis ſit qđ iuſte,ꝗ̃ qđ iniuſte.eodẽ quoq3 modo in cęteris virtutib⁹.

vna μονη ſola. laudabile καλον honeſtum.

Cõmẽta

Ex his,q̃ dixit,cõcludit,quę ſunt apte,ac pſpicue laudabilia.Et qꝛ h̃ ſeqtur ex dictis , ideo reſumit breuiter q̃ declarauit,⁊ dicit.⌊Qm̃ autez inditia,⌋vt voluptas,⁊ indolẽtia,⌊⁊ hmõi quęcũq3 ſunt boni viri opera⌋.ſ.aut antecedẽtia,aut ɔ̃ñtia virtutẽ,⌊aut⌋ſunt boni viri⌊paſſiões⌋.ſ.aut antecedẽtes,aut ɔ̃ñtes virtutẽ, q̃ eſt in ipſo bono viro,vel in alio,⌊laudabilia ſunt,⌋h̃ enim eſt declaratũ,tũc ex h̃ ſupius declarato infert apte atq3 pſpicue laudabilia,⁊ dicit,⌊neceſſe eſt ⁊ q̃cũq3 fortitudinis opa,⌋q̃ fortitudinẽ antecedũt,⌊vel inditia⌋.ſ.q̃ ſunt voluptas,⁊ indolẽtia,q̃ ſunt inditia acqſitę virtutis,⌊vel fortiter geſta ſunt,⌋q̃ ſunt opera fortitudinẽ ɔ̃ñtia,ſiue ɔſiſtãt in agẽdo,ſiue in patiẽdo, oia⌊eſſe laudabilia⌋.ſ. apte,atq3 pſpicue.deinde aſſignat hęc eadẽ apte laudabilia in ipſa iuſtitia,⁊ dicit,⌊⁊ q̃ iuſta⌋.ſ.inditia,vel opera antecedẽtia iuſtitiã,⌊atq3⌋ẽt quę ſunt⌊iuſte facta,⌋q̃ ſunt opa ſequẽtia iuſtitiã,ſimil'r ſunt apte atq3 pſpicue laudabilia.aſſignat tñ dñiaz inter iuſtitiã ⁊ fortitudinẽ, ⁊ alias virtutes,ex parte paſſionum,⌊ſed paſſiones nequaq̃⌋.i.ſed paſſiones,q̃s aliqs iuſte patit̃ , nequaquaz ſunt laudabiles,⁊ aſſignat rõnẽ,⁊ dicit, ⌊nã i hac vna⌋ ſola⌊virtute,nõ ſemp qđ iuſte⌋ſubaudi patit̃,laudabile eſt ipſi patiẽti.⌊quin potius cũ⌋ patientes ⌊dãnant̃,⌋ penãq3 patiunt̃,⌊turpe magis ſit,qđ iuſte⌋ patiunt̃,⌊ꝗ̃ qđ⌋patiunt̃⌊iniuſte:⌋turpe dico ipſis patiẽtib⁹,vt Socrates apud Platonẽ in phędone ad vxorẽ dixit,q̃ dolebat Socrati,ꝙ penã iniuſte pateret̃,quaz Socrates corrupuit,aſſerẽs hoc eſſe laudabiliſſimũ, ꝙ penã iniuſtã patiat̃. In fortitudine vo cęteriſq3 virtutib⁹ ⁊ actio ⁊ paſſio,q̃ proficiſcit̃ a virtute,ſemp laudabilis habet̃. deinde qđ de fortitudine dixit,idez de cęteris virtutib⁹ ɔcludẽs dicit,⌊eodẽ quoq3 mõ,⌋vt dictũ eſt de fortitudine,⌊in cęteris virtutib⁹⌋dicendũ eſt.nã in vnaquaq3 virtute actus,qui p̃cedunt,⁊ actus,q ſequunt̃,ſil'r ⁊ paſſiones , ⁊ inditia oia ſunt apte laudabilia , atq3 pſpicue honeſta.Quo vo ad illud,qđ Ariſto. dixit de paſſione iuſta,Egidius optie dicit.aſſerit eniz iuſte pati pęnã vituperabile ac turpe eſſe patiẽti,qm̃ non pateret̃ ,niſi pp opa iniuſta , q̃ pp habitũ iniuſtitię opatus eſt.nõ enim iuſte patit̃ ꝑpter iuſtitiã,q̃ eſt in ipſo patiẽte. ſ3 potius pp iniuſtitię habitũ. Iuſte tñ patit̃ pp iuſtitiam,quę eſt in iudice.⁊ ꝑpterea iudici eſt laudabile,vt reus iuſte patiat̃.Ariſt.igit̃ hãc obiectionẽ fecit nõ tanq̃ veraz,ſed tanq̃ apparentẽ,qm̃ dicere potuerat , quo ad veritatez in oibus virtutibus paſſiones , quę ſequunt̃ ipſas,eſſe laudabiles.⁊ cũ obyceret̃ de iuſte patiente pęnã,debebat dicere hãc iuſtã paſſionẽ nõ ſequi a iuſtitia exiſtẽte in ipſo,ſed in iudice.Ariſt.tñ dixit hęc de iuſta paſſiõe, vt ſatiſfaceret apparẽti obiectioni.nõ aũt , vt ſatiſfaceret verę inſtãtię.Generatim igit̃ in oibus virtutibus ẽt in ipſa iuſtitia,aperte ac perſpicue laudabilia ſunt quęcũq3 effectiua,⁊ inditia,⁊ opa ſunt virtutũ. ¶ Quo vo ad verba attinet,καλον gręce,multa ſignificat, nũc bonũ,nunc honeſtũ,nũc laudabile,tñ ſemp intelligit̃ pro eo,qđ eſt iocũdũ,qꝛ bonũ,vl' qꝛ ordinatũ in ſimpl'r bonũ.⁊ ſic a Georgio nũc trãſfert̃ hõeſtũ , nũc laudabile, nũc bonũ,vt ei.v3.ɔſonũ vĩ ſenſui vboꝝ Ariſtotelis.

premium αθλα premia. laudabilia καλα honeſta.

Et ea,quorũcũq3 pręmium eſt honor,laudabilia ſunt.

¶ Hinc dat ſcðm locū ab honore, ⁊ dicit ꝓpōnē. [Et ea quorūcūqȝ pręmiū eſt honor] ſubaudi apte atqȝ ꝑſpicue [laudabilia ſunt.] Cuius cā pȝ ex ijs, quę dixit, qm̄ honor enumerat̄ inter inditia virtutis. accepit aūt Ari. αθλα, pluralē pro ſingulari, qꝛ pręmia pro pręmio. vel dixit pręmia, ad denotandum omnia pręmia, quę dari poſſent, nihil eſſe preter honorem. hactenus de aperte atqȝ perſpicue laudabilibus.

¶ Et in qbuſcūqȝ honor magis ꝙ pecunia.

Cōmēta[m]. ¶ Cum egiſſet de aperte laudabilibus, nunc agit, de ijs, quę annectunt̄ ipſis laudabilibus, quę ſunt maius minuſue, ⁊ poſſibile atqȝ impoſ̄e, ⁊ ꝑ̊ de maiore atqȝ minore laudabili: quoꝝ primū locū aſſignat ab ijs, quoꝝ honor magis ꝙ pecunia eſt, cuius ꝓpōnē affert, ⁊ dicit. [Et in qbuſcūqȝ] ꝑmiū eſt [honor magis ꝙ pecunia,] hęc ſunt laudabiliora. accepit aūt χρηματα, pluralia pro ſingulari, qꝛ pecunias pro pecunia. hac rōne philoſophari laudabilius eſt, ꝙ egrotos curare. nā illius honor, huius ꝟo pręmium pecunia eſt.

¶ Et quęcūqȝ eligibiliū non ſui gratia quiſpiam gerit.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat ſcðm locū ab eligibilib⁹, quęcūqȝ nō ſui gratia quiſpiā gerit, cuius ꝓpōnem affert, ⁊ dicit. [Et quęcūqȝ eligibiliū non ſui grā quiſpiā gerit,] laudabiliora ſunt ijs, ꝙ quę agit ſui grā. vt benefacere amicis ꝙ ſibi. In eo eniȝ qð eſt grā alterius, eſt magis honor. qð eniȝ aliquis ſibi faciat, ac ſui gratia, parum laudis eſſe videtur, cum non ſit liberale.

¶ Et quę ſimpl'r bona ſunt, vt quęcūqȝ pro patria quiſpiā facit, contendens ſua.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat tertiū locū ab ijs, quęcūqȝ quiſpiā facit publico ꝙ ſibi: cuius ꝓpoſitionē affert, ⁊ dicit. [Et q̄ ſimpliciter] .i. cōiter ciuitati bona [ſunt,] ſi quiſpiā fecerit, magis ꝙ ſibi laudabiliora ſunt, [vt quęcūqȝ pro patria quiſpiā facit, cōtendēs ſua,] hęc pro patria geſta laudabiliora ſunt, ꝙ ſi ſibi fecerit. qm̄ ī his magis honor cernit̄. magis enim honoramus eos q ſic egerūt, ꝙ eos, q ſui priuati boni grā egerūt. differt aūt hic tertius locus a ſcðo, qm̄ ſcðs accipit̄ per comparationē ſui ad alios priuatos, hic ꝟo per comparationē ſui ad publicū. verbum ſua gręce eſt το αυτου .i. ſuum, verum Ariſt. ſingularem pro plurali accepit.

¶ Et quę natura bona.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat quartū locū ab eo qð natura eſt bonū, cuius ꝓpōnem affert, ⁊ dicit. [Et q̄ natura bona] ſubaudi laudabiliora ſunt ijs, quę nō natura ſunt bona. vt aurū naturale laudabilius eſt auro, qð fit ex arte. ⁊ ſanuȝ eſſe a natura laudabilius eſt ſano, qð eſt ab arte. Cauſa auteȝ, qm̄ qð eſt bonū a natura, eſt bonum ſm ſe, ſed in oi genere quod eſt ſm ſe tale, ⁊ magis tale.

¶ Et quę non ſibi bona, nam ſui gratia ſunt huiuſmodi.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat quintū locuȝ ab ijs, quę ſimpl'r bona ſunt, ⁊ nō ſm quid, cuius ꝓpoſitionem affert, ⁊ dicit. [Et quę] ſubaudi ſimpl'r bona ſunt, ſed [non ſibi bona] laudabiliora ſunt ijs, quę ſunt bona ſm quid, vt ſibi, vel in hoc loco, vel in h̊ tp̄e, vel hoc pacto, qm̄ quę ſunt bona ſm qd, ſunt bona ad aliqd, [nam] quę ſunt bona ſibi, [ſunt hmōi] ſui grā, ⁊ q̄ ſunt bona illi, ſunt bona illius grā, ⁊ quę ſunt bona in hoc loco, ſunt bona loci grā, ⁊ ſic ſemper ſunt bona ad aliqd, at bona ſimpl'r ſunt bona, quia bona. Hoc pacto colericos laudabilius eſt cibare cibis calidis ⁊ ſiccis, ꝙ tēperatis. Simpl'r tn̄ laudabilius eſt cibare eos tēperatis. Inſuꝑ tp̄e fluctus laudabilius eſt ꝓijcere merces in mari, nō ꝓijcere ꝟo ſimpl'r melius.

¶ Et quęcunqȝ mortuo contingit ineſſe magis ꝙ viuenti. Quod eniȝ ſui gratia eſt, magis habent, qui viuunt.

¶ Aſſignat 6[m] locū ab ijs, quęcūqȝ mortuum magis ꝙ viuū ꝯſequūtur: cuius ꝓpōnē affert, ⁊ dicit. [Et q̄cūqȝ] ſ. bona [mortuo ꝯtingit ineſſe, magis laudabilia] ſunt, [ꝙ] bona, quę cōtingit ineſſe [viuēti.] ⁊ aſſignat cām, ⁊ dicit bonū [eniȝ qð ſui grā] .ſ. qð dr̄ bonuȝ ſibi, [magis hn̄t, qui viuūt,] mortuis ꝯ̄ bona, quę ſunt ſimpl'r bona, magis attribuunt̄ ab hoibus. Honores enim qui viuētibus attribuunt̄, magis eoꝝ grā attribuuntur. At mortuis honores nō eoꝝ grā, cū non viuant, ſed ſimpl'r. iō honores, qui exhibent̄ mortuis, laudabiliores ſunt, ꝙ honores, qui exhibent̄ viuis. Inſuꝑ bona mortuorum nō laudant̄, vt inſunt huic, vel illi, qm̄ mortui ſm ciuilē vitā non viuūt, ſed ſolū in memoria. ⁊ ſic bona, quę ſunt huic, vel illi bona, mortuis non cōpetunt. Quare bona, ꝑ quę laudamus mortuos, nō niſi ſimpliciter bona eſſe poſſunt: quare ⁊ laudabiliora. Cō mēta[m].

¶ Et quęcunqȝ opera gratia laudum. minus enim ſui.

laudum καλων bonorum honeſtorū.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat 7[m] locū ab ijs operibus, quęcūqȝ grā laudū fiunt, cuius ꝓpoſitionē affert, ⁊ dicit. [Et quęcūqȝ opa] fiunt [gratia] καλων .i. grā lauduȝ, laudabiliora ſunt, ꝙ ea, quę fiunt ad ꝓpriā vtilitatē, vt puta grā lucri, vel alterius neceſſitatis, cām affert, ⁊ dicit, [minus enim] hęc [ſui] gratia fiunt, nam fiunt ad honorē, ⁊ non ad vtile, ⁊ ꝓpterea dicuntur minus ſui gratia facta.

¶ Et quęcunqȝ beneficentię erga alios, ſed non erga ſe, ⁊ erga eos qui benefecerunt iuſtū enim ⁊ beneficia, non enim erga ſe.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat 8[m] locū a collatione bn̄ficioꝝ erga ex̄neos, cui⁹ ꝓpoſitionē affert, ⁊ dicit. [Et q̄cūqȝ] ευπραγιαι, ideſt bn̄ficētię [erga alios] .ſ. extraneos, [ſed non erga ſe, ⁊] pro neqȝ [erga eos] .ſ. amicos, [qui benefecerūt,] laudabiliores ſunt, ꝙ q̄ fiunt erga ſe, vel erga amicos. ⁊ aſſignat cām, ⁊ dicit, [iuſtū eniȝ] quaſi dicet, nā bn̄facere ſibi, ⁊ amicis qui bene fecerūt, iuſtū ē, [⁊ bn̄ficia] ſubaudi erga ex̄neos laudabiliora. Illa quidē iuſtiora, hęc ꝟo laudabiliora, cui⁹ cām dicit, [nō enim erga ſe.] Qui eniȝ bn̄ficia ꝯfert amicis, q benefecerunt, videtur ſibi beneficia conferre. cū amicus ſit alter ipſe. At conferēs bn̄ficia extraneis nullo pacto videt̄ ſibi beneficia ꝯferre. Georgius al'r locū hūc intellexit, ⁊ nos in epitomate expoſuimus pro illius interp̄tatione. At nūc viſum eſt nobis exponere h̊ pacto, vt Egidius ēt viſus ē ſentire. nolo tn̄ te ignorare in codicib⁹ quibuſdā, verba illa, ⁊ bn̄ficia, legi ſic, ευεργετηματα δε καλλιονα, ideſt bn̄ficia aūt laudabiliora. vbi pȝ textū eſſe claruȝ, ⁊ q̄ſi dicat, [iuſtū enim] .ſ. eſt ſibi, ⁊ amicis benefacere. [ſed bn̄ficia] .ſ. quę cōferunt̄ extraneis, [laudabiliora] ſunt. [nō enim erga ſe] vident̄ aliquo pacto. Quare laudat illud, qꝛ iuſtū, hoc ꝟo, qꝛ laudabile: ⁊ liberale. benefacere enim ex̄neis opus vr̄ magis liberale ꝙ ſibi, atqȝ benefactorib⁹, cū magis his, ꝙ illis teneamur. nec mireris rhetorē accipere loca oppoſita, qꝛ (vt ſępe diximus) argumētat̄ ad oppoſita: igitur opȝ vti locis oppoſitis. Sūt aūt loca, quę accipit, vera vtraqȝ, ſed nō eadeȝ rōne, velut in ꝓpoſito, bn̄facere amicis atqȝ benefactoribus eſt laudabilius ꝙ benefacere extraneis, ⁊ bn̄facere extraneis ēt laudabilius ꝙ amicis. Illud quideȝ, qꝛ iuſtius,

ſtius,hoc ꝟo,qꝛ liberalius,⁊ ſic diuerſa ratione.

¶ Et oppoſita,ꝙ quibus erubeſcunt.nā ea, qbus erubeſcūt ⁊ dicētes,⁊ facientes,⁊ dicturi,⁊ facturi,turpia ſunt.quēadmodum ⁊ fecit Sappho(dicēte Alcęo, volo ⁊ aliqd dicere, ſed me pudoꝛ ipedit)ſi deſiderabile aut pulchꝛum,nec quid turpe dicere lingua meditareris,nullus pꝛofecto pudoꝛ oculos retineret,ſed diceres de re iuſta.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat nonū locū ab oppoſitis eoꝝ,qbus aut dicētes,aut faciētes,aut dicturi,aut facturi erubeſcūt,cuius ꝓpōnē affert,⁊ dicit.⌊Et oppoſita⌋.ſ.ijs,in qbus eſt pudoꝛ,laudabilioꝛa ſunt⌊ꝙ⌋ea,⌊qbꝰ erubeſcūt⌋hoīes dicere,aut facere.cuiꝰ rōnē aſſignat,⁊ dicit,⌊nā ea qbꝰ erubeſcūt ⁊ dicētes,⁊ faciētes,⁊ μελλοντες⌋.i.⌊⁊ dicturi ⁊ facturi turpia ſunt,⌋q̄re oppoſita his, ſunt laudabilioꝛa.verbi cā,Stoici dixerūt laudabilius eē noīare pꝛopꝛijs nominibus res turpes ꝙ circūloqui.Ariſt. ꝟo dicit laudabilius eſſe res turpes noībus honeſtis circūloqui,qm̄ illo mō,quo ſentiūt Stoici,pudoꝛ accidit dicēti,non aūt,quo ipſe vult eē dicendū.igiť circūloqui laudabilius ꝙ ꝓpꝛijs noībus res turpes dicere. Qđ dixerat,ꝓbat exēplo,⁊ dicit.⌊quēadmodū ⁊ fecit⌋.i.demonſtrauit⌊Sappho⌋rn̄dendo⌊dicēte Alcęo,volo ⁊ aliqd dicere⌋.ſ. tibi o Sappho,⌊ſed me pudoꝛ impedit,⌋cui rn̄dendo Sappho,dixit,⌊ſi deſiderabile, aut pulchꝛū, nec qd turpe dicere lingua meditareris, nullus ꝓfecto pudoꝛ oculos retineret,ſʒ diceres de re iuſta,⌋q̄ nō eſt pudoꝛe digna.dixit⌊oculos retineret,⌋qꝛ de impudēte hoīe dr̄ nō hr̄e oculos.pudoꝛe enіʒ cōfuſus,non eleuat oculos erga euʒ,cui pudēda loquitur,aut facit.

¶ Et ea de qbꝰ decertāt nō timētes.nā de ijs bonis,quę ad gloꝛiā ducūt,hoc patiuntur.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat locum decimū,cuius ꝓpōneʒ affert, ⁊ dicit. ⌊Et ea,de quibus decertant non timentes,⌋ ideſt audacter,⁊ ſine timoꝛe,⁊ pudoꝛe, laudabilioꝛa ijs ſunt, ꝙ ea,de quibus timēt ⁊ pudet decertare.cāʒ affert,⁊ dicit, ⌊nam de ijs bonis,quę ad gloꝛiaʒ ducūt,hoc patiunť.⌋ hac rōne militare bellуʒ laudabilius eſt lenocinico. nā illud eſt ad gloꝛiam.hoc ꝟo ad acquirendam meretricem.pꝛęterea illud eſt ad lucrandum regnum, hoc ꝟo ad lucrandum rem turpem.

¶ Et virtutes ⁊ opera eoꝛuʒ, qui natura virtutibus excellunt, laudabilioꝛes. veluti viri ꝙ mulieris.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat locuʒ 11[m] a virtutibus atꝗ operibus eoꝝ,q natura excellūt.cuius ꝓpoſitionē affert,⁊ dicit.⌊Et virtutes ⁊ opera eoꝝ qui natura virtutibus excellunt,laudabilioꝛes⌋ſunt⌊veluti⌋virtutes, ⁊ opera⌊viri⌋laudabilioꝛes ſunt,ꝙ virtutes,⁊ opera mulieris. Uir enіʒ natura mulierum virtute excellit.

¶ Et quę voluptificę magis alijs ꝙ ſibi.hac ratione iuſtum ⁊ iuſtitia,eſt laudabilis.

Cōmēta[m]. ¶ Aſſignat 12[m] locū ab eo,qđ eſt voluptificum alijs,cuius ꝓpōneʒ affert,⁊ dicit. ⌊Et⌋virtutes⌊quę voluptificę⌋ſunt⌊magis alijs ꝙ ſibi,⌋laudabilioꝛes ſunt.⌊hac ratione iuſtū ⁊ iuſtitia eſt laudabilis,⌋imo cęteris virtutibus laudabilioꝛ,qm̄ iuſtitia pꝛincipalr̄ eſt ad alium,eſt enіʒ virtus,qua vnuſqſꝗ ſua poſſidet. q̄re voluptifica magis alijs eſt,ꝙ ei qui iuſtitiaʒ adminiſtrat. Iniuſtus enіʒ nollet,vt eo alij fruanť,quo ipſe fruiť. Iuſtus contra vult,vt alij fruantur,quo ipſe fruitur. erit igitur iuſtitia alijs magis voluptifica,ꝙ ei, q iuſtitia vtitur.hac etiā ratione liberalitas ⁊ foꝛtitudo laudabilioꝛes ſunt, quia voluptificę alijs.

¶ Et inimicos vlciſci potius ꝙ reconſiliari. Nā retribuere iuſtū, iuſtū auteʒ laudabile. Inſuꝑ ēt foꝛtis eſt inuictū eſſe. ⁊ victoꝛia ⁊ honoꝛ laudabiliū ſunt.naʒ licet inutilia ſint, eligibilia tn̄ ſunt, ⁊ virtutē eximiā oſtēdunt. De vltione inimicoꝛum.

¶ Aſſignat locū 13[m] ab eo,qđ eſt vlciſci,cuius ꝓpōnem affert,⁊ dicit.⌊Et inimicos vlciſci⌋ laudabilius eſt ⌊potius ꝙ recōſiliari,⌋hoc ꝓbat Ariſto. pꝛimo,⁊ dicit,⌊nā retribuere⌋.ſ.malū pꝛo malo,eſt⌊iuſtū. iuſtum autē⌋oē⌊laudabile⌋eſt,deinde ſcđo ꝓbat,⁊ dicit, ⌊inſuꝑ ēt foꝛtis eſt inuictū eſſe,mō eſſe foꝛteʒ eſt laudabile, cuius ſignū affert,⁊ dicit,quia⌊⁊ victoꝛia ⁊ honoꝛ laudabiliuʒ ſunt,⌋cuius rōnē dicit,⌊naʒ licet inutilia ſint,eligibilia tn̄ ſunt,⁊ virtutē eximiaʒ oſtēdunt.⌋quare inimicos vlciſci laudabilius eſt ꝙ recōſiliari,tū qꝛ iuſtū,tum qꝛ victoꝛiā ⁊ honoꝛē cōſequimur, quę ſunt laudabiliſſima. Cōmēta[m].

¶ Et memoꝛationes, ⁊ quę magis ſunt,magis.magis aūt,quę defunctū conſequunť, ⁊ quibus honoꝛ maioꝛ connectitur.

¶ Aſſignat locuʒ 14[m] a maioꝛe cōmemoꝛatione, cuius ꝓpōnē dicit.⌊Et memoꝛationes⌋ſubaudi ſunt laudabiles.igiť ſubaudi ꝓpō erit,⌊q̄ magis⌋ac maioꝛes memoꝛationes ſunt,⌊magis⌋laudabiles ſunt.exponit aūt quę memoꝛationes ſunt maioꝛes,⁊ dicit.⌊magis aūt⌋.i.maioꝛes aūt memoꝛationes ſunt,⌊q̄ defunctū cōſequunť, ⁊ in quibus honoꝛ maioꝛ cōnectitur.⌋hac rōne memoꝛationes atꝗ monumenta,quę relinquunť a ꝓbis poſt cineres,longe maioꝛa ſunt,ijs quę viuētibus ſolum dū viuūt,attribuunť.nam illa ſunt ꝑpetua,hęc ſimul cum hoīe pereunt,ꝓpťea dicebat Anaxarchus,dū viuo vellē eſſe Alexāder poſt moꝛtem ꝟo Anaxarchus magis ꝙ Alexāder. hac etiam ratione memoꝛatio eius,qui pꝛo tuenda patria moꝛtuus eſt, longe maioꝛ eſt,ꝙ eius, q moꝛtuus eſt pꝛo tuendo pꝛopꝛio bono. Cōmēta[m].

¶ Et quę exceſſiua.

¶ Aſſignat 15[m] locū ab exceſſu,cuius ꝓpōnē affert,⁊ dicit.⌊Et quę⌋περιττα.i.exceſſiua,laudabilioꝛa ſunt.nā quę in exceſſu ſunt,ſemꝑ ſunt magis talia, ꝙ ea,q̄ non ſunt in exceſſu. Ut philoſophari i exceſſu laudabilius eſt,ꝙ mediocriter philoſophari.ſilr̄ ⁊ ditari in exceſſu laudabilius eſt ꝙ mediocriter ditari.hic tn̄ locus ē rhethoꝛicus,qꝛ qn̄ꝗ qđ eſt mediocre, ē laudabilius ꝙ qđ eſt in exceſſu.virtꝰ enіʒ q̄ eſt mediocritas,laudabilioꝛ ē vitio,qđ eſt i exceſſu.ꝓpť (B foꝛtaſſe Geoꝛgiꝰ περιττα, interptatꝰ eſt ſupuacanea,qꝛ ſic interptādo,euitat inſtātiā.Sʒ ſi ſic interpteť,nō euitabiť ſuperfluitas in locis Ariſto.quia ſuperius hic locus aſſignatus eſt. Cōmēta[m].

¶ Et quę ſoli inſunt,laudabilioꝛa. memoꝛatu enim dignioꝛa.

¶ Aſſignat locū 16[m] ab eo,qđ ſoli ineſt,cuius ꝓpōnem affert,⁊ dicit.⌊Et quę ſoli inſunt,laudabilioꝛa ſunt,⌋ijs quę nobis inſunt,⁊ alijs.qꝛ enіʒ ſolus,⁊ ſingulr̄ Ariſtoteles inuenit logicā artificiariā,ideo cęteris logicis eſt laudabilioꝛ.reddit cāʒ,⁊ dicit,⌊memoꝛatu enіʒ dignioꝛa⌋ſunt,quę ſingularia.qꝛ enіʒ Ariſt.ſingularis logicus fuit,ideo eſt cęteris memoꝛatu dignioꝛ, dixit autē Ariſto.ευμνημονευτα,comparatiue,quoniaʒ memoꝛabilia,pꝛo memoꝛatu dignioꝛibus accepit. Cōmēta[m].

¶ Et prędia non frugifera. liberaliora enim magis ſunt.

Cōmẽtam. ¶ Aſſignat locū 17m a nō frugiferis, cuius ꝓpoſitionem affert, ⁊ dicit, ⁊ p̄dia nō frugifere, ⁊ vl̓r oia minus frugifera, laudabiliora ſunt, cuius rōnē aſſignat, ⁊ dicit. [Liberaliora enim magis ſunt.] hoc pacto, hortus delitioſus agris laudabilior eſt. q̄m liberalitatis teſtimonium magis q̄ vtilitatis eſt.

¶ Et ſingulorum propria, laudabiliora ſunt.

Cōmẽtam. ¶ Aſſignat locū 18m a ꝓprijs ſingulorū, cuius ꝓpōnem affert, ⁊ dicit. [Et ſingulorū ꝓpria, laudabiliora] ſunt illis, q̄ ſunt cōia multis. ⁊ cū dixit Ariſto. καλα, ideſt laudabilia, accepit poſitiuū pro cōparatiuo. ⁊ tu intelligas laudabiliora. ſ. eis, q̄bus ſunt ꝓpria. vt q̄m Hippocrati ꝓpriū erat p̄dicere ī morbis, Eſculapio vō curare: Hippocrati laudabilius erat p̄dicere, Eſculapio aūt curare.

¶ Et quęcūq; iudicia ſunt eorū, quę apud ſingulos laudant̄. veluti in lacędemonia comā ferre, laudabile. erat enim libertatis ſignuz. non enim erat facile crinitū facere opus aliquod ſeruile atq; artē aliquā fabrilem exercere. liberale enim eſt non ad aliū viuere.

Cōmẽtam. ¶ Aſſignat locū 19m ab iudicijs rerū laudabiliorū, cui⁹ ꝓpōnē dicit. [Et quęcūq; iudicia ſunt eorū, quę] ſubaudi magis [laudant̄] (accepit eniz poſitiuū pro ꝯparatiuo.) [apud ſingulos,] cū q̄b⁹ viuis, ſubaudi laudabiliora ſunt. [veluti ī lacędemonia comā ferre, laudabile] .i. laudabilius erat, ēt poſitiuū pro ꝯparatiuo ſumpſit. deinde aſſignat cām q̄re apud laconas erat laudabili⁹ nutrire comā, ⁊ dicit, [nō eniz erat facile] apō laconas [crinitū facere opus aliqō ſeruile, atq; artē aliquā fabrilez exercere, liberale eniz eſt, nō ad aliū viuere.] ⁊ q̄m non erat facile crinitū facere ſeruilia opera: ideo apud laconas coma erat ſignū ingenuitatis. q̄m nullus comatus viuebat ad aliū, ſed ſibi tm̄. ¶ Quo vō ad vba attinet, febrilē artē, gręce eſt βαναυσου τεχνην, ⁊ ſigñat ꝓpriē artē circa fornaces, vt coquēdi lapides, vl̓ metalla. cōiter tm̄ (vt Ariſt. accepit) ſigñat oēz artē mercēnariā. Qui eniz arte mercēnaria vtitur, ad alium viuit.

¶ Inſuper ēt accipienda ſunt, quę ꝓpinqua ſunt ijs, quę exiſtunt, ac ſi ſint ad laudē, atq; vituperationē, vt pium atq; mitem timiduz ⁊ inſidiatorem. ⁊ ſtolidum, bonum. ⁊ eum, qui dolenda non ſentit, manſuetum.

Cōmẽtam. ¶ Cuz egiſſet de maiore ⁊ minore laudabili, qō erat primū annexū, nūc agit de ſcōo annexo, qō dī poſſe. nā ſępe deſunt loca verę laudis, iō vult dare loca, quib⁹ ſaltē orator poſſit laudare aliquo mō, cuz deſunt loca verę laudis: ⁊ ſumunt̄ hęc oia generatiz ab ijs, q̄ ſunt bonis laudabilibus ꝓpinqua: ⁊ hoc ꝓponit, ⁊ dicit. [Inſuper ēt accipiēda ſunt, q̄ ꝓpinqua ſunt ijs, quę exiſtunt] .i. q̄ ſunt verę laudabilia, [ac ſi ſint ad laudē ⁊ vituperationē.] hō docet Ariſt. facere ꝑ duo, p̄mo cū defuerint loca verę laudis, nā ꝑ ea, q̄ hic docet, poterim⁹ laudare aliquo mō. Scōo, vt facilius laudemus, nā laudabim⁹ ex locis verę laudis, ⁊ facilius poterim⁹ laudare ex locis ꝓpinq̄s verę laudi. ⁊ ſic dupl̓r docet annexū, vno mō, vt poſſe. ſ. vt orator poſſit, ſcōo mō, vt facilius. nā facile ēt poſſe dī. tū aſſignat primū locū, q ſumit̄ ab ijs, q̄ deficiūt. ꝓpinqua tm̄ medijs vñr, ⁊ dicit, [vt timiduz, ⁊ inſidiatorē] laudabimus dicēdo [piū, ⁊ mitē.] cū eniz pius non adeat bella, ⁊ timidus minime, poterimus laudare timidū dicēdo eē piū. ſil̓r cū inſidiator animū tegat, poterim⁹ dicere inſidiatorē eē mitē. nā mitis nō oñdit animū, cū nō hñt animū ad praua. Inſidiator vō, hz animū ad praua, ſz tegit animū. iō ꝑ detectionē poterim⁹ ipz dicere mitē. [⁊ ſtolidū] poterim⁹ laudare dicēdo ipſuz eē [bonū,] nā cuz bon⁹ nulli noceat: ⁊ ēt ſtolidus ob ignauiā neſciat nocere, poterim⁹ laudādo dicē ſtolidū bonū. verū al̓r ⁊ al̓r. nā ſtolidus non nocet, q̄ neſcit nocere, bon⁹ aūt, nō nocet, q̄ eſt bon⁹. [⁊ euz, q dolēda nō ſentit,] quicq; dī inſenſatus, poterim⁹ laudare dicēdo eē [māſuetū.] nā māſuetus nō ſentit dolēda, q̄ māſuetus ſ. ab habitu māſuetudinis. Inſenſatus vō, nō ſentit dolēda, a ſenſuū quadā obtuſione: atq; hebetudine.

¶ Et vnū qō a cōſeqūētibus ſemper ad optimū. vt iracūdum, ⁊ furioſum, ſimplicem, ⁊ contumacē, magnificum, ⁊ venerandum.

¶ Aſſignat ſcōz locū a ꝯcomitātib⁹ atq; ꝯñtib⁹, ⁊ dicit. [Et vnū qō,] qō ſumit̄ [a ꝯñtib⁹] virtutē, debem⁹ laudare reducēdo illō [ad optimū ſemꝑ.] ⁊ ponit exēpla, ⁊ dicit, [vt iracūdū ⁊ furioſuz] ſi volueris laudare, dicas eū eſſe [ſimplicē,] nō duplū, nec ſimulatorē, nā palā furit, atq; iraſcit̄, palā ēt odit, quēadmodū ſimplex facit. [⁊] αυθαδη .i. [ꝯtumacē,] q nō facile obedit, nec facile mouet̄, cū vocat̄: hūc ſi volueris laudare, poteris eſſe [magnificū, atq; venerādū.] Magnificus eni nō facile mouet̄, nec facile obedit ꝑ ſui grauitatē. Quare cū contumax facile nō moueat̄, nec facile accedat, cū vocat̄, poſſum eum dicere magnificum, ⁊ venerandum. Cōmẽtam.

¶ Et eos, qui excedunt, quaſi ſint virtute prędíti. vt audacē fortē, ⁊ ꝓdigū liberalē. nam ⁊ pluribus videt̄, ſimulq; deceptiuū eſt nō abſq; cā. ſi eni vbi neceſſe nō eſt, ꝑicula ſuſcipit, multo magis vtiq; videbit̄, cuz laudabile fuerit. ⁊ ſi ꝓpēſus ad quoſq;, etiā ad amicos. exceſſus eniz virtutis eſt cūctis bñfacē.

propenſus προαιρετικος profuſus largiuuus.

¶ Aſſignat tertiū locū ab exceſſib⁹, ⁊ dicit. [Et eos, q excedūt] laudare poſſum⁹ [q̄ſi ſint virtute p̄diti] ſꝫ rei veritatē, ⁊ aſſignat exēplū, [vt audacē] laudare poſſumus dicēdo eē fortē. [⁊ ꝓdigū] dicēdo eē [liberalē.] declarat hō ꝑ rōnē, ⁊ dicit, [nā ⁊ plurib⁹ vī] ꝓdigū eē liberalez, ⁊ audacē eē fortē, ⁊ q̄ vī plurib⁹, eſt ꝓbabile. deinde aſſignat ſecundā rōnē, ⁊ dicit. [ſimulq; paralogiſticū] .i. [deceptiuū eſt nō abſq; cā. Si eni] audax, [vbi neceſſe nō eſt, pericula ſuſcipit, multo magis vtiq; videbit̄] pericula ſuſcipe, cū laudabile fuerit: ⁊ vtile. [⁊ ſi] ꝓdigus, qui in dādo eſt [ꝓpēſus ad quoſq;,] ēt ad [amicos] erit ꝓpēſus in dādo. cuius rōnē aſſignat, ⁊ dicit, [exceſſus eniz virtutis eſt cūctis bñfacere] ſꝫm opinionē vulgi. tm̄ Ariſto. in 3° ęthicorū aliter limitat ipſam liberalitatem: quod exponere non eſt pręſentis neceſſitatis.

¶ Et apud quos laus eſt, conſiderandū. naz ſicuti Socrates dictitabat, non eſt difficile Athenienſes inter Athenięſes laudare. Sz qō apud ſingulos honorabile eſt opz dicere, tanq; ſit. vt inter ſcythas, aut inter lacones, aut philoſophos. ⁊ vl̓r ad laudabile honorabile inferre. propinquum eniz eſſe vī.

¶ Aſſignat quartū locū, in quo docet ſumere ꝓpinq̄ laudabilib⁹ ꝑ cōparationē ad diuerſa gña hoiuz. nā multa Cōmẽtam.

non

non ſunt ſimplr laudabilia,q̃ ſunt laudabilibus ꝓpinqua,velut q̃ ſunt laudabilia apud nonnullas gentes.iõ cũ deſunt loca ꝓpria verę laudis,poſſum⁹ accipere honorabilia apud nõ nullas gentes, ⁊ eis vti ac ſi fuerint vere laudabilia,⁊ dicit.[Et apud quos laus eſt].i.⁊ apõ quos laudamus,[cõſiderandũ eſt.] ⁊ aſſignat cãm,⁊ dicit,[nã ſicuti Socrates dictitabat,nõ eſt difficile Athenienſes inter Atheniẽſes laudare,]q2 apud Atheniẽſes idem eſt honorabile ⁊ laudabile.ideo ſi laudauerimus Athenienſes laudãdo ab honorabilibus, eos laudabimus a vere laudabilibus,q2 apud eos laudabile, ⁊ honorabile idẽ eſt.[ſed]ſi voluerimus laudare alias gentes inter eas,[qõ apud ſingulos].i.apud vnãquãq; gentez[honorabile eſt,opʒ dicere tãq̃ ſit] vere laudabile. [vt inter ſcythas]honorabile erat vxoribus pro ſeruis vti,hoc tanq̃ vere laudabile opʒ accipere,ſi fecerimus orõnẽ in laudẽ alicui⁹ ſcythę,[aut inter lacones,]honorabile erat nutrire comã,h' tãq̃ vere laudabile opʒ accipe,ſi fecerim⁹ orõnẽ in laudẽ alicuius eoꝝ.[aut]inter [phõs]ſimili modo.addit tñ vlẽz locũ dicẽs,[⁊ vlr ad laudabile opʒ inferre honorabile]apud diuerſas gentes.[nam]honorabile[videt̃ eſſe ꝓpinquum] vere laudabili.apud Athenienſes aũt iſtud non opʒ, qm̃ apud eos idẽ ſunt.honorabile,⁊ laudabile.

Cõmẽtam. ¶Et quęcũq; ſm cõueniens,vt ſi digna ꝓgenitoribus,atq; maioribus beatũ eniʒ ac laudabile eſt pręposſediſſe honorem.

¶Aſſignat quintũ locũ ab ijs,quę ↄuenienti q̃dã rõne, ſi inſunt ꝓgenitorib⁹,vñr ineſſe eis,q ab illis generantur:⁊ hęc vult eẽ accipiẽda , ac ſi eſſent vere laudabilia. ⁊ dicit.[Et quęcũq; ſm ↄueniens.]credunt̃ in eſſe genitis,q2 inerãt generãtibus,accipiẽda ſunt,vt vere laudabilia.[vt ſi digna,]q̃ inerant[ꝓgenitoribus, atq; maiorib⁹]accipiant̃ in laudẽ geniti.cuius rõnẽ dicit,[beatũ enim ac laudabile eſt].ſ.ipſis genitis ex nobilib⁹,[pręposſediſſe honorẽ].ſ.in ꝓgenitorib⁹.⁊ hęc laus eſt illa, q̃ accipit̃ a gñe.veꝝ nõ eſt locus neceſſarius:ſed conueniẽs.cõueniẽs eniʒ vr̃ ſicuti ex hoĩe hõ,⁊ ex equo,equ⁹ ſit,vt ex nobilib⁹,⁊ honeſtis parẽtib⁹ fiat nobilis,⁊ honeſtus filius.veꝝ licet locus ſit conueniens , non tñ eſt neceſſarius. ſed quõcũq; ſit,opʒ accipere laudabile ſm conueniens ac ſi eſſet vere laudabile.

¶Aut ſi p̃ter conueniẽs,ad melius atq; laudabilius.vt ſi fortunatus quidẽ,moderatus. infortunatus autẽ,magnanimus.aut maior factus,melior ac facilior.

Melior καταλλα κτιχωτερος cõſiliabilior. ¶Aſſignat ſextũ locũ ab us,quę licet ſint p̃ter ↄueniẽs, ad melius,ac laudabilius reducẽda ſunt,⁊ dicit. [aut ſi p̃ter ↄueniẽs]quis fuerit affect⁹, verbi cã ſi aliqs ex nobilib⁹non fuerit nobilis,vt cõueniens erat,[ad melius atq; laudabilius]reducẽdũ eſt,vt aſſignat exẽpla , ⁊ dicit,[vt ſi]aliqs[fortunatus quidẽ]ſit.ſ.abũdans in ciuili potẽtia,⁊ diuitijs,debem⁹ laudare ⁊ dicere ꝙ ſit[moderatus]atq; modeſtus qõ eſt p̃ter ↄueniens.q2 raro diuitias cõmitat̃ modeſtia,vñr eniʒ diuitię abijcere modeſtiã,tanq̃ qd repugnãs eis. hoc aũt ideo debem⁹ dicere,q2 diuitię,⁊ potẽtia patẽt , imodeſtia aũt nõ pʒ oĩbus.Quare cũ nõ pateat imodeſtia,laudãdus eſt ab ipſa modeſtia. [infortunatus aũt]laudare debemus ꝙ ſit [magna^m⁹,]qõ ẽt eſt p̃ter cõueniens.nã infortuniũ cõmittat̃ ipatiẽtia pro maiore parte , ſed qm̃ infortuniuʒ pʒ,ipatiẽtia nõ oib⁹ pʒ,poſſumus eũ laudare ꝙ ſit magiſtrat⁹ in ferẽdis aduerſis.[aut maior factus]q̃ prius erat,poſſumus laudare ꝙ ſit[melior , ⁊ facilior,]qõ ẽt eſt p̃ter ↄueniẽs.plerũq; eniʒ eos,qui maiores euadũt, q̃ prius erãt,cõmittat̃ aggreſtitas,ac durities.verũ euʒ eſſe maiorẽ q̃ prius erat,pʒ.aggreſtitas ꝟo nõ pʒ.ꝓpea poſſumus eum laudare a facultate.

¶Huiuſmodi aũt eſt illud Iphicratis, ex qbus in q̃. ⁊ illud olympionici, anterius quidẽ ſupra vtriſq; humeris habens ſacculum durũ. ⁊ illud ſimonidis,⁊ patris ⁊ viri fratrum exiſtens tyrannorum.

¶Aſſignat exẽpla poetaꝝ,qbus exponit,q̃ ſunt p̃ter cõueniẽs,⁊ quõ fieri põt laus ab ijs,q̃ ſunt p̃ter cõueniẽs. Quoꝝ primũ eſt de quodã ifortunato, ⁊ dicit. [Hmõi eſt].ſ.p̃ter cõueniẽs[illud Iphicratis.]ex οιων εις οια, ideſt[qbus in quę].ſ.ex qbus ⁊ ad q̃ poſſum⁹ ipſum cõparare quãtũ ad magnanimitatẽ. licet ſit infortunatus. [⁊ illud olympionici,]qõ fuit dictũ a poeta in laudem eius,[anterius].ſ.prius[quideʒ ſupra vtriſq; humeris hñs ſacculũ duꝝ,]⁊ tñ vici olympiã. p̃ter ↄueniẽs eniʒ erat,vt mercẽnari⁹ vinceret olympiã.tertiũ exẽpluʒ eſt [⁊ illud ſimonidis,]q volẽs laudare mulierẽ quandaʒ dixit,[exñs patris, ⁊ viri fratrũ tyrãnoꝝ.] quaſi dicat, cuius pr̃ ⁊ maritus ſunt fratres tyrannoꝝ , ⁊ tñ ſubaudi ipſa regia eſt,nõ tñ tyrãna.hoc aũt p̃ter ↄneniẽs eſt, vt ſint pr̃ ⁊ maritus tyrãni,⁊ ipſa non ſit tyrãna. Quare cũ aliquis fuerit fortunatus,poſſumus eũ laudare,⁊ dicere licet ſit fortunatus,tñ eſt modeſtus. ⁊ cũ aliquis fuerit infortunatus,poſſumus eũ laudare , dicẽdo licet ſit infortunatus, tñ eſt magñatus. ⁊ ſic laudabimus reducendo ad melius,qõ eſt p̃ter conueniens.

¶Qm̃ aũt laus ex actionibus eſt.ſtudioſiq; ꝓpriũ id,qõ electione eſt,enitendum eſt demõſtrare eum electione geſſiſſe. vtile aũt eſt ſępius ad apparendum egiſſe.

¶Aſſignat ſeptimũ locũ ab eo,qõ eſt agere ſm electionem,⁊ dicit.[Qm̃ aũt laus ex actionibus,]⁊ in actionibus cõſiſtens[eſt,ſtudioſiq; ꝓpriuʒ id,qõ eſt agere electione.]ab habitu eniʒ electiuo actiones ſtudioſę ſunt, vt Ariſto.docuit in libris ęthicoꝝ,cum voluerimus aliquẽ laudare ex actionibus ſtudioſis , [enitendũ eſt demonſtrare eũ geſſiſſe,]quę geſſit[electione,]qm̃ ſi quę geſſit,nõ electione geſſit,non ſm virtutẽ geſſiſſe pʒ. exponit autẽ id qõ vtile eſt ad demõſtrandũ eum ſm electionẽ egiſſe,quę geſſit,⁊ dicit.[vtile aũt eſt ad apparẽdum]eum egiſſe ab electione , oſtendere ſubaudi eum non ſemel egiſſe,ſed[ſepius,]ac ſepius.naʒ per hoc differt agere electione ab ipſo caſu agere.quoniã quę caſu agimus,raro agimus,quę ꝟo ab electione,⁊ ab habitu electiuo,agimus ſępius.

¶Quare quę ⁊ caſu, ⁊ fortuna fuerunt,ac ſi fuiſſent ab electione ſumendũ. naʒ ſi multa, ſimiliaq; connectant̃,virtus atq; electionis videbuntur eſſe indicium.

¶Ex his,quę dixit,aſſignat octauũ locuʒ per reductionez eoꝝ,quę ſunt caſu,ad ea,quę ſunt electione,⁊ dicit. [Quare quę ⁊ caſu,⁊ fortuna fuerunt , ac ſi fuiſſent ab electione,ſumendum.]ſunt enim quaſi ſimilia,nec vulgus facile diſcernit hęc ab illis. [naʒ ſi multa,ſimiliaqʒ ↄnectant̃.]licet a fortuna fuiſſent,[virtus atqʒ electionis videbunt̃ eſſe iudicium.] q2 ſępe fieri diſtinguitur ab eo,quod eſt caſu fieri. Cõmẽtam.

¶ Eſt etiã laus ratio magnitudinez virtutis dilucidans. quare opꝫ actiones oſtendere, qm̃ hmõi. cõmendatio enim operum eſt.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Nũc docet amplificare laudes quaſi obiter ꝑ ea, q̃ dicta ſunt. vꝫ. ex dilucidatione magnitudinis virtutũ, naꝫ poſt hoc docebit ſeorſuꝫ ac per ſe, ꝛ dicit, nõ ſoluꝫ laus eſt dilucidatio virtutis, ſed. ⌊Eſt ẽt laus rõ magnitudinẽ virtutis dilucidãs, quare opꝫ actiones oñdere, qm̃⌋ ſunt ⌊hmõi⌋. ſ. magnę, ꝛ aſſignat cãm, ꝛ dicit. ⌊qm̃⌋ oſtẽdere virtutes eſſe magnas, ⌊eſt cõmendatio operũ,⌋ cõmendatio opeꝝ dico magna: ꝛ excellens. Quare ſi virtutes fuerint paruę, oportet amplificare eas. naꝫ ſic eſt laudare ad amplitudinem.

¶ Quę aũt circa ſunt, ad fidẽ ſunt. vt nobilitas, ꝛ educatio. veriſimile enim eſt ex bonis bonũ, ꝛ ſic educatum huiuſmodi eſſe.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Nunc docet laudare ex ÿs, quę circũadiacent virtutĩ ꝛ aſſignat octauũ locũ, ꝛ dicit. ⌊Quę aũt circa⌋ virtuteꝫ ⌊ſunt, ad fidẽ⌋ laudũꝫ ⌊ſunt,⌋ .i. quę non ſunt virtus, ſed virtuti circũadiacẽt, ſumẽda ſunt ad laudem alicuius, ꝛ exponit ea, q̃ circũadiacẽt, ꝛ dicit, ⌊vt nobilitas, ꝛ educatio,⌋ hę eni nõ ſunt virtus, ſed circũadiacẽt virtuti. ꝛ aſſignat cãm, ꝛ dicit, ⌊veriſimile eniꝫ eſt ex bonis⌋. ſ. parẽtibus ⌊bonum, ꝛ ſic educatum hmõi eſſe⌋ vt educatur. vt enim ex equo equus, ꝛ ex homine homo eſt, ſic creditur ex bonis eſſe bonum, ꝛ ex bona educatione educatum in bonum euadere.

¶ Laudamus igit̃ ꝛ eos, qui fecerunt, qm̃ facta iudicia ſunt habitus. ꝛ laudamus eum, qui non fecit, ſi talẽ eſſe crediderimus. itaqꝫ beatio, ꝛ felicitatio illis quidem heędeꝫ, his ꝟo non heędem. ſed vt felicitas virtuteꝫ, ꝛ felicitatio continet hęc.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Aſſignat dr̃iã inter laudes attributas eis, qui fecerũt, ꝛ attributas eis, qui nõ fecerũt, ſed ſunt apti facere. ꝛ dicit. ⌊Laudamus igit̃ ꝛ eos, qui fecerũt,⌋ narrãdo facta, ꝛ actiones, ⌊qm̃ facta iudicia ſunt habitus⌋ virtutis. ⌊ꝛ laudamus eũ, qui nõ fecit,⌋ ſm ſpem, ꝛ fidẽ, quã nobis pręhet genus, ⌊ſi taleꝫ eſſe crediderimus⌋. ſ. euaſurum, quales fuerũt ꝓgenitores. ergo illos laudamus, qꝛ ſunt nunc virtutibꝰ pręditi, hunc ꝟo ſm ſpem, ꝛ fidẽ, qꝛ credimus eſſe euaſuruꝫ talem, quales ꝓgenitores fuerunt. Ex hac dr̃ia cõcludit dr̃iam inter fęlicitatem, ꝛ fęlicitationeꝫ in his, ꝛ in illis, ꝛ dicit. ⌊itaqꝫ beatio⌋ .i. fęlicitas, per μακαρισμὸν eniꝫ qđ latine eſt beatio, actualẽ fęlicitatẽ intelligit, ⌊ꝛ fęlicitatio⌋ ideſt ꝛ ꝓceſſus ad actualẽ fęlicitatẽ, ꝑ εὐδαιμονισμὸν enim intelligit, quaſi viã ad beatitudinem actualẽ: ⌊illis quideꝫ quos laudamus ex factis, quę ſunt iudicia virtutũ, ⌊heędem⌋ ſunt, nam ſunt actu fęlices, ꝛ apti manere, ꝛ procedere ad vlteriorem fęlicitatẽ. ⌊his ꝟo,⌋ qui ſm ſpẽm credimus euadere fęlices, ⌊non ſunt heędeꝫ⌋ fęlicitas actualis, ꝛ proceſſus ad felicitatẽ. ⌊ſed vt fęlicitas⌋. ſ. p̃ſentanea ⌊continet virtutẽ⌋ p̃ſentaneã, ita ⌊ꝛ fęlicitatio⌋ (quę eſt via aptitudinalis ad p̃ſentaneã fęlicitatẽ) ⌊continet hęc⌋. ſ. nobilitatem ꝛ educationẽ. Quare differunt fęlicitas, ꝛ fęlicitatio in illis, ꝛ in his. nam in illis concidunt in ideꝫ. In his ꝟo eſt fęlicitatio, ꝛ nõ fęlicitas, q̃ beatio dicebatur.

¶ Habet aũt cõem ſpẽm laus cum deliberationibus, nã q̃ in ꝯſulẽdo ſupponeres vtiqꝫ, hęc cõmutata, in dicẽdo laudes cõſtituunt̃.

Cum ergo habemus, quę opꝫ agere, ꝛ qualem quẽdã eſſe, opꝫ hęc velut ſuppõnes dicentes, locutione trãſponere, ꝛ vertere.

¶ Nunc aſſignat quaſi nonũ locuꝫ a cõmutatione orationis, quę fit in deliberationibus, in orationeꝫ quę fit ad laudes. vbi annotare debes in conſiliabili oratione ſempꝫ eſſe ſupponẽduꝫ bonũ vtile, ꝛ ex illo eſſe argumẽtãdum actiones. verbi cã, ſupponimus bonũ eſſe viuere ſm virtutes: ꝛ argumẽtamur bene eſſe agendũ vt viuamus ſm virtutes. igit̃ in deliberationibus ſupponimus bonũ, ꝛ argumẽtamur ſtudioſas actiones. In oratione ꝟo laudatiua ſupponimus actiones ſtudioſas, ꝛ ex illis cõcludimus eum, quẽ laudamus, ſtudioſuꝫ eſſe, atqꝫ bonũ. igitur in cõſiliabili oratione bonũ eſt veluti antecedẽs, ꝛ actiones veluti cõſequẽs. In oratione autẽ laudatiua cõtra, actiones veluti antecedẽs, bonũ eſſe veluti cõſequẽs. Quare dicit. ⌊Habet autẽ cõmunẽ ſpecieꝫ laus cũ deliberationibꝰ,⌋ ꝛ exponit quid ſit illa cõmunis ſpecies, ꝛ dicit, ⌊nam quę in cõſulẽdo ſupponeres vtiqꝫ⌋. ſ. tanqꝫ antecedẽs, ⌊hęc cõmutata⌋. ſ. in conſequẽs, ⌊in dicẽdo⌋ laudationem, ⌊laudes cõſtituunt̃.⌋ ꝛ ſic quę ſunt, vt antecedẽs in oratione ꝯſultiua, verſans in cõſequẽs, fit oratio laudatiua. eſt tñ in oratione conſultiua bonuꝫ, qđ ſumitur in antecedẽti, accipit̃ de pręſenti, actiones ꝟo ſtudioſę accipiũtur de futuro. vt bonũ eſt eſſe officioſum. igit̃ agendę ſunt actiones ſtudioſę. At in laudat[iu]a oratione antecedẽs, ꝛ ꝯſequẽs vtrũqꝫ in eodẽ tẽpore accipiunt̃, ꝟbi cã, Scipio erga puellam hiſpanã caſte ſe geſſit. igitur cõtinens, fuit. Inſuper Cęſar donat theſauꝝ tarpeę. igitur eſt liberalis. tunc cõcludit, ꝛ dicit, ⌊cum ergo habemus, quę opꝫ agere, ꝛ⌋ habemus ⌊qualẽ quẽdam eſſe⌋ oportet, in oratione cõſultiua pro antecedẽte, ꝛ ꝯſequente, qꝛ in antecedẽte habemus oportere eſſe bonũ. in ꝯſequente ꝟo oportere ſm virtutẽ eſſe agẽdũ: ⌊oportet hęc,⌋ quę. ſ. accipiunt̃ in cõſequente, ⌊velut ſuppõnes, ꝛ antecedẽs⌊ dicentes, locutione trãſponere ꝛ vertere:⌋ vt inferamus eſſe bonum, qđ erat antecedẽs in oratione cõſultiua. ꝛ ita in cõſultiua qđ erat antecedens, accipit̃ in oratione laudatiua vt conſequẽs, ꝛ qđ erat cõſequẽs vt antecedens.

¶ Uerbi cã, qm̃ non opꝫ nimium confidere in ÿs, quę ſunt a fortuna, ſed in ÿs, quę ſunt a ſeipſo. hoc pacto igit̃ dicendo, cõſiliũ valet. ſic aũt, laudẽ: nimiũ confidẽs non in ÿs, quę ſunt a fortuna, ſed in ÿs, quę ſunt a ſeipſo.

Cõmẽtaᵐ. ¶ Nunc aſſignat exẽplum, ꝛ demõſtrat illud, qđ eſt antecedens in cõſultatione eſſet ꝯſequẽs in laudatione, ꝛ qđ eſt cõſequẽs eſſe antecedẽs, ꝛ dicit. ⌊Uerbi cauſa⌋ ſi voluerimus cõſulere, dicemus, ⌊qm̃ non opꝫ nimium cõfidere in ys, quę ſunt a fortuna,⌋ hoc eſt antecedens, ⌊ſed in ys, quę ſunt a ſeipſo,⌋ hoc eſt ꝯſequẽs. ideo concludit, ⌊hoc pacto igit̃ dicendo, conſiliũ valet, ſic autẽ⌋ ideſt alio modo cõmutata oratione, valet ⌊laudem,⌋ ſi hoc pacto dixerimus. ⌊nimiuꝫ confidẽs non in ys, quę ſunt a fortuna, hoc eſt antecedens, ſed in ys, quę ſunt a ſeipſo:⌋ hoc eſt cõſequẽs. ꝛ ſic patet quo mõ conſilium ꝛ laudatio conueniunt in quadam cõi ſpecie.

¶ Quare cũ laudare volueris, conſidera qđ vtiqꝫ ſuppoſueris, ꝛ cũ ſupponere, conſidera qđ vtiqꝫ laudaueris. naꝫ dictio cõmutata erit ex neceſſitate, cum illud quidẽ inferens, hoc aũt non inferens tranſponetur.

¶ Cum

Cõmẽta[m]. ¶ Cum declaraſſet hęc de cõueniẽtia oꝛonum nũc aſſignat locũ octauũ, ⁊ dicit. [Quare cũ laudare volueris, ɔſidera qd vtiqꝫ ſuppoſueris] .ſ. añs in oꝛone laudatiua, [⁊ cũ ſupponere] .ſ. volueris, [ɔſidera qͦ vtiqꝫ laudaueris] .i. conſidera ɔñs, in quo cõcludis laudẽ. ⁊ aſſignat cãm, quare faciẽdę ſunt hę duę cõſiderationes, ⁊ dicit, [nã dictio] hęc laudatiua [cõmutata erit ex neceſſitate] de ipſo ɔſilio in laudationẽ, [cũ illud quidẽ inferẽs] .ſ. añs [hoc aũt nõ inferẽs,]ſꝫ illatũ .ſ. ɔñs [trãſponet.] nam in ɔſilio qͦ eſt antecedẽs, in laudatione efficit̃ ɔñs, ⁊ qͦ eſt ɔñs, efficit̃ añs. igit̃ locus octauus perſpicuus eſt, vt. vꝫ. accipias in laudes, quę accipiunt̃ in ɔſilijs in cõſequẽte. ¶ Quo vͦo ad verba attinet, verbũ [inferẽs,]gręce eſt κωλῦον, quod licet latine dici poſſit prohibens, tamen inferens tranſferendum eſt. nam ſic eſt textus perſpicuus.

¶ Atendũ etiã coꝝ, quę amplificãt, pluribꝰ: vt ſi ſolus, aut primꝰ, aut cũ paucis, aut quo maxime fecit. laudabilia enim hęc omnia.

Cõmẽta[m]. ¶ Cum docuiſſet loca laudis, nũc aſſignat loca, quibus oꝛatoꝛ p̃t amplificare laudes, ſi ipſę affuerint: quoꝝ primũ aſſignat a ɔparatione, q̃ fit ad alios hoies: ⁊ primo ponit intẽtionẽ ſuã dicẽs. [Atẽdum ẽt]ad laudes [eorũ, quę amplificãt pluribus.] deinde aſſignat, primũ locũ, a cõparatione q̃ fit ad alios hoies, ⁊ hꝫ plures p̃tes, quaꝝ primã tangit, cũ dicit, [vt ſi ſolus] .ſ. aliqd pręclari geſſerit, nã licet eſſet foꝛtaſſe facile, amplificat̃ laus, ſi ſolus fecerit. deinde tãgit ſecundã partẽ, ⁊ dicit, [aut] ſubandi [ſi primus]fecerit. poſſet eniꝫ id qͦ primus fecit, eſſe facile, ſꝫ qꝛ nullus antea, ex hoc laus auget̃. deinde tãgit tertiaꝫ partẽ, ⁊ dicit, ⁊ ſi non ſolus fecit, [aut cũ paucis]fecit, qm̃ licet fuerit factũ cum alijs, qꝛ pauci fuerint, augebit̃ laus. deinde tangit quartã partẽ loci, ⁊ dicit, [aut quo maxime fecit] .i. aut fecit modo, quo maxime fieri potuit. Facile eniꝫ factuꝫ nõnunq̃ꝫ magnum quoddã eſt, ſi fit mõ, quo maxime fieri põt. deinde aſſignat cãm, ⁊ dicit, [laudabilia enim hęc oia ſunt, ⁊ ideo ſi addant̃ laudibus, illas amplificabunt.

¶ Et quod eſt ex tempoꝛibus, ⁊ occaſionibus. hęc enim ſunt p̃ter conueniens.

Cõmẽta[m]. ¶ Aſſignat ſcðm locũ ex tẽpoꝛibus, ⁊ occaſionibꝰ, q̃ veniunt in tẽpoꝛibus: ⁊ dicit. [Et qͦ eſt ex t̃pibus, ⁊ occaſionibus]ſubaudi amplificat laudes. ex tẽpoꝛibus quidẽ, qm̃ qui aliqd fecit pꝛo ętate magnũ, licet ſimpl'r magnũ nõ eſſet, qꝛ tñ pꝛo ętate fuit magnuꝫ, maioꝛe laude dignus vr̃: vt Scipio, qui agens 19[m] ſuę ętatis annum, ſubiecit Carthaginẽ populo Romano. Ex occaſionibꝰ vͦo, qm̃ qui aliqd facit pꝛo occaſione, licet nõnunq̃ꝫ facile ſit, qꝛ tñ pꝛo occaſione factũ, eſt magnũ, maioꝛe laude dignus vr̃, qui id fecit. Qꝛ aũt ſint ardua, pꝛobat, ⁊ dicit, [hęc aũt ſunt p̃ter ɔueniens,] cum eniꝫ videant̃ nõ conuenire, ardua vident̃, quare amplificãt laudes.

¶ Et ſi ſępius eãdẽ rẽ geſſerit. magnũ nãqꝫ, ⁊ non a foꝛtuna. ſed a ſeipſo vtiqꝫ videbit̃.

Cõmẽta[m]. ¶ Aſſignat tertiũ locũ ab eo qͦ ſępius ideꝫ geſſerit, ⁊ dicit. [Et ſi ſępius eandẽ rem geſſerit,]⁊ aſſignat cãꝫ, ⁊ dicit, [magnũ nãqꝫ] .i. qͦ fit ſępius. [⁊ non a foꝛtuna,]naꝫ qͦ eſt a foꝛtuna, raro fit. [ſed a ſeipſo vtiqꝫ videbitur] ꝑfectum. quaſi ſit ſua pꝛudentia geſtum.

¶ Et ſi quibus allicimur, atqꝫ honoꝛamur, hęc ab ipſis inuẽta, atqꝫ cõſtituta fuerint.

Cõmẽta[m]. ¶ Aſſignat quartum locũ a pꝛimitate inuentionis earũ rex, quibus accẽnimur ad agendũ aliquid pręclari. ⁊ dicit. [Et ſi quibus allicimur]ad virtutẽ aliquã, [⁊ honoꝛamur, hęc ab ipſis inuẽta, atqꝫ conſtituta fuerint,] addẽdo hoc in laudẽ alicuius, amplificabimus laudẽ. ꝑꝑ hãc cãm inuentoꝛes ſtatuaꝝ maxime laudãdi ſunt. naꝫ inuenerunt ea, quibus incẽnimur ad virtutes. nã vt nobis erigant̃ ſtatuę, ad virtutes inflãmamur.

¶ Et id, ꝓpter qͦ pꝛima laus facta eſt, ſicuti Hippolocho, ⁊ Armodio, ⁊ Ariſtogitoni in foꝛo ſtatuę.

Cõmẽta[m]. ¶ Aſſignat quintũ locũ ab eo, ꝑꝑ qͦ aliquis pꝛimus laudat̃, ⁊ dicit. [Et id, ꝑꝑ qͦ]alicui [facta eſt pꝛima laus,] ad amplificandã laudẽ aſſumẽdũ eſt. [ſicuti Hippolocho ⁊ Armodio, ⁊ Ariſtogitoni in foꝛo ſtatuę] pꝛimuꝫ poſitę ſunt. Quare ſi qs voluerit hos laudare, amplificabit coꝝ laudes hoc, qͦ eis pꝛimũ datũ eſt, addẽdo.

¶ Similiter autem in contrarijs.

Cõmẽta[m]. ¶ Docet nunc amplificare vituperationes, ⁊ dicit. [Similiter aũt in ɔ̃rijs]eſt faciendũ, qm̃ ex quibus amplificamus, ex contrarijs eoꝝ poterimus vituperare.

¶ Et ſi non in eo ipſo abũdaueris, alijs viciſſim cõparas: qͦ Iſocrates ex conſuetudine ſua dicẽdi faciebat. Sed opꝫ illuſtribus cõparare etenim amplificat ipſum laudabile, ſi ſtudioſis melioꝛ.

Cõmẽta[m]. ¶ Cum docuiſſet amplificare laudes alicuius, cũ ille affuerint, nũc docet amplificare, cũ ille nõ affuerint, ⁊ aſſignat vnũ locũ, qui accipit̃ per comparationẽ ad illuſtres. ⁊ dicit. [Et ſi nõ in eo ipſo,]quem laudare volueris, [abũdaueris,]vt qꝛ non facile potes inuenire loca laudis in ipſo, [alijs viciſſim cõparas.]nam per ſimilitudinẽ, ⁊ exceſſum illoꝝ, poteris tuũ hominẽ laudare: [qͦ Iſocrates ex cõſuetudine ius dicẽdi faciebat.]ius dicẽdi gręce eſt δικαιολογεῖν, Qͦ Geoꝛgius tranſtulit declamandi, ⁊ non diſplicet, tamen ad verbũ, eſt (vt diximus.) deinde exponit, quibus debemus viciſſiꝫ cõparare, ⁊ dicit, [ſed opꝫ illuſtribus cõparare.] cuius rationẽ aſſignat, ⁊ dicit. [eteniꝫ]hęc cõparatio, quę fit ad illuſtres, [amplificat ipſum laudabile, ſi ſtudioſis melioꝛ] ſupple oſtẽdat̃. ⁊ ſi non quo ad oia, ſaltem quo ad aliqua. nã licet Cęſar ſimpl'r eſſꝫ p̃ferendus Scipioni, tamẽ qui voluerit laudare Scipionẽ, debꝫ dicere Scipionem eſſe longe continẽtioꝛem Cęſare. ⁊ ſic amplificabitur laus Scipionis.

¶ Incidit autem merito amplificatio in laudes. In excellentia eniꝫ eſt. quapꝛopter ⁊ ſi nõ illuſtribus, attñ multis opꝫ comparare. nam exceſſus virtutẽ oſtendere videtur.

Cõmẽta[m]. ¶ Nũc aſſignat aliũ locũ, cũ defuerit cõparatio ad illuſtres, ⁊ p̃mo accipit, amplificationẽ in oibꝰ gñibus dicẽdi hũc locũ, ſed potiſſimũ in gñe demõſtratiuo, ⁊ dicit. [Incidit aũt merito amplificatio in laudes] .i. in genere demõſtratiuo, in quo facimus oꝛones laudatiuas. ⁊ aſſignat cãꝫ, ⁊ dicit, [in excellẽtia eniꝫ ẽ]ipſa amplificatio, mõ in laudibꝰ magis cadit excellẽtia, q̃ꝫ i alijs gñibꝰ dicẽdi. q̃re ⁊ amplificatio, vt ſit ſyll's, excellẽtia potiſſimũ cadit in laudibꝰ. amplificatio eſt excellẽtia. igit̃ amplificatio potiſſimũ cadit i laudibꝰ. nũc aſſignat locũ, ⁊ dicit, [quapꝑ ſi nõ illuſtribꝰ] poſſumꝰ laudãdũ ɔparare, [attñ multis opꝫ ɔparare.] nã (licet nõ fuerit illuſtres) [exceſſus]i multitudie ɔparationũ [virtuteꝫ oñdẽ vr̃.]

¶ Omino aūt cōiuꝫ generum oꝛonibuſ oībus amplificatio quidē ineſt, accōmodatioꝛ demōſtratiuis. nam cū res geſtas quaſi certas accipiant, reliquū. erit itaqꝫ magnitudinem atqꝫ oꝛnamētuꝫ adijcere. Exēpla ꝟo deliberatiuis. Ex p̄teritis eniꝫ futura conijcientes iudicamus. Enthymemata aūt iudicialibꝰ. Cām eniꝫ ⁊ pꝛobationem maxime ſuſcipit hoc genus, pꝛopter incertitudinem.

Cōmētam. ¶ Cum hęc dixiſſet, nūc diſtribuit oſtēſiones per genera dicēdi, ⁊ dicit. [Omino aūt oꝛonibꝰ oībus cōiuꝫ generum] dicēdi, [ineſt amplificatio.] nā in oī oꝛone cuiuſcūqꝫ generis dicēdi poſſumus amplificare, tñ [amplificatio eſt accōmodatioꝛ] oꝛonibꝰ [demōſtratiuis. nā cū res geſtas quaſi certas accipiāt] oꝛatoꝛes, [reliquū erit itaqꝫ magnitudinē atqꝫ oꝛnamentuꝫ adijcere.] igiť amplificatio eſt ꝯueniētioꝛ demōſtratiuis oꝛonibus. deinde de exēplis loquēs dicit, [exēpla ꝟo deliberatiuis] oꝛonibus ꝯueniētioꝛa ſunt. cuius cāꝫ dicit, [ex p̄teritis enim] q̄ ſunt geſta, [futura cōijcientes,] atqꝫ p̄ſagientes [iudicamus.] nā de ſilibus idem eſt iudiciū. deinde loquēs de enthymematibꝰ, dicit, [enthymemata aūt iudicialibus] ſ. oꝛonibus accōmodatioꝛa ſunt, cuius rōneꝫ aſſignat, ⁊ dicit, [cām eniꝫ] .i. argumētū p cām, [⁊ pbationē] .i. ⁊ argumentū per effectuꝫ, [maxime ſuſcipit h̄ genus] .ſ. oꝛationū iudicialiū: [pp incertitudineꝫ.] q̄ eſt in iudicialibus. Quare licet in vnoquoqꝫ genere vnaquęqꝫ oſtēſio ineſſe poſſit, tñ per accōmodationē amplificatio eſt pꝛopꝛia demōſtratiuo generi, exemplum deliberatiuo, ⁊ enthymema iudiciali pꝛopter cauſas aſſignatas ab Ariſtotele.

¶ Ex quibus igitur laudes ac vituperationes fere oēs, ⁊ ad quę nam reſpicientes laudare ac vituperare opoꝛteat, ⁊ ex quibus cōmendationes atqꝫ oppꝛobꝛia fluant, hęc ſunt. nā cum hęc habenť, contraria erunt perſpicua. Vituperatio enim ex contrarijs eſt.

Cōmētam. ¶ Epilogat ⁊ dicit. [Hęc igiť ſunt, ex qbus laudes ac vituperationes fere oēs,] fiunt, ⁊ hęc ſunt, [ad q̄ naꝫ reſpiciētes laudare, ac vituperare opoꝛteat,] ⁊ hęc ſunt, [ex qbus cōmendationes atqꝫ oppꝛobꝛia fluant,] nec opꝫ imoꝛari in dādis locis de vituperatione, [nam] (vt inquit) [cū hęc] loca ō laudibus [habenť, ꝯꝛia] loca [erūt pſpicua. Vituperatio enim ex contrarijs eſt.] quare ex contrarijs poſſumus vituperare.

DE ACCVSATIONE ET DEFENSIONE.

¶ De accuſatione aūt ⁊ defenſione ex quot, quibuſue ratiocinationes fieri opoꝛteat, conſequens vtiqꝫ erit dicere.

Cōmētam. ¶ Cum dixiſſet de generibus deliberatiuo, ⁊ demōſtratiuo. nūc trāſit ad dicēdū de genere iudiciali. ⁊ p̄mo pponit intentionē ſuā, ⁊ dicit. [De accuſatione aūt ⁊ defenſione, ex quot] .ſ. locis numero, [⁊ ex qbus] .ſ. locis ſꝫ ſubſtātiā ⁊ definitionē [rōcinationes] accuſatoꝛias, atqꝫ defenſoꝛias [fieri opoꝛteat, ꝯn̄s vtiqꝫ erit dicere.] ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, accuſatio gręce eſt κατηγορια, q̄ ⁊ pꝛędicamentū ēt dꝛ, eſt aūt accuſatio (vt definit Ariſto. in theodecticis) vt bꝛeuiter dixerim, iniuriarū, delictoꝛūqꝫ expō. ſ. coꝛam iudice facta. defenſio ꝟo gręce απολογια, quę ⁊ excuſatio dici pōt. eſt autē defenſio (vt eodē loco ſcribit Ariſto.) delictoꝝ, ⁊ iniuriarum, quę vel in accuſationē, vel in ſuſpitionē venerint, diſſolutio. ſ. facta coꝛā iudice eodem apud quē facta eſt accuſatio: de his igitur dicendum.

¶ Opoꝛtet itaqꝫ accipere tria, vnuꝫ quidem ⁊ quoꝝ nam ⁊ quot gratia iniuriaꝫ inferūt. Scōm quonam modo ipſi affecti. Tertiuꝫ in quales, ⁊ in quo modo ſe habentes.

¶ Moꝛe boni mathematici Ariſt. in alijs generibꝰ dicēdi pceſſit, ſic in p̄ñti genere pꝛoponit definitiones, ⁊ dignitates. deinde pficiſceť ad loca iuſti, ac iniuſti. Quātum ad pꝛimā partē pꝛimo pponit, ⁊ dicit. [Opꝫ itaqꝫ accipere tria] .ſ. tanq̄ pꝛęambula, [vnū quidē, ⁊ quoꝛuꝫ nam, ⁊ quot gratia iniuriā inferūt] .ſ. hoīes hoībꝰ. [Secūdum quo nā modo ipſi affecti] .ſ. iniuriantes iniuriā inferāt. [Tertiū in quales] idest [ac in quo modo ſe habentes] iniuriam inferāt. nō enim oīs hō eſt aptus pati iniuriā, ideo opꝫ declarare quo modo ſe hꝫ, qui aptus eſt pati iniuriam: hęc tria pꝛoponit. Cōmētam.

¶ Definientes igitur id, quod eſt iniuriaꝫ facere, dicemus deinceps.

¶ Cum pꝓpoſuiſſet dicere tria, nunc illis dicendis addit quartū, ſine quo illa tria nō bene dicerenť. ⁊ dicit. [Definiētes igiť] .i. poſtq̄ igiť definierimus, [id qꝺ eſt iniuriā facere dicemus deinceps] illa tria, q̄ pꝓpoſuimus dicere. Sine eniꝫ declaratione huius, nō poterimus intelligere, quoꝝ ⁊ quot gr̄a hoīes hoībus iniuriam inferūt. nec quo mō affecti iniuriantes hoībus iniuriā inferant, nec quo mō ſe hñt, qui patiunť iniuriā. igiť pꝛimo definiamus id, qꝺ eſt iniuriaꝫ facere, qꝺ gręce eſt αδικειν: latine (vt ita dixerim) iniuriari. Cōmētam.

¶ Sit igiť iniuriari ſpōte p̄ter leges officere.

¶ Definit itaqꝫ ipꝫ iniuriari, ⁊ dicit. [Sit igiť iniuriari ſponte p̄ter leges] βλαπτειν idest [officere] vel lędere. dixit [ſponte,] qꝛ (vt poſtea dicemus) iniuſtus ex eo eſt iniuſtus, qꝛ p̄ter leges volūtarie officit, atqꝫ ledit alterū. iniuria ꝟo apud authoꝛes multifariaꝫ dꝛ, oē enim qꝺ non iure fit, iniuria dꝛ: ſiue verbis, ſiue re. re quideꝫ, cū manus inferunť. verbis aūt, cum fit cōuitiū. nōnulli inter iniuriā ⁊ contumeliā dꝛiaꝫ fecerunt, ꝙ iniuria ſit verbis, cōtumelia ꝟo, factis. Ariſto. tamē iniuriari definiens dixit, eſſe ſponte pꝛeter leges officere: vel lędere: complectens, ⁊ verbis, ⁊ factis. Cōmētam.

¶ Lex autem, alia quidē pꝓpꝛia, alia ꝟo cōis. dico aūt pꝛopꝛiā, qua ſcripta ciues viuunt. cōem ꝟo, qua nōnulla ēt ſi ſcripta non ſunt, apud omnes tamen videntur valere.

¶ Cū Ariſtoteles definiſſet iniuriā, nūc pꝛo declaratione illius, declarat illā particulā poſitā in eius definitione. vꝫ p̄ter leges, ⁊ declarādo legē, pꝛimo diuidit legeꝫ, poſtea definit vnāquāqꝫ legē, diuiſit aūt pꝛimo legeꝫ, qm̄ lex eſt quoddā ęquiuocuꝫ, qꝺ pꝛius dꝫ diuidi: ⁊ dicit. [Lex aūt] duplex, [alia quidē pꝓpꝛia,] vt lex ciuilis, quę ⁊ ius poſitiuū, ⁊ ius ſcriptū cōtinet. [alia ꝟo cōis,] vt lex non ſcripta: quę nālis lex dꝛ, quę eadeꝫ eſt apud oēs. deinde definit vnāquāqꝫ ⁊ dicit, [dico aūt pꝓpꝛiaꝫ, qua ſcripta] πολιτευονται, idest ciues viuūt, vel rem publicam gubernāt. deinde exponit cōem legē, ⁊ dicit, [cōeꝫ ꝟo, qua nōnulla, ēt ſi ſcripta non ſunt, apud oēs tñ vr̄ valere,] ⁊ eē manifeſta. ſed qd ſit lex cōis, ꝗdue pꝓpꝛia, poſterius dicemus. Illud ꝟo nunc ſatis ſit, p legē cōem Ariſtotelē intellexiſſe eam, q̄ ius nāle cōtinet, Cōmētam.

qꝺ non

qđ non ſcriptum dr̄.non q2 ſcribi nō poſſit,ſed q2 non neceſſario eſt ſcribendū.cum eniʒ nobis ſit quaſi natura inſitū,ēt ſi nō ſcribat,memoria tenet.p legē ꝓ propriā,eam,quę ciuile ius cōtinet, qđ(cum non ſit nobis natura inſcitū) facile memoria cadit:ideo(vt memorię mandet)ſcribit,⁊ hac rōne ius ſcriptū vocat. vnde in theodecticis, lex aūt(inquit)eſt cōis ciuitatis cōſenſus qui ſcriptis pręcipit,quo mō vnūqđqʒ agendū ſit. cum ergo dr̄ in definitione iniurię eſſe nocere ꝑter leges,intelligendū eſt q̄ſuis leges ſiue ſcriptas,ſiue nō ſcriptas.

Sponte autem faciunt quęcūqʒ ſcientes, ⁊ non coacti.nā quęcūqʒ ſponte,non ne eligentes:quęcūqʒ aūt eligentes, ſcientes oīa. nullus enim quod eligit,ignorat.

Cōmēta^m. Nunc declarat aliā particulā poſitā in definitione ipſius iniuriari.ſ.illā particulā.[Sponte.] ⁊ dicit,[ſpōte aūt faciūt,q̄cūqʒ ſcientes,⁊ nō coacti] ſubaudi faciunt. Qꝫ aūt ſcientes,probat,⁊ dicit,[nam q̄cunqʒ ſponte].ſ. faciunt,[non ne eligentes].ſ.faciunt:ita eſt dicendum, tanq̄ manifeſtū 3° ethicoꝝ,tunc vltra,[quęcūqʒ aūt eligentes].ſ.faciunt,[ſcientes oīa].ſ.faciunt.cuius rationē aſſignat,⁊ dicit,[nullus enim qđ eligit,ignorat.]nā electio eſt finis ɔſilij,⁊ cōſiliū per ſciaʒ fit.igit a primo ad vltimū quęcūqʒ ſponte faciūt,ſciētes faciūt.non declarauit aūt illam particulā,nō coacti,qm̄ ſi ſciētes faciūt, multo magis non coacti,q2 directius coactuʒ opponit ipſi ſponte facto,q̄ ignorāter factū eidem opponatur.

Ea autem(quibus officere, ⁊ ꝑter leges praua cōmittere)eligunt, improbitas eſt,⁊ intemperantia.

Cōmēta^m. Dictuʒ eſt iniuriari non eſſe,niſi ſponte fiat. ſi ita eſt, cur hoīes eligūt magis iniuriari q̄ agere ſm leges.ſpōte enim vtrūqʒ fit,quaſi rñdens dicit.[Ea aūt,quib⁹ officere, ⁊ ꝑter leges praua cōmittere eligunt].ſ.homies, [improbitas eſt ⁊ intēperantia,] ex his eniʒ habitibus turbata mens eligit officere ac praua cōmittere contra leges.nō quidē coacte,ac neceſſario,ſed per inclinationem:alioquin non peccaret.

Si enim vitium habeant nōnulli,aut vnū, aut plura,in quo improbi ſunt, in eo quoqʒ iniuſti ſunt. veluti illiberalis ī pecunijs. Intemperatus in corporis voluptatib⁹. Mollis in deſidijs. Timidus in periculis. deſerit enim periculoꝝ ſocios ꝑpter timorē. Ambitioſus ꝑp honores. Iracūdus ꝑp iram. Cōtentioſus ꝑpter victoriā. Acerbuʒ ꝑp vltionem. Inſipiens,qm̄ circa iuſtū,⁊ bonū decipit. Eodem modo ceteroꝝ vnuſquiſqʒ in ſuo ſubiecto. verum hęc, partim ex ijs, quę de virtutibus dicta ſunt. partiʒ ex ijs,quę de affectibus dicentur,patebunt.

Cōmēta^m. Adducit ſignuʒ,⁊ eſt,qm̄ in quo vitio improbi ſunt, in eo ēt iniuſti ſunt,⁊ alijs iniuriantur.⁊ hoc dicit.[Si eniʒ vitiū habeāt nōnulli,aut vnū,aut plura,in quo] vitio.ſ.[improbi ſunt]aut affectu,aut habitu,[in eo quoqʒ iniuſti ſunt]alijs.ſ.iniuriantes.[veluti illiberalis in pecunijs]alteri iniuriā ifert,[intēperatus in corporis voluptatibus. Mollis in deſidijs]nocet alteri,eſt eniʒ deſidia vitiū pigritię.deſidioſus eniʒ nō vult laborare. iō operarij,qui ad labores mercede ducunt nocēt,conductoribus ꝑ deſidias.venit fortaſſe deſidia a deſide, naʒ deſes eſt,qui nihil agit,⁊ otioſus ſedet. non aūt credas me ignorare deſidiā eſſe vitiū ignauię(vt apud Saluſtiū legit.)ſed de his ad grāmaticos.tn̄ verbum gręcuʒ ραϑυμα eſt,latine(vt ad verbuʒ dixerim) pigritoſa, vel pigritabilia. In his eni mollis officit alteri. deinde ſeqtur,⁊ dicit [Timidus in periculis.] iniuriat [deſerit eniʒ periculoꝝ ſocios ꝑp timorē. Ambitioſus ꝑpter honores]iniuriat.[Iracūdus ꝑp irā, cōtētioſus ꝑp victoriā. Acerbus,]qui gręce πικρος dr̄,[ꝑp vltionē. Inſipiens,]qui gręce αφων,latine quoqʒ ſtultus,[qm̄ circa iuſtū,⁊ bonū decipit]officit.⁊ ne longius ꝑgrediat, dicit,[eodem mō ceteroꝝ]vitioſoꝝ[vnuſquiſqʒ]iniuriat alteri[in ſuo ſubiecto].i.in vitio circa qđ verſatur tanq̄ circa ſuū ſubiectuʒ. In veteribus trāſlationibus legit,[inuerecundus ꝓ ꝑp paruipenſionē glię].ſ.officit,q2 paruipendit gloriā,nec de gloria nec de celebritate curans. Quę verba in noſtris codicibus non inuenimus,nec Georgius habebat.ſʒ qm̄ hęc vitia partiʒ ſunt ꝑp affectū,vt incontinētia,⁊ iracūdia, ⁊ timor,⁊ alia id genus,alia ꝑp habitū acquiſitū ex improbis actibus,iō a diligētiore ptractatione ſe excuſans,dicit.[verū hęc] ſ.vitia[partiʒ ex ijs,quę de virtutibus dicta ſunt,]paulo ante,⁊ in lib° ethicoꝝ. Quantū ad vitia,q̄ ſunt ex habitu,[partiʒ ex ijs,quę]ſcđo huius[de affectib⁹ dicentur,]quantū ad vitia, q̄ ſunt ab affectibus,[patebunt.]

Reliquū autem eſt dicere, cuius gratia, ⁊ quo mō ſe habēt,qui iniuriant, ⁊ quibus.

Cōmēta^m. Redit nūc ad ea,quę ꝓpoſuit,naʒ cū dixiſſet de ipſo iniuriari,nūc(vt inquit.) [Reliquū] eſt dicere, [cuius gr̄a].i.ꝑp quas cās hoīes iniuriant, [⁊ quo mō ſe hn̄t, qui iniuriant,⁊ quibus]hoībus iniuriant.hęc tria ꝓpoſuit,⁊ nūc exeqtur. Ex his enim quę dixit,habem⁹ duo, ⁊ qd ſit iniuriari,⁊ in quibus rebus iniurię ab hoīb⁹ inferunt. Eſt eniʒ iniuriari ſponte ꝑter leges officere. dixit ſponte,qm̄ q coacte,aut ignoranter officit,non iniuriat,dixit ꝑter leges.qm̄ iudex lędit improbū,q2 tn̄ nō ꝑter leges ei nocet,non dr̄ iniuriari.dixit officere,nam qui neqʒ verbis,neqʒ factis officit,hic non pōt dici iniuriari. Ea ꝓ ī quibus hoīes iniuriant ac officiūt,ſunt vitia,quibus aut affectu, aut habitu ſunt praui. Quare reliquum erit redire ad ea,quę propoſuit.

Quid iniuriari.

Ea in qb⁹ homines hoīb⁹ officiūt:ac iniuriantur.

Primum ergo diuidamus, quę appetimus,⁊ quę ſunt, quę(vt fugiamus)iniuriā facere conamur.

Cōmēta^m. Pro executione eoꝝ,quę ꝓpoſuit,premittit ſe facere duo,⁊ dicit.[Primuʒ ergo diuidamus,quę appetim⁹.] Scđo,[⁊ quę ſunt,quę vt fugiamus,iniuriaʒ facere conamur.]his eniʒ cognitis,ac intellectis, erit manifeſtū propter quas fit iniuria.

Perſpicuū enim eſt conſiderandum eſſe accuſatori,quot,⁊ quę reo inſunt ex ijs,quibus omnes ſpōte proximis iniuriant. defenſori aūt quot ⁊ quę eorum non inſunt.

ſponte ἐφιεμένοι appetentes appetendo volendo.

Cōmēta^m. Quia aliqs dicere poſſet,ea q̄ poſita ſunt, nō ptinere ad genus iudiciale,oñdit illa ptinere ad genus iudiciale ex parte accuſatoris,⁊ dēfenſoris,⁊ dicit. [Perſpicuū enim eſt cōſiderandū eſſe accuſatori quot,⁊ quę reo inſunt ex ijs,quibus]hoīes[oēs]εφιεμενοι.i. ſponte volendo,vel appetēdo[proximis iniuriant.]ꝓximis gręce ē πλησιονα latine ꝓpings ēt vt ſi reo ipſi inſit incōtinētia,ꝑ quā iniuriet ꝓximis, quantū ad vxorē,vel

filias,aut inſit illiberalitas,per quã iniuriet̃ proximis in pecunijs,⁊ ſic de alijs.⌊defenſori aũt⌋ↄſiderandũ ẽ q nõ inſint,⌊⁊ quot ⁊ q̃ nõ inſunt eoꝝ,⌋qbus hoies hominibus iniuriant̃.igit̃ agere de his,quẽ ꝓpoſita ſunt, attinet ad genus iudiciale.Cõſiderat autẽ illa accuſator partiꝫ qꝛ in eis aliqñ reum accuſat,partiꝫ qꝛ in quo eſt habitus malus,ꝑſumit̃ malus ẽm eum habitũ,quo eſt malus.At defenſor defendendo enititur oſtendere illa nõ ineſſe,nam ſic remanet abſolutus.

¶ Omnia itaqꝫ quẽ oẽs agunt,alia quidẽ nõ ꝓpter ſeipſos,alia ꝟo pp ſeipſos. eoꝝ autẽ, quẽ non pp ſeipſos,alia quideꝫ fortuna,alia ꝟo neceſſitate agunt. ⁊ eoꝝ, quẽ neceſſitate, alia vi,alia natura. Quare oia quẽcũqꝫ non pp ſeipſos agũt,alia fortuna,alia nã,alia vi.

Cõmẽta[m]. ¶ Proſequendo igitur nunc de ꝓpoſitis,primo diſtinguit oẽs cãs,qbus hoies agũt p diuiſionẽ,⁊ ſubdiuiſionẽ,⁊ dicit.⌊Oia itaqꝫ quẽ oẽs⌋.ſ.hoies⌊agunt,alia qdẽ non pp ſeipſos⌋agũt,⌊alia ꝟo⌋agunt⌊pp ſeipſos.⌋deinde ſubdiuidit dicẽs,⌊eoꝝ auteꝫ,quẽ non pp ſeipſos⌋agunt,⌊alia quidẽ fortuna⌋.ſ.agũt,⌊alia ꝟo neceſſitate agunt.⌋deinde ſubdiuidit adhuc,⁊ dicit,⌊⁊ eoꝝ,quẽ neceſſitate⌋.ſ.agunt,⌊alia vi,alia natura⌋agunt.tunc ↄcludit ea,quẽ nõ pp ſeipſos agunt,⁊ dicit,⌊quare oia quẽcũqꝫ non ꝓpter ſeipſos agunt,alia fortuna,alia natura alia vi⌋agunt.

¶ Quẽcũqꝫ auteꝫ ꝓpter ſeipſos,quorum.ſ. ipſi cauſẽ ſunt,alia quidẽ pp conſuetudinẽ, alia pp appetitũ,⁊ hoꝝ quẽdaꝫ appetitu rationali.quẽdã irrationali. voluntas autẽ eſt appetitus boni cum rõne. nullus eniꝫ aliqd vult,niſi cũ bonũ eſſe putauerit. Appetitus ꝟo irrationales ira,⁊ cupiditas.

Cõmẽta[m]. ¶ Nunc diuidit cãs,quibus hoies per ſe agũt,⁊ ea,q̃ p ſeipſos agunt,⁊ dicit.⌊Quẽcũqꝫ aũt⌋.ſ.hoies⌊per ſeipſos⌋agũt,⌊quoꝝ.ſ.ipſi cauſẽ ſunt,alia quidẽ⌋agũt⌊pp ↄſuetudinẽ,⌋ita vt cõſuetudo ſit aliquo pacto cã,⌊alia agũt pp appetitum,⌋ita,vt appetitus ſit in cã.⌊⁊ hoꝝ⌋ ſ.quẽ appetitu agũt,⌊quẽdaꝫ agũt appetitu rõnali,quẽdam⌋agũt appetitu⌊irrationali,⌋exponit aũt qs ſit appetitus rõnalis,⁊ dicit.⌊volũtas aũt eſt appetitus boni cũ rõne.⌋igit̃ per appetitũ rõnalẽ intelligere debemus voluntatẽ,deinde ſubdiuidit irrationalẽ appetitum,⁊ dicit,⌊appetit⁹ ꝟo irrationales⌋ſunt⌊ira,⁊ cupiditas,⌋quẽ alio verbo concupiſcentia dicitur.

¶ Quare oia,quẽcũqꝫ agunt,neceſſe eſt agere ſeptẽ cauſis:fortuna,vi,natura,cõſuetudine,ratione,ira,concupiſcentia.

Cõmẽta[m]. ¶ Ex his,quẽ dixit,cõcludit ſeptẽ eſſe cauſas,qbus agimus,⁊ dicit.⌊Quare oia quẽcũqꝫ agũt⌋.ſ.hoies,⌊neceſſe eſt agere ſeptẽ cauſis,⌋exponit illas dicẽs,⌊fortuna, vi,natura⌋quantũ ad ea,q̃ hoies agunt non pp ſeipſos. ⌊conſuetudine,rõne,⌋ideſt rationali appetitu,⌊ira,concupiſcentia,⌋quantum ad ea:quẽ homines agunt ꝓpter ſeipſos,igitur omnes ſunt ſeptem.

¶ Prẽdiuidere aũt ea,quẽ aguntur ẽm ẽtates,aut habitus,aut alia quẽdã,ſuperfluum vtiqꝫ erit.nã ſi accidit,vt iracũdi aut cupidi iuuenes ſint,non tñ pp iuuẽtutẽ huiuſmodi agunt,ſed propter iram ac cupiditatem.

Cõmẽta[m]. ¶ Remouet cõtra dictas cãs dubitationẽ,qꝛ vĩ ſeptem illas,quas enumerauit,nõ ſufficere ad ea,quẽ nos agimus.naꝫ aliqua hoies agunt pp ẽtates,aliqua pp diuerſas ↄſtitutiones,aliqua pp habitus,quẽ non numerantur inter cãs ſeptẽ ſupradictas.rñdet,⁊ primo declarat eos,qui agunt pp ẽtatẽ,non agere ꝓpter ẽtateꝫ,ſed pp aliquã eaꝝ cauſaꝝ,quas enumerauit,⁊ dicit.⌊Prẽuidere aũt ea,quẽ agunt̃⌋.ſ.ab hoibus⌊ẽm ẽtates,aut habitus⌋in aĩa acqſitos,qui ſunt virtutes,aut vitia,⌊aut alia quẽdam⌋.ſ.ſcðm ↄſtitutiones vel in gradu nobilitatis, vel diuitiaꝝ,vel potẽtiẽ,⌊ſupfluũ vtiqꝫ erit.⌋non eniꝫ hẽc cauſẽ ſunt ꝓpriẽ eoꝝ,quẽ hoies agũt.⁊ primo.Qꝫ ẽtates non ſint cã,declarat,⁊ dicit,⌊nã ſi accidit,vt iracũdi,aut cupidi iuuenes ſint,non tñ pp iuuentutẽ hmõi agunt,⌋quẽ ſpectat agere ad iracũdos,aut cupidos,⌊ſꝫ ꝓpter⌋appetituꝫ irrationalẽ.vꝫ.⌊pp iram,ac cupiditatẽ.⌋⁊ ſic ẽtas non dꝫ inter cãs enumerari. Cũ igit̃ appetitus irrationalis,(qui deſcribit̃ per irã,⁊ concupiſcentiã,)ſit cauſa eoꝝ,quẽ proficiſcũtur ab iracundia ⁊ cupiditate,ſuperfluum erit aſſignare ẽtates.

¶ Neqꝫ diuites,⁊ pauperes pp diuitias,⁊ paupertatẽ,ſed accidit,vt pauperes pp egeſtatẽ pecunias cupiant,diuites ꝟo pp licentiã cupiãt voluptates nõ neceſſarias. Itaqꝫ hi etiam non propter diuitias,⁊ egeſtatem, ſed propter cupiditatem.

licentiam εξουσιαν poteſtatem.

Cõmẽta[m]. ¶ Scðo loco oſtẽdit,ↄſtitutiones,quibus hoies conſtituunt̃ i gradu diuitũ,vel paupeꝝ,vel nobiliũ,vel ignobiliũ,non eſſe cãs eoꝝ,quẽ hoies agũt per ſe,ſed appetitũ irrationalem:⁊ dicit.⌊Neqꝫ diuites,⁊ pauperes pp diuitias ⁊ paupertatẽ⌋ſubaudi agũt,quẽ agũt,⌊ſed accidit,vt pauperes pp egeſtateꝫ pecunias cupiant,diuites ꝟo pp⌋εξουσιαν ideſt⌊pp licentiaꝫ⌋vel poteſtatẽ⌊cupiant voluptates nõ neceſſarias.⌋⁊ ita ↄſtitutiones per accñs cauſẽ ſunt eorum,quẽ diuites,⁊ pauperes agunt. ppea ↄcludit,⌊itaqꝫ hi ẽt non pp diuitias ⁊ egeſtatem⌋ agũt,quẽ agunt.⌊ſed⌋pp appetitũ irrationalẽ ideſt⌊pp cupiditatem.⌋Quia igitur hi directe non agunt ea,quẽ agunt pp diuitias,atqꝫ paupertatẽ,ſed pp appetituꝫ irrationalẽ,qui eſt ipſa cupiditas vel ira,iure ↄſtõnes nõ ſunt inter cãs enumerandẽ eoꝝ,quẽ agimus.

¶ Eodem quoqꝫ modo iuſti,⁊ iniuſti,cẽteriqꝫ,qui ẽm habitus agere dicuntur:pp illa oia agent.nam aut pp rationeſ,aut pp affectũ,ſed quidã moribus ac affectibus etiam bonis,quidam autem contra.

Cõmẽta[m]. ¶ Tertio loco oſtẽdit habitus,quibus hoies dicuntur agere,nõ eẽ cãs eoꝝ,quẽ hoies agũt per ſe,ſed eoꝝ eẽ cauſas rõnalẽ appetitum,⁊ irrationalẽ,⁊ dicit.⌊Eodeꝫ quoqꝫ mõ iuſti,⁊ iniuſti,cẽteriqꝫ,qui ẽm habitus agere dicunt̃,pp illa oia⌋ideſt pp aliquã cãm eaꝝ,quas diximus⌊agent,nam aut⌋agent⌊pp rõnẽ⌋ideſt appetitũ rationalẽ,⌊aut pp affectũ⌋.i.pp appetitũ ſenſitiuũ,qui dĩ irrationalis.veꝝ non eodẽ modo⌊ſed quidã⌋.ſ.iuſti,⁊ alij officioſi⌊moribus ac effectibus ẽt bonis⌋.i.appetitu ſenſitiuo rõne regulato.p mores enim ⁊ effectus appetitũ irrationalẽ ĩtelligit rõne bene affectũ,atqꝫ aſſuetum.⌊Quidã aũt⌋.ſ.iniuſti,atqꝫ alij vitioſi⌊contra⌋appetitu ſenſitiuo male affecto,atqꝫ male aſſueto. Quẽ dĩa ſit inter habitũ,⁊ cõſuetudinẽ.10.ẽthicoꝝ pꝫ.ſatis aũt nobis ad pñs ſit Ariſto.per habitus nõ cõſuetudines intellexiſſe:nam ois habitus animi eſt virtus,aut

vitiū,conſuetudo tñ pōt eſſe,ꝛ non virtus,neq; vitiū. inferendis enim ponderibus,ꝛ incorporeis laboribus eſt cōſuetudo, vt illud Hippocratis monſtrat aſſuetos ferre labores,vbi nec virtus, neq; vitium eſt.ꝓpterea cōſuetudinem inter cauſas enumerauit,non autē habitum.non enim parua in ea dr̃ia eſſe videtur.

¶ Accidit aūt,vt ad hos quidē habitus alia, ad illos ꝟo alia cōſequātur.forſan enim ſtatim tēperatum ꝓpter tēperantiā ipſum tam opiniones,ꝙ cupiditates probe circa voluptates cōſequūtur. At intēperatū circa eaſdē ipſas contrarię.quapropter ab huiuſmodi diuiſionibus ſuperſedendum eſt.

Cōmēta[m]. ¶ Cum demōſtraſſet ętates,cōſtitutiones,ꝛ habitus nō eſſe inter cās humanoꝝ actuū enumerādas,nūc demōſtrat nō eſſe pęnitus impꝫtinētes cauſis ipſis,ſaltē quatenus inclinant ad diuerſas appetitiones, atq; cupiditates,ꝛ dicit.⌊Accidit aūt,vt hos quidē habitus,alia ad illos ꝟo,alia cōſequātur.⌋ ſaltē per inclinationes diuerſas,ꝛ ſicuti de habitibus,ſic de ętatibus,ꝛ ꝯſtitutionibꝰ intelligēdū eſt.deinde declarat de habitibꝰ id,qđ ꝓpoſuit,ꝛ dicit,⌊forſan eniꝫ ſtatim tēperatū ꝑꝑ tēperantiaꝫ ipſuꝫ tam opiniones ꝙ cupiditates ꝓbę circa voluptates ꝯſequūtur,at intēperatū circa eaſdē ipſas⌋voluptates cōſequūtur⌊contrarię⌋opiniones ac cupiditates.qꝛ tñ non vident̃ per ſe cauſę humanoꝝ actuū,ſicuti ſunt illę,quas enumerauimꝰ,ideo dicit,⌊quapropter ab huiuſmodi diuiſionibus ſuperſedendum eſt.⌋

¶ Conſiderandū ꝟo,quę quos ſequi ſoleāt. nā ſi albus,aut niger,aut magnus,aut ꝑuus, nihil ex his ordinate cōſequitur. ſin aūt iuuenis,aut ſenex,aut iuſtus,aut iniuſtus,ꝛ oīno quęcūq; accidentiū mores hoīum differentes faciūt,iam inter ſe differūt.vt ſi aliqs diuitē,aut inopem,felicē quoq;,aut infelicem ſe putauerit,idipſum nōnullaꝫ dr̃iam faciet. ſed de ījs poſtea dicemus.nunc auteꝫ de reliquis dicamus primo.

Cōmēta[m]. ¶ Sed qm̃ nulli fortaſſe dicēt pertinaciter ętates,cōſtitutiones,ꝛ habitus eſſe inter cās humanoꝝ actuuꝫ enumerandas,ꝑꝑea qꝛ ex eis ſequunt̃ diuerſi effectus lōge magis ꝙ ex albo,ꝛ nigro,ꝛ cęteris accidētibus eius generis, dicit rñdendo ſe velle de ījs dicere poſterius 2° lib°,hic tñ ſufficiat de ſeptē illis cauſis dicere.vñ dicit. ⌊Cōſiderādū ꝟo quę⌋.ſ. opera vel actiones,⌊quos⌋ſic vel aliter affectos⌊ſequi ſoleāt.⌋ꝛ exponit quo mō ętates,ꝯſtitutiones,ꝛ habitus ſint humanoꝝ actuuꝫ cauſę magis ꝙ albū ꝛ nigrū,ꝛ id genus,ꝛ dicit, ⌊naꝫ ſi albus, aut niger,aut magnus, aut paruus⌋ ſubaudi fuerit aliqs,⌊nihil ex his ordinate⌋.ſ.nec per ſe, nec inclinatiue ⌊cōſeqtur.⌋qꝛ nęc bonę nec male opiniones ac cupiditates,⌊ſi aūt⌋aliquis⌊fuerit iuuenis,aut ſenex⌋quantuꝫ ad ętates,⌊aut iuſtus aut iniuſtus⌋quantuꝫ ad habitus, ⌊ꝛ oīno⌋ fuerit affectus ījs,⌊quęcūq;⌋de numero⌊accidētiū mores hoīuꝫ differētes efficiunt⌋.ſ.oīno fuerit affectus ꝯſtitutionibꝰ⌊iam inter ſe differūt⌋hi ſic differēter affecti ſaltē quo ad inclinationē differunt,qđ exponit per exēpla,ꝛ dicit,⌊vt ſi aliqs diuitē,aut inopē,felicem quoq; aut infęlicē ſe putauerit,id ipſuꝫ nōnullam dr̃iaꝫ faciet⌋in ipſis humanis actibus,igit̃ ſunt enumerāda inter cās humanoꝝ actuū ſaltē quo ad inclinationes,per quę videt̃ concedere totū,ꝛ dicit tñ,⌊ſed de ījs poſtea dicemus⌋.ſ.ſcđo huius.⌊nūc aūt de reliquis⌋.ſ. ſeptē enumeratis cauſis⌊dicamus primo.⌋ꝛ ſic cōcedit hęc aliquo mō eſſe cās,verum nūc de illis ſeptem dicere proponit primo in hoc li°,de alījs ꝟo ſcđo huius.

¶ Fortuna itaq; ſunt q̃cūq; ita fiunt,vt cum ꝛ eoꝝ cā indeterminabilis ſit,nec huius gratia,nec ſemper,nec vt plurimum,nec ordine fiūt:q̃ quidē fortunę ipſiꝰ definitione patēt.

¶ Cum ꝓpoſuiſſet dicere de illis ſeptē,nunc exequit̃,ꝛ primo exponit effectus,qui ſunt a fortuna,nā ex eis facile patere pōt quid ſit fortuna,ꝛ dicit. ⌊Fortuna itaq; ſunt⌋ideſt effectus fortuiti ſunt,⌊quęcūqꝫ ita fiūt,vt cū ꝛ eoꝝ cā indeterminabilis ſit,⌋atqꝫ nobis incognita,ꝛ latēs,⌊nec huius grã⌋.ſ.alicuius finis grã,⌊nec ſemper, nec vt plurimum,nec ordine⌋aliquo⌊fiunt.⌋ꝛ qm̃ hęc ſunt declarata.2° phyſicoꝝ,dicit,⌊quędā⌋oīa in hmōi definitione poſita⌊fortunę ipſius definitione patent.⌋ dixit⌊indeterminabilis⌋ad dr̃iaꝫ cęteroꝝ effectuū,qui ſunt ab alījs qbuſuis cauſis.nā cęteri effectus hñt cām certā,atqꝫ nobis cognitā.Sola eniꝫ ea, quę ſunt a fortuna,ſunt a cauſa incerta,atq; incognita. dixit ⌊nec grã huius,⌋qm̃ effectus fortuiti non ſunt grã finis,ſed p̃ter intentionē ꝛ in hoc differūt ab effectibus,qui ꝓficiſcūtur ab agēte a ꝓpoſito.dixit,⌊nec ſemper, nec vt plurimū⌋ad dr̃iaꝫ effectuū,qui ſunt a natura,q ſunt aut ſemper,aut plerūqꝫ.dixit⌊ordine fiunt,⌋ad dr̃iaꝫ eoꝝ, quę fiunt ab arte,quę fiunt ordinate.Ex ījs pōt patere quid ſit ipſa fortuna,cū accipit̃ pro cauſa ꝑ accidēs.eſt enim agens rōnale,qđ agit ad vnū finē,ꝛ efficit aliū,quē non intēdebat facere,nec p̃cōceperat efficere.hoc pacto homo ꝓficiſcens ad forū,vt inueniret debitorē,ſi non debitorē,ſed creditorem inuenit,tales hō fortuna eſt pro cauſa.Inuētio ꝟo creditoris eſt effectus fortuitus. Caſus ꝟo vlior eſt fortuna,naꝫ reperit̃ tam in agentibus nālibus,ꝙ in agentibus volūtarījs. In agētibus enim nālibus caſus pro cauſa eſt,agens nāle,qđ mouetur ad agendū vnū effectū,ꝛ aliū efficit.vt ſi equus fugiēs muſcas in antrum,a lupo euaſerit,equus eſt caſus pro cauſa per accidens,euaſio eſt effectus caſualis.

¶ Natura autem quorūcunq; cauſę in ipſis quoq; ſunt,ꝛ quideꝫ ordine.nam aut ſemꝑ, aut vt plurimum ſic eueniunt.

¶ Nūc declarat effectus nāles,nam ex his patebit agēs nāle,ꝛ dicit.⌊Natura aūt⌋ſunt ea,⌊quorūcūqꝫ cauſę in ipſis ſunt,⌋ideſt,quę cās agentes per ſe hñt.⌊ꝛ quidem ordine,⌋qꝛ ſi hñt cauſas agentes per ſe,igit̃ eas habent cuꝫ ordine.nec opꝫ addere aut ſemper,aut vt plurimū, ⌊nam⌋quę hñt cās per ſe cū ordine,⌊aut ſemꝑ⌋.ſ.ſi non impediunt̃,⌊ſic eueniunt,aut⌋ſi impediunt̃,⌊eueniunt ſic vt plurimū.⌋ex his pꝫ qđ ſit natura cuꝫ ſumitur pro cauſa.eſt enim natura agens nāle,quę agit ꝑꝑ aliquem finem,quem aut ſemper,aut plerūqꝫ agit. Cōmēta[m].

¶ Quę autem p̃ter naturam ſunt, ea vtrum ſm̃ quādam naturam,an alia cauſa fiant,nō oportet diligenter inquirere.quāuis etiā fortuna cauſa horum eſſe videatur.

¶ Dubitat nunc de effectibꝰ caſualibus,vtrū debeāt dici aliquo mō eſſe a natura,ꝛ dicit.⌊Quę autē p̃ter naturam ſunt⌋.i.p̃ter intentionē agentis naturalis,vt ſunt effectus caſuales,vt monſtra, ꝛ id genus,⌊ea vtrum ſm̃ Cōmēta[m].

quãdam naturã,an alia cã fiant, non opꝫ diligenter in/quirere,]qꝛ clarũ eſt ea fieri ſm quãdam aliã naturam ab agẽte particulari,quę natura dꝛ vlis. nam quę fiunt p̄ter nãm ſublunarem,pñt fieri a natura vli ſupꝛaluna ri.Quid aũt ſit natura vlis,ſupius eſt diſputatũ. addit,[ꝗuis ẽt foꝛtuna] ſiue caſus[cauſa hoꝝ eſſe videat̃,]⁊ ſic reſpectu agentis ſublunaris erunt caſu,reſpectu agẽ/tis ſupꝛalunaris erunt a natura vniuerſali.

Ui autem,quęcũqꝫ p̄ter cupiditatem , aut rationẽ fiunt ab agentibus ipſis.

Cõmẽta[m]. Nunc exponit ea,ꝗ̃ fiunt vi,⁊ dicit.[Ui aũt].ſ.fiunt,[quęcũqꝫ p̄ter cupiditatẽ] i.appetituꝫ ſenſitiuũ , qui eſt irrationalis,[aut]pꝛo ⁊,[p̄ter rationẽ].i.p̄ter appetituꝫ rõnalẽ[fiunt ab agentibus ipſis.]accepit aũt facta ſolũ in hoĩbus.nam in hoĩbus quicqd fit cõtra appetitũ ſen ſitiuũ,⁊ ꝯ appetitum rõnalẽ dicit̃ vi factũ. Quod enim fit hoc pacto,coacte fit.tñ ſi vlius velis , dicas illud vi fieri,qđ fit ꝯ vtrũqꝫ appetitũ,⁊ cõtra inclinationẽ natu ralem.Sic eniꝫ motus lapidis ſurſuꝫ vi fit, licet nec cõ tra rationalem,nec contra irrationalem appetituꝫ fiat, quoniam fit contra inclinationem naturalem.

¶ Hactenus de ijs, q apti ſunt iniurias pati, ſꝫ in qb⁹ rebus nũc exponit, ꝛ aſſignat pͥmũ locũ a multitudine eorũ q̃ fiũt iniuſte, ꝛ dicit. [Et q̃ oẽs aut multi facere iniuſta ꝯſueuerũt.] cuius rõnẽ affert, ꝛ dicit, [Ueniã eniz in his ſe cõſecuturos putant] quaſi illos nũs defendat.

¶ Et q̃ celare facile eſt, huiuſmodi autẽ ſunt, quȩ vel cito cõſumunt̃ vt edulia, aut facile figuris vel coloꝛib⁹, vel ꝯplexionib⁹ imutant̃.

¶ Aſſignat ſecũdũ dicens, [ꝛ quȩ celare facile poſſunt,] exponit quȩ, ꝛ dicit, [huiuſmodi aũt ſunt, q̃ vel cito conſumuntur, vt edulia, aut facile figuris immutantur,] vt argẽtea, aureaq̃ꝫ, ꝛ id genus, [vel coloꝛibus,] vt veſtes, [vel complexionibus,] ꝛ miſturis, vt ſemina tritici, milij, fabarum, ꝛ alia.

¶ Aut quȩ celari pluribus in locis poſſunt, huiuſmodi aũt ſunt, quȩ facile deferũtur, ꝛ paruis in locis reconduntur.

❡ Aſſignat tertiũ ⁊ dicit. [Aut q̄ celari pluribus in locis poſſunt, hmõi autẽ ſunt, quę facile deferunt̃, ⁊ paruis in locis recõdunt̃,] vt lapides, p̄cioſi margaritę, ⁊ id gen⁹.

❡ Et ea, quoꝛuʒ ſimilia, ⁊ non diuerſa, multa pꝛęexiſtebant iniurianti.

❡ Aſſignat quartũ locum, ⁊ dicit. [Et ea, quoꝝ ſimilia, ⁊ nõ diuerſa, multa pꝛęexiſtebãt iniurianti,] vt nũmi, naʒ nũmi cum nummis miſti non diſcernuntur.

❡ Et q̄ ꝑpeſſos iniuriã pudet dicere. vt vxoꝝ ꝓpꝛiarum, aut ſui, aut filioꝝ contumelias.

❡ Aſſignat 5ᵐ locũ, ⁊ dicit. [Et quę perpeſſos iniuriã pudet dicere, vt vxoꝝ ꝓpꝛiaꝝ, aut ſui, aut filioꝛum contumelias] ſtupꝛum, adulteria, ⁊ id genus.

❡ Et ea in quibus aduerſarius vtiqȝ litiũ ſtudioſus videbit̃, ſunt aũt hmõi ⁊ parua, ⁊ in quibus ſtatim venia eſt. Quo igit̃ modo ſe habentes iniurientur, ⁊ quibus, ⁊ quos, ⁊ cur, hęc fere ſunt.

❡ Aſſignat 6ᵐ locũ, ⁊ dicit. [Et ea, in q̄bus aduerſarius] qui accuſat [vtiqȝ litium ſtudioſus videbit̃, ſunt autem huiuſmodi ⁊ parua, ⁊] ea, [in quibus ſtatim venia eſt,] in his eniʒ iniurię facile fiunt, qꝛ qui accuſat de talibus, videbit̃ litiũ amatoꝛ. demum epilogat, ⁊ dicit, [quo mõ igit̃ ſe habẽtes iniurient̃, ⁊ in quibus] rebus, [⁊ quos,] vel in quos, [⁊ cur,] qꝛ ꝑꝑ res iucũdas, [hęc fere ſunt.]

❡ DE INIVRIIS IVREQVE FACTIS, HOC EST DE INIVSTITIIS ATQVE IVSTIS.

❡ Iniurias autem, iureqȝ facta omnia diſtinguamus, hinc pꝛimum incipientes.

❡ Cum dixiſſet, de reb⁹, quaꝝ gratia fiunt iniurię, ⁊ quo mõ ſe hñtes iniurias inferant, ⁊ q̄bus perſonis, ⁊ in q̄b⁹ rebus, nunc de iniurijs ipſis, iureqȝ factis, hoc eſt de iniuſtitijs atqȝ iuſtis vult diſſerere, ⁊ pꝛimo ꝓponit intentionẽ, ⁊ moduʒ ꝓcedendi, ⁊ oꝛdinẽ, ⁊ dicit, [iniurias autem, iureqȝ facta,] hoc eſt iniuſtitias, atqȝ iuſta omnia [diſtinguamus,] hęc de intentione ⁊ modo ꝓcedendi, deinde aſſignat oꝛdinẽ, ⁊ dicit, [hinc] .ſ. a diuiſione legum, ⁊ a definitionibus earum, ⁊ a definitionibus iniurię, atqȝ iure facti [pꝛimum incipientes.]

❡ Determinant̃ itaqȝ iuſta atqȝ iniuſta ad leges duas, ⁊ ad quos ſunt dupl'r. legẽ aũt dico alteram quidẽ pꝛopꝛiam, alteram autẽ cõmunẽ. pꝛopꝛiã quidẽ quę ſingulis inter ſeipſis determinata eſt, ⁊ hanc aliam ſcriptam, aliam non ſcriptam.

❡ Nunc exequitur, ⁊ pꝛimo accipit quę ſint iuſta, quęue iniuſta, ⁊ quibus, deinde ꝓſequẽdo declarat hęc diſtincte, ⁊ dicit. [Determinantur itaqȝ] id eſt definiuntur [iuſta atqȝ iniuſta ad leges duas,] quoniã eſt iuſtum, quod eſt ſcḋm duas leges, iniuſtũ vo, qḋ eſt p̄ter legẽ hanc, vel illã: [⁊ ad quos ſunt dupl'r,] qm̃ vel p̄ter legeʒ ꝑſonã, q̄ pars ciuitatis eſt, lędit, vel ciuitatẽ ipſaʒ cõeʒ. aut afficit ſcḋm legẽ perſonã, q̄ eſt pars ciuitatis, aut ciuitatẽ ipſam. igit̃ iuſtũ eſt afficere ciuitatẽ vel partẽ ciuitatis ſcḋʒ leges duas, iniuſtũ vo lędere ciuitatẽ vel ciuitatis partẽ p̄ter legẽ alterã. Has definitiones confuſe tetigit, deinde volẽs has definitiones diſtincte declarare, p̄mo diſtinguit leges, ⁊ dicit, [legẽ aũt dico alterã quidẽ ꝓpꝛiã, alteram autẽ cõem,] ⁊ exponit mẽbꝛa, ⁊ dicit [ꝓpꝛiã quidẽ, quę ſingulis ipſis inter ſe determinata eſt,] hęc enim (vt recte Egidius dicit) eſt ius poſitiuũ, vel saltẽ continet ius poſitiuũ, qḋ pꝛo hoium diũa, ſic eſt diuerſum. ⁊ ꝑꝑea dixit [ſingulis ipſis inter ſe determinata eſt.] qm̃ pꝛo alio atqȝ alio hoium cõſenſu, ⁊ pꝛo alia atqȝ alia ciuiũ cõuẽtione aliter ⁊ aliter determinat̃. deinde ſubdiuidit pꝛopꝛiã legẽ, ⁊ dicit, [⁊ hanc aliã ſcriptã, aliã non ſcriptaʒ,] Egidius referẽs verbũ [hanc,] qḋ gręce eſt τουτον, ad legẽ ꝓpꝛiã, dicit ius poſitiuuʒ, qḋ lex pꝛopꝛia continet, poſſe ſcribi, ⁊ non ſcribi. qm̃ ius poſitiuuʒ domeſticum (qḋ in domo ponit̃ a patrefamilias) non ſcribit̃ in legibus domeſticis, licet poſſit ſcribi, non tamẽ opus eſt, vt ſcribat̃, qꝛ a familiaribus memoꝛia tenetur. Ius vo poſitiuum ciuile, qḋ cõe eſt oĩbus ciuibus, ſcribitur in ciuilibus legibus, quoniaʒ non tenet̃ memoꝛia. ⁊ ſi diceres Ariſto. ſuperius nõ ſcriptam legẽ dixit eſſe legẽ naturalem, quę continet ius naturale. dicendũ ꝙ licet ius poſitiuũ poſſit eſſe nõ ſcriptũ, ſemper tñ quantũ ad ſe, opus eſt, vt ſcribat̃, exterius, cum e memoꝛia decidi poſſit. nõ enim eſt nobis natura inditum: quẽadmodum ius naturale. ⁊ ꝓpterea appellauit ſuperius legẽ, quę huiuſmodi ius continet, ſcriptam. Ius vo naturale, poteſt ſcribi, tñ quantũ eſt in ſe, non opus eſt, vt ſcribat̃, qꝛ nobis eſt natura inditũ. videmus enim gentes, quę legem ſcriptã nõ habẽt, vt ęthiopes, ⁊ ſcythas, ⁊ alios, ea naturaliter facere, quę legis ſunt, monſtrantes legis opus in ſuis coꝛdibus ſcriptũ habere, qua rõne fit, vt ius naturale ꝑ quandam excellentiaʒ ius non ſcriptum dicat̃. Qm̃ ſui natura non indiget, vt ſcribatur. At ius poſitiuũ ꝯ, qꝛ ſcḋʒ ſe cõſideratũ, indiget, vt ſcribat̃, ꝑ excellentiã dr̃ ius ſcriptũ põt tñ eſſe non ſcriptũ, ꝓpter bꝛeuitatẽ, ⁊ vſum, vt patet de iure domeſtico. Ius vo ſcriptũ, qḋ poſitiuum vocat Egidius, nõnulli ⁊ nos quoqȝ in epithomate diſtinguimus ꝙ ſit duplex, naʒ ſi lex pacto ciuibus ipſis inter ſe, aut cõdito determinata eſt ſcḋʒ aliq̄d, qḋ ex ipſa re ſequitur, cõtinet ius cõe, qḋ dr̃ ꝓpꝛiũ, ⁊ ius gentiuʒ, ⁊ ius nãle humanũ. ſi enim cõſideret̃ ager abſolute, non hʒ, vnde magis hui⁹ q̄ȝ illius ſit, ideo de iure nãli ſimpl'r oĩa ſunt cõia. At ſi ager cõſideret̃ ſcḋm aliquid, qḋ ex ipſo ſequit̃, vt ſcḋm oppoꝛtunitatẽ colendi, ⁊ ſcḋm pacificũ vſum agri, ⁊ ſcḋm alia quędã, quę poſſunt agrũ ſequi, vt ſic rationeʒ quãdam habet, vt ſit vnius, ⁊ non alterius, vt Ariſto. inquit politicoꝝ 2°, ⁊ dicit̃ hoc pacto ius pꝛopꝛiũ, qꝛ continet̃ in lege pꝛopꝛia, ⁊ dicitur ius gentium, ꝙ cõmune ſit oĩbus gentibus, ⁊ qm̃ conſiderare aliquid cõparãdo ipſum ad aliq̄d, qḋ ex ipſo ſeq̄tur, eſt ꝓpꝛiũ rõnis, q̄ rõ. eſt hoĩbus q̄d nãle, ideo hoc ius ẽt dr̃ hoĩbus nãle, qm̃ ſcḋm hoiuʒ nãlẽ rõneʒ, q̄ h̄ dictat. vñ Gaius iurecõſultus inquit, qḋ nãlis rõ inter hoĩes ꝯſtituit, id apud oẽs gentes cuſtodiat̃, hinc fit, vt ius cõe, ⁊ ius ꝓpꝛiũ vtrũqȝ ius nãle dicat̃. Illud quidẽ ſimpl'r, hoc ſcḋm quid. Illud cõe hoĩbus ⁊ feris. hoc pꝛopꝛiũ hoĩbus. At ſi lex pacto, aut cõdito ciuibus determinata ſcḋm placituʒ, ⁊ voluntatem merã, non aũt ſcḋm aliquid, qḋ ex ipſa re ſequit̃, ius continet mere poſitiuum, voluntarium, ⁊ mutabile, qḋ nullam humanã rationẽ habet, niſi volũtatem, eius vel eorum, qui authoꝛitatẽ habent condẽdi leges. ⁊ ſi rationẽ habet, non eſt recta ratio ſimpliciter, ſed valde ſcḋm q̄d, ſcilicet aut pꝛo loco, aut pꝛo tempoꝛe, aut pꝛo alia diminutiua conditione.

❡ Cõmunem autem quę ſcḋm naturam eſt, eſt enim quiddã natura iuſtum, ⁊ iniuſtum, qḋ omnes vaticinant̃. etiam ſi nulla inter ſe ſocietas, aut pactum ſit.

¶ Nūc declarat cōez legē, ⁊ dicit. [Cōem aūt, q̄ ſm nām eſt,] hęc eniz cōtinet ius nāle. [eſt eniz] (vt īqt) [quidda nā iuſtū, ⁊ iniuſtū, qđ oēs vaticinant̄, ēt ſi nulla inter ſe ſocietas, aut pactū ſit.] eſt eniz ius nāle quędam quaſi nālis cōmēſuratio, qua alterū ad alterū ſe hz, quaz tam hoies q̄ aialia natura ad quędā alia cōmēſurare ſe hñt. Hoc pacto mas ad fęminā quadā nāli cōmēſuratione ſe hz, vt ex ea generet, pater quoqz ad liberos cōmenſurationez nālem hz, vt eos nutriat. Ager hz ad oia aialia nālez cōmenſurationē, vt ſit oibus cōis. Cōis igitur lex eſt ſm quam ius cōmune, ac naturale dicitur.

¶ Queādmodū, ⁊ Sophoclis antigona dicere videt̄, cuz iuſtū abſolutū eſſe dixerit, ſepelire Polynicē, quaſi ſit natura id iuſtum. nō eniz nūc aut nudius tertius, verū ſemper id viget, nemoq̄z ſcit ex quo apparet.

¶ Nunc declarat qđ dixerat authoritate, ⁊ exēplo inducto a Sophocle poeta, ⁊ dicit. [Quemadmoduz ⁊ Sophoclis antigona] .i. queādmodū apud Sophoclē antigonā [vz dicere, cū iuſtū abſolutuz] .i. cōe ⁊ nāle [eſſe dixerit ſepelire Polynicē, quaſi ſit natura id iuſtuz,] Polynicem Egidius exponit ędificatorē ciuitatis, qđ an id ſit, lege carmina Sophoclis. deinde affert Sophoclis verba poſtq̄ dixit eſſe iuſtū ſepelire Polynicē, ⁊ dicit, ου γαρ τοι νυντε κα χθες αλλα αιει ποτε ζη τουτο κουδεις οιδεν εξ οτου φανειη, ideſt [non enim nunc, aut nudius tertius, verū ſemper id viget, nemoqz ſcit ex quo apparet.] per q̄ pz qđ ſit ius nāle, eſt eniz ius nobis natura inditū, ſemꝑ manēs, ac nunq̄ mutabile, qđ cū ſit nobis nā inditū, neſcimus vnde veniat, qđ dicit̄ de eis, quę nobis natura inſunt. ergo vult habere per hęc primaz conditionē iuris naturalis. ſ. vt ſit ſemper, quoniā ignoramus vnde venerit ad nos.

¶ Et vt Empedocles dicit, de non interficiēdo animato, hoc nō his quidē iuſtū, illis aūt nō iuſtum. Sed qđ omnibus legitimum, ⁊ perlate diffuſum ętherem altū ordinatū eſt, ⁊ per magnam rurſus terram. ⁊ vt indicit in meſeniaco Alcidamus.

¶ Cuz declaraſſet authoritate Sophoclis primā conditionē iuris nālis, vt ſit ſemper, nūc per authoritatē Empedoclis declarat ſecūdā ꝙ ſic vbiq̄, ⁊ apud oēs idem, ⁊ dicit. [Et vt Empedocles dicit de nō interficiēdo aiato,] τουτο γαρ ου τισι μεν δικαιον, τισι δε ου δικαιον, αλλα το μεν παντων νομιμον δια τ' ευρυμεδοντος αι θερος ἠ νεκεως τε τακται δια τ' απλετου αυ γης. i. [hoc non is quidē iuſtū, illis autem nō iuſtū, ſed qđ oibus legitimū, ⁊ ꝑ late diffuſuz ętherez altū ordinatū eſt, ⁊ ꝑ magnā rurſus terrā,] verbū terraz in alijs codicis legit̄ γης, in alijs vero αυγης, ⁊ ꝓpea alij claritatē exponūt, ſed idē eſt, qm̄ intelligit ꝑ terrā clarā. ergo ius nāle eſt oibus iuſtū, ⁊ id qđ eſt oibus legitimū, ⁊ ordinatū ꝑ late diffuſum ętherē altū. i. cęlum. ⁊ per magnā terrā rurſum inſtitutū, ⁊ obſeruatū. ſed vtrū nō occidere aiatū, ſit de iure naturę, nō eſt diſputādū, nec Ariſto. ad hoc inſpexit, ſed tātū ex verbis Empedoclis collegit id, qđ erat ad ſuū ꝓpoſitū, non curās quid eſſet de veritate propoſite rei. deinde confirmat hoc per alium poetam, ⁊ dicit, [⁊ vt dicit in meſeniaco Alcidamus.] quare ius naturale eſt qđ eſt ſemper, ⁊ vbiqz idem.

¶ Ad quos aūt determinata ſunt, dupl'r ſunt determinata. nā aut ad cōez ſocietatē, aut ad vnū ſocietatis agēda vel non agēda ſpectāt. Iccirco iniurias iureq̄ facta atq̄ agere iniuſte, ⁊ iuſte agere, dupl'r eſt, aut eniz ad vnuz certū, aut ad ſocietatez. adulterās eniz ⁊ verberās iniuria afficit aliquē certum. Qui vero militiam deſerit, ſocietatem.

¶ Nunc declarat ad quos vel quibus fiunt iniuſta, ⁊ dicit. [Ad quos autē determinata ſunt, dupliciter ſunt determinata, aut ad cōmunē ſocietatē, aut ad vnum ſocietatis agenda vel non agenda ſpectant,] ꝓpterea concludit, [iccirco iniurias, iureqz facta atqz agere iniuſte ⁊ iuſte agere dupl'r eſt,] ſubaudi conſiderare, [aut enim ad vnum certum] . ſ. ciuem, [aut ad ſocietatez,] ideſt aut ad cōmunē ciuitatē. declarat per exemplū, ⁊ dicit. [adulterans eniz ⁊ verberans iniuria afficit vnum certuz] . ſ. priuatum ciuem. [Qui vero militiaz deſerit,] ⁊ non vult pugnare, [ſocietatem] . ſ. totam ciuitatē iniuria afficit. ergo vno modo lex diuidi poteſt per naturalem, ⁊ poſitiuā, ⁊ alio modo (vt nunc diuidit) per comparationem ad eos, ad quos officit.

¶ Cuz igitur, quę iniuſte fiunt oia diuidant̄, qđ alia ad cōe, alia ad aliuz vel alios, ſi prius qđ ſit iniuriā pati repetierimus, cętera dicemus. Iniuriam pati ergo eſt cum a volentibus iniuſta inferuntur. Iniuriari enim voluntarium eſſe prius definitum eſt.

¶ Nūc volēs agere de iuſtis, atqz iniuſtis ꝓponit p̄ eſſe repetēdū qđ ſit pati iniuriā, ⁊ dicit. [Cū igit̄, quę iniuſte fiūt, oia diuidant̄ q̄ alia ad cōe, alia ad aliū] . ſ. priuatuz ciuē, [vel alios] priuatos ciues fiāt, [ſi prius qđ ſit iniuriā pati repetierimus, cętera dicemus] . ſ. iuſta ⁊ iniuſta. ſed dices prius nō dixit de ipſo pati iniuriā, ſed de ipſo agere iniuriā. igit̄ non repetit, cū repetere ſit idez bis dicere. dicendū ꝙ ſi dixit qđ ſit agere iniuriā, dixit correlatiue quid ſit pati iniuriam. ideo vocat hoc qđ dicit, repetitionem. deinde exponit quid ſit iniuriam pati, ⁊ dicit, [iniuriam pati ergo eſt cum a volentibus iniuſta inferuntur,] dico a volentibus, [nam iniuriari voluntarium eſſe prius definituz eſt,] ergo per cōuerſionē actiui in paſſiuum, iniuriam pati eſt, cum a volentibus iniuſta inferuntur.

¶ Qm̄ aūt neceſſe eſt eū, qui iniuſte patit̄, lędi, neq̄ ſpōte lędi, (lęſiones quidē ex prioribus patēt, bona eniz ⁊ mala ꝑ ſe prius diuiſa ſunt, volūtaria ēt eē, q̄ ſciētes) neceſſe eſt ꝑfecto peccata oia vel ad ciuitatez, vel ad priuatos ſpectare, ⁊ hęc aut a neſciēte, vel nolēte, aut a volēte ⁊ ſciente fieri. ⁊ horū quędā electione, quędā affectu. Ac de ira quidē in ijs, q̄ de affectibus dicet̄, quę vero eligunt, ⁊ quo modo ſe habentes prius dictum eſt.

¶ Uerū anteq̄ agat de iuſtis, ⁊ iniuſtis, repetit pro maiore parte ea, q̄ dixit, vt cōtinuet ſe ad ꝓpoſituz, ⁊ verba ſunt ſuſpēſiua vſq̄ ibi [neceſſe eſt,] ⁊ dicit, [quoniaz autem neceſſe eſt euz, qui iniuſte patitur lędi, neqz ſponte lędi,] nemo enim iniuriam patitur ſponte, deinde reſumit ſecunduz, ⁊ dicit, [lęſiones quidez ex prioribus patent,] ⁊ repetit per quę lęſiones ex p̄oribꝰ patēt, ⁊ dicit,

⌊bōna enī⌋.ſ.vtilia,⌊ ꝛ mala⌋.ſ.dānoſa⌊ ꝑ ſe prius diuiſa ſunt,⌋imō ꝑ hęc declaratę ſunt leſiones. deinde reſumit tertiū,ꝛ dicit,⌊ volūtaria ēt eſſe⌋ea dictū eſt,⌊ quę ſcientes⌋.ſ.faciūt,tūc terminādo ſuſpēſionē,repetit qđ ꝓriē dictū eſt,ꝛ dicit,⌊ neceſſe eſt ꝑfecto peccata oīa vel ad ciuitatē vel ad priuatos ſpectare,⌋quę ſubdiſtinguit vlterius,ꝛ dicit,⌊ ꝛ hęc ⌋neceſſe eſt ⌊ fieri aut a neſciente,⌋ vt puta cū peccauerit aliqs per ignorantiā,⌊ vel a nolente⌋cū peccauerit per ſciaꝫ,ſed inuitus, vt.vꝫ. compulſus. ⌊aut a volēte ꝛ ſciēte,⌋vt cū peccauerit per ſcientiā ꝛ ſpōte.iterum ſubdiuidēs dicit,⌊ ꝛ horū⌋.ſ.peccatoꝝ, q̄ fiūt ſponte,ꝛ ſcienter,⌊ quędā electione, quędaꝫ affectu⌋neceſſe eſt fieri.hęc repetit,de quibuſdā ꝟo ſe excuſans,dicit,⌊ac de ira⌋ꝛ cęteris affectibus⌊ quidē in ijs,q̄ de affectibus⌋.ſ.ſcđo huius,⌊ dicemus, q̄ ꝟo eligunt,ꝛ quo mō ſe habētes⌋eligunt,⌊ dictum eſt prius.⌋

❡Quoniā aūt ſępe ꝯfitentes feciſſe,aut libellū negāt,aut id de quo ē libellus(vt accepiſſe qdē,ſed nō furatū eē,vt verberatū eſſe,ſed nō ꝯtumeliatū eē,vt fuiſſe vna,ſed nō adulteratū eſſe,aut furatū eſſe,ſed non ſacroꝝ expoliationē(nō eniꝫ dei aliqd)aut ſubtuliſſe,ſed nō publica,aut collocutū eſſe cū hoſtibus,ſꝫ nō ꝓdidiſſe)ꝓpea oportebit etiā de his determinare,vt quid furtū, qd ꝯtumelia,qd adulterium,vt ſiue eſſe ſiue nō eſſe iuſtū velimus oſtendere,declarare habeamus.

❡Nūc vult inueſtigare qd reſtat dicere,ꝛ dicit.⌊ Qm̄ autem ſępe cōfitentes feciſſe,⌋tn̄ aut libellum ⌋oblatuꝫ iudici ab accuſatore⌊ negant,aut ⌋ſalteꝫ negant⌊ id, de quo eſt libellus,⌋ἐδι γραμμα enim gręce libellus eſt accuſatorius,verbi cauſa,⌊ vt accepiſſe quidem ⌋concedunt, ⌊ſed non furatū eſſe,⌋in oibus eniꝫ his accipit ſingulare pro plurali,vt furatū pro furatos eē.⌊ ꝛ verberatum eē,ſed nō ꝯtumeliatū eſſe,ꝛ fuiſſe vna⌋.ſ.cū vxore alicuius,⌊ ſed nō adulteratū eē,aut furatū eſſe, ſed nō ⌋feciſſe ⌊ſacroꝝ expoliationē,⌋q̄ eſt ſacrilegiū,⌊ nō enim dei aliquid ⌋furatū eſſe dicet,⌊ aut ⌋cōcedet⌊ ſubſtuliſſe⌋claꝫ aliqd,⌊ ſed nō ⌋bona⌊ publica,aut collocutū eē cuꝫ hoſtib⁹ ſed non ꝓdidiſſe,⌋cū igiť hęc dici poſſint,⌊ ꝓpea oportebit ēt de his determinare,vt qd furtū,qd cōtumelia, qd adulteriū,⌋ꝛ dat cāꝫ,ꝛ dicit,⌊ vt ſiue eē,ſiue nō eſſe iuſtū velimus oſtēdere,declarare habeamus.⌋ideſt habeam⁹ ſcientiā de eis.nō eniꝫ pōt mōſtrari aliqđ horū eſſe,vel nō eſſe iuſtū,niſi habeať ſcientia horum omnium.

❡De oib⁹ eniꝫ ijs,litigatio eſt vtrū iniuſtus ſit,ꝛ iprobus,an nō iniuſtus:eſt enim in electione improbitas,atqꝫ iniuria. ꝛ hmōi noīa ꝯſignificāt electionē, veluti cōtumelia ꝛ furtū.nō enim ſi verberauit,ſtatiꝫ cōtumelia affecit,ſed ſi alicuius gr̄a,vt ſi aut vituperandi aliū,aut voluptatis ſuę.neqꝫ oīno ſi clā accepit,furatus eſt,ſed ſi in dānuꝫ eius,a quo accepit,ꝛ in appropriationem ſui,ſimiliter autem ꝛ de alijs ſe habet,ſicuti ꝛ de his.

❡Cuꝫ dixiſſet oportere declarare ea, ſi velimus ſcire an qs iuſta vel iniuſta fecerit,nūc aſſignat cāꝫ,ꝛ dicit.⌊ De oibus eniꝫ ijs,⌋q̄ dicta ſunt,⌊ litigatio eſt,vtrum ſit,iniuſtus,ꝛ iprobus,an nō iniuſtus⌋neqꝫ improbus,ille,quę hęc agit,nā dubiū eſt vtrū qui accepit bona aliena,furatur,ꝛ vtrū q eſt vna cuꝫ vxore aliena,adulterať,ꝛ ſic de alijs,cū hęc fuerint dubia,igiť opꝫ declarare oia,quę dicta ſunt,vt furtū,ꝛ adulteriuꝫ,ꝛ cętera. deinde hęc declarat ꝛ vult ꝓbare quo mō in delictis enumeratis ſit iprobitas,ꝛ quo mō nō,ꝛ dicit,⌊ eſt eniꝫ in electione iprobitas, atqꝫ iniuria ꝛ hmōi noia ꝯſignāt electionē, veluti cōtumelia,ꝛ furtū,⌋ ꝛ cętera ſupius enumerata,igitur in his eſt improbitas quatenus ſunt in electione,Qꝛ aūt in his noibus ſit improbitas, q̄tenus in eis eſt cōſignificatio electionis,ꝓbat ꝛ dicit,⌊ nō eniꝫ ſi verberauit,ſtatiꝫ cōtumelia affecit,ſed ſi alicuius gr̄a,vt ſi aut vituperandi aliū,aut voluptas ſuę, neqꝫ oīno ſi clam accepit,furatū eſt,ſed ſi in dānuꝫ eius,a quo accepit,ꝛ in appropriatione ſui,ſimilr aūt ꝛ in alijs ſe hꝫ ſicut ꝛ de his,⌋igiť in his noibus oibus eſt improbitas,atqꝫ malitia. qm̄ ī eis eſt cōſignificatio electionis,quo ꝟo in eis nō eſt ſignificatio electionis,nec aderūt alie ꝯditiones,non erit iprobitas.per q̄ oia vult hr̄e Ariſt. eum qui ꝯcedit furatū eē, nō poſſe exculari,nec euꝫ,qui ꝯcedit adulteratū eēt, qm̄ oia hęc ꝯſignāt electionē,eū tn̄ q accepit bona aliena, poſſe excuſari,vel euꝫ q fuit ſimul cū vxore aliena,ſilr. nam de oibus his qđ eſt vtruꝫ iuſtus ſit,ꝛ improbus an non,qui hęc agit.ergo ad hoc vt iprobitas ſit, ꝛ iniuria, neceſſe eſt vt in electione ſit.nō eniꝫ ſi verberauit,ſtatiꝫ ꝯtumelia affecit,ſed ſi alicuius gr̄a.igiť in his eſt improbitas,quatenus eſt in eis electio,nec ſufficit ſola electio, ſed opꝫ alias ꝯditiones adeſſe, quare ad inferendaꝫ iniuriam requiriť ꝑmo,vt lędat,ſcđo,vt ſcienter,tertio vt ſpōte,quarto,vt electione,vel affectu, igiť furari eſt reꝫ clam accipere ab aliquo illā ſibi appropriādo electione vel affectu,cōtumeliari ꝟo eſt ꝑcutere aliquē electione vel affectu gr̄a dehonorādi illū vel ſue voluptatis,ꝛ de cęteris iniurijs eodē modo.Sed dices Ariſt.ꝓbauit in his nō eſſe improbitatē,niſi quatenus in eis eſt electio, ſuperius aūt dixit in his eſſe improbitateꝫ,ſi affectu vel electione fiunt.Igitur nō oportet in his ſemper eſſe electionē,ſed vel electionē vel affectū.dico ꝙ ſupius accepit electionē,vt diſtinguiť cōtra affectū, electio eniꝫ vt diſtinguiť ab affectu,eſt electio mere volūtaria,q̄ fit ſola rōne dictāte.ꝛ ideo dixit hęc fieri affectu, vel electione,hic accepit electionē fuſius pro actu elicito voluntatis,quouis mō facto ſiue affectu,ſiue voluntate rōne dictante,vt idē ſit eligere,ꝛ ſpōte facere.Quare ſcđm B requiriť ꝑmo ad inferēdā iniuriā,vt lędat,deinde ſciēter atqꝫ ſponte,ſiue electione,q̄ idē eſt,tertio gr̄a iniuriādi. ꝛ ſi diceres,Ariſto. non expreſſit niſi vnā cōditionē,dico ꝙ hic duas expreſſit,vt.vꝫ.inferēs eligibiliter,ꝛ gratia iniuriandi agat, ſuperius aūt dedit intelligere alias, vt lędat,ꝛ ſcienter. Ex eo eniꝫ qꝛ iniuriās lędit,ſcienter, eligibiliter,ꝛ gr̄a iniuriādi, eſt iniuſtus atqꝫ improbus. hęc de iniuſtis generatim,ꝛ de iuſtis.

❡DE BONO ET ÆQVO.

❡Qm̄ aūt duę iuſtoꝝ, atqꝫ iniuſtoꝝ ſpecies erāt,altera qdē ſcripta, altera ꝟo nō ſcripta: de his qdē,de qbus leges ſcribunť dcm̄ eſt.

❡Cuꝫ dixiſſet de iuſtis,ꝛ iniuſtis,quę in legibus ſcribūtur,nunc vult dicere de iuſtis,ꝛ iniuſtis,quę non ſcribūtur in legibus.ꝛ primo proponit intentionem ſuaꝫ continuando pręcedentia ad ſequentia, ꝛ dicit.⌊ Quoniam autem duę iuſtorum atqꝫ iniuſtorū ſpecies erant,altera quidem ſcripta, altera ꝟo non ſcripta,de his quidem⌋ iuſtis atqꝫ iniuſtis ⌊ de quibus leges ſcribuntur, dictum eſt,⌋ ſubaudiendum,reſtat ergo dicere de iuſtis atqꝫ in-

iuſtis

iuſtis nō ſcriptis in legibus, ⁊ de bonis ⁊ ęquis, quę dicunt̄ iuſta non ſcripta. Ex his, quę dixit, patet iuſtum ſcriptū id omne eſſe, qđ eſt ſm legē ſcriptam, id ꝟo qđ eſt p̄ter legē ſcriptā, oē eſſe iniuſtum ſcriptū. Quare de iuſtis atq; iniuſtis non ſcriptis diſſerendum poſt hęc. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, Ariſto. eſt vſus plurali pro ſingulari, dixit enim τα μεν pro altera quidem.

Non ſcriptoꝝ aūt duę ſunt ſpēs, quaꝝ altera quidē eſt ꝑ exceſſuz virtutis ⁊ vitij, i qua vituperationes, ⁊ laudes, infamię ⁊ honores, donationeſq; ſunt. veluti grām hr̄e benemerito, ⁊ vice verſa ei bn̄facere, q bene fecit. ⁊ paratuz eē amicis, ⁊ cętera id genus. Altera ꝟo eſt ꝓprie legis, (q̄ ēt ſcribit̄) defectus. nā qđ ęquum ⁊ bonum eſt, videt̄ iuſtum eſſe. ęquum autem ⁊ bonum eſt qđ pręter legez ſcriptam iuſtum eſt.

Cuz dixiſſet de iuſtis, atq; iniuſtis ſcriptis in legibus, nūc exeq̄tur de iuſtis atq; iniuſtis nō ſcriptis, de q̄bus ꝓpoſuit dicere, ⁊ dicit. Nō ſcriptoꝝ aūt i. ſ. iuſtoꝝ, vel iniuſtoꝝ duę ſunt ſpēs, quaꝝ altera q̄dē eſt ꝑ exceſſum virtutis ⁊ vitij. Quę eniz ſm hāc ſpēz iuſta vel iniuſta ſunt, adeo manifeſte ac excedētis virtutis, ac vitij, vt nō ſcribere oporteat, qm̄ facile memoria tenent̄. ⁊ exponit ea, q̄ ſunt in hac ſpē, ⁊ dicit, in qua vituperationes ⁊ laudes, infamię ⁊ honores, donationeſq; ſunt: ⁊ excedentes, ⁊ manifeſti, adeo, vt nō opus ſit ſcribere. veluti gratiā hr̄e bn̄merito i. i. ei, qui bn̄ficia cōtulit, ⁊ vice verſa ei bn̄facere, qui bn̄fecit ⁊ paratū eſſe amicis, ⁊ cętera id genus, vt honorare parētes p̄ceptores, ⁊ deū. Sunt eni hęc iuſta quaſi ianuę, atq; p̄ncipia ꝑ ſe nota, q̄ nobis nā indita neſcimus, vñ venſunt. vñ ſicuti ꝓpōnes p̄me (vt Auer. dicit) e q̄bus alię deriuant̄, neſcimus e quibus veniāt, ſic hmōi iuſta neſcimus vñ veniāt, ⁊ ꝑꝑea nō opus eſt (vt ſcribant̄) qm̄ facile memoria habent̄, minime ēt ſcribunt̄ iniuſta, q̄ ſunt ꝑ exceſſum vicij, in q̄bus vituperationes, infamięq; oibus patēt, deinde exponit aliam ſpēm, ⁊ dicit, altera ꝟo ſpēs iuſtoꝝ atq; iniuſtoꝝ eſt ꝓprię legis (q̄ ēt ſcribit̄) defectus, non enim in legibus ſcribit̄ oē iuſtū ſcriptibile, qm̄ nō ſemper ſcribunt̄ moderationes legis, nec cōditiones, q̄ req̄runt̄ ad veritatē legis, nec ſcribūtur fallētię, q̄bus fallit lex, nec ſcribitur interp̄tatio legis quo ad locuz, tp̄s, ⁊ perſonas, cum hęc itaq; ſcribi nō poſſint, iō hęc iuſtoꝝ, vel iniuſtoꝝ ſpēs dr̄ legis ſcriptę defectus, ⁊ ne tu credas hmōi nō eſſe iuſtum (q2 eſt defectus) ideo dicit naz qđ επιειχεϛ ideſt nam qđ bonū ⁊ ęquū eſt, vr̄ iuſtū eſſe, επιειχεϛ autez ideſt bonū aūt ⁊ ęquū eſt qđ pręter legē ſcriptā iuſtum eſt. eſt igit̄ ſyll'ſ, bonum ⁊ ęquuz ⁊ iuſtum, ius non ſcriptum eſt bonū ⁊ ęquū, igitur ius nō ſcriptū eſt iuſtum, huius ſyllogiſmi primo maiorē, deinde minorē poſuit, concluſio ꝟo ſubaudienda eſt.

Accidit aūt id partiz nolētibꝰ, partiz volētibꝰ legūlatoribꝰ. nolētibus q̄dē, cū lateat. volētibꝰ ꝟo, ⁊ cū nequeāt determinare, ſed neceſſe ſit vl'r dicere, qđ nō ita, ſed vtpl'm ſit, ⁊ cū nō facile ſit dterminare oia ꝑꝑ infinitatē. vt ſi ferro ꝑcuſſit, quāto, ⁊ quali quodā. tp̄s eni deerit enumerāti. ſi ḡ de q̄ determiari nō pōt, de eo lex ferēda ē, neēē eſt ſimpl'r dicere.

tempus α ιων euum

Nūc aſſignat cāz quare nō ſcribit̄ bonū ⁊ ęquū i legibus. i. q̄re nō ſcribit̄ in legibꝰ ille defectus, quē ſupplent legibꝰ ſapiētes atq; viri boni, ⁊ dicit. Accidit aūt id i. ſ. vt in legibꝰ non ſcribat̄ ille defectꝰ, partim nolētibus atq; inuitis, partiz legūlatoribꝰ ipſis volētibꝰ, deide exponit mēbra, ⁊ dicit, nolētibꝰ quidē cū defectus iſte addēdus leteat legūlatores. nō eni cū ſcribūt occurrit. volētibus ꝟo ꝑꝑ duas cās, quaꝝ primā affert, ⁊ dicit, ⁊ cū nequeāt determiare, ipediti. vz. multitudine rerū agēdaꝝ, ⁊ multitudie reꝝ, q̄ neēię ſunt ad limitationē legū. ⁊ ꝑꝑea dicit, ſz neēē eſt leges ipſas vl'r dicē, qđ nō ita ſit vl'e id qđ ſcribit̄ i legibꝰ, vt ſit đ oibꝰ ⁊ ſingulis caſibꝰ. ſz vtpl'z ſit, ⁊ idefinitū. vbi cā, hęc eſt lex, q hoiez occiderit, capite puniat̄. hęc enim lex ꝓpō indefinita ē, ⁊ hz locū, ⁊ veritatē in pluribus, nō aūt in oibꝰ caſibus. deinde dat ſecūdā rōnē, ⁊ dicit, ⁊ cū non facile ſit determinare oia ꝑꝑ infinitatē eoꝝ q̄ pñt legē limitare, vt ſi ferro ꝑcuſſit quāto ⁊ q̄li quodā ferro, ⁊ quo vulnere, ⁊ an caſu, an a ꝓpoſito, ⁊ ſi ſpōte, an vi, ⁊ ſi ꝑꝑ ſui dfenſionē, an grā iniuriādi, tp̄s eniz deerit enumeranti limitationes, ⁊ caſus, q̄bus lex limitari pōt. Sz eſt vnū dubiū, cū limitationes, ⁊ caſus ſcribi nō poſſint, vtrum melius ſit leges ſcribere cū oibꝰ limitationibꝰ, ⁊ caſibꝰ, vſq; ad ſua tēpora notis legūlatoribꝰ, an lex in ſua ſimplicitate ſit ferēda ſimpl'r vl'r, ⁊ idefinite ſine limitationibꝰ, ⁊ caſibꝰ. rñdet Ariſt. ⁊ dicit, ſi ergo de quo determinari nō pōt cōditionibꝰ, ⁊ caſibus, de eo lex ferēda eſt, neceſſe eſt ſimpl'r dicere i. ſ. vl'r, ⁊ indefinite, nec additis caſibꝰ, nec limitationibꝰ notis legūlatoribꝰ, ſed in ſui ſimplicitate tradere, nā ꝑꝑ additiones haſce nō habet̄ cōpletus itellectus legis, ⁊ accidit in legibꝰ obſcuritas tāta, vt nec a ꝓprijs legūlatoribꝰ intelligant̄, nec ab interpretibus, ⁊ quāto minus a ciuibꝰ, q alijs vacant. Signo nobis ſunt in primis Moſes celeberrimus legūlator, q (cū vidiſſet leges obſcuriſſimas fieri additione oiuz eoꝝ, q̄ ad intellectū addi pñt) eas tradidit in ſua ſimplicitate vl'r, ⁊ indefinite, quēadmodū leges ſunt in catalogo ſcriptę, vbi in ſua ſimplicitate ſunt tradite: dereliquit eniz bonum ⁊ ęquū, (qđ eſt ius nō ſcriptuz) arbitrio bonoꝝ virorum. Deinde Solon, q in decē tabulis oēs leges Atheniēſiū cōpilauit, q̄bus poſtea Romani addiderunt duas, ⁊ ſic oēs leges in xij. tabulis ꝯtinebant̄, q̄ in locis publicis tenebant̄, quoꝝ interp̄s erat vnus, q magiſter legum dicebat̄, nō perpetuus, ſed in ſingulis annis mutabilis: hoc bona rōne fecerūt, nā vulgares legētes facile leges intelligebāt, qs eniz nō intelliget eam legē, non furtū cōmittas, nam ad quadruplū teneris: quis non ī eaz non occides. quoniā capite punieris, ⁊ huiuſmodi. ⁊ cuz aliq̄s ciuiuz eaꝝ aliquā non intelligebat, aderat legū magiſter, qui mox explanabat. Quare eo tēpore locum habebat id, qđ cōiter dicit̄, ignorātia iuris non excuſat, ſed ignoranti facti. naz oēs ſciebant atq; tenebant̄ ſcire leges, ⁊ iura, quę in eis ꝯtinebant̄, ſunt ēt nobis argumēto oēs, q leges tulerunt, vt Ligurgus, ⁊ Draco, ⁊ alij innumeri, qui ſemper leges in ſua ſimplicitate, vl'r, atq; indefinite tradiderunt, ꝑꝑea Ariſto. quinto ęthicoꝝ leges cōparauit regulis medicoꝝ, ſcribit̄ enim pro regula a medicis humidę, ⁊ frigidę dictę competunt febricitātibus. verū hęc regula licet ſit vera in pluribus, tñ fallit̄ in febricitātibus, qui patiuntur febres pituitoſas, atq; frigidas. ⁊ in alijs multis, quare ſicuti regulę medicorum, cū tradunt̄ vl'r in ſua puritate, ſunt faciles, ꝓpōnes ꝟo quę ſunt minores ſub illis acceptę vel q̄ ab illis excludunt̄ ſunt ꝑꝑ infinitatez difficiles, ſic leges cum tradunt̄ in vl'i in ſua ſimplicitate, faciles ſunt, caſus ꝟo, q ſubaccipiunt̄, vel

Nō de legibꝰ ferendis.

excludunt̃, ſunt intelligibiles. ergo melius (vt Ariſt. dicit) eſt tradere leges vniuerſal'r, atq; in ſua ſimplicitate indefinitas: q̃ caſibus, ⁊ limitationibus locupletas. Sʒ dices, vnde factum eſt vt iureconſulti adderent poſtea caſus, ⁊ limitationes legum. fortaſſe hoc fecerunt ad tollendas oratorum prolixas, ⁊ inextricabiles orationes: vt ſcilicet non haberẽt quid dicerent, ⁊ quid diſſererẽt, nam cum iureconſulti (qui ⁊ ipſi quoq; oratores erãt,) adderent caſus, ⁊ limitationes legibus. xy. tabularum, crediderunt tollere inextricabiles diſputationes oratorũ. Sed qđ fuit boni gratia, in malũ euaſit. nam cũ legibus fuit permiſſa additio, ⁊ interp̃tatio, ⁊ vtraq;, vt ſcriberet̃, ſtatim leges ipſe ciuibus inutiles factę ſunt, legum autẽ peritis ſumma vtilitate oblatę. leges enim ſi ciuib⁹ deberent vtiles eſſe, oporteret oẽs ciues legibus vacare, ⁊ ſic ceſſarẽt alia neceſſaria opera ad viuendum ordinata. ⁊ cuʒ a ciuibus non intelligant̃, nunc verſę ſunt tantum in bonum eorum, qui legũ periti ſunt, non quidem in bonũ animę, ſed ad lucrũ, ⁊ ad diuitias cõparandas: quare (vt recte ſcribit Ariſto.) melius eſt leges ſcribere ſimplices ꝑ capita (vt Zoroaſter ſcripſit,) qui tanta breuitate eas oẽs cõpilauit, vt de pręcepto pueri oẽs tenebant̃ eas memorię mandare, ſeruarę q; vſqʒ ad vitę finem, nam licet ſic ſimpl'r ſcriptę, non ſint profectę, tamẽ ſunt plus vtiles, q̃ dãnoſę, qm̃ ſemper defectũ poterunt ſupplere prudentes ⁊ boni viri, cum opus fuerit. Hęc pauca volui dixiſſe de legibus, vt intelligãt hoies plus mali hodie q̃ boni reportari ex illis.

¶ Quare ſi cũ anulatus ſit, manũ extollat, vel percutiat, lege quidẽ ſcripta reus eſt, ⁊ iniuriatus eſt, vere aũt non eſt iniuriatus. ⁊ ideſt ęquum ⁊ bonum.

¶ Cum dixiſſet bonũ ⁊ ęquũ eſſe, qđ p̃ter legem ſcriptaʒ iuſtũ eſt, nunc hoc oſtẽdit exemplo, ⁊ ſupponit eſſe ſcriptũ in lege, vt nemo anulatus manũ ſenſuʒ attollat, tũc dicit. [Quare ſi cũ anulatus ſit, manuʒ extollat, vel percutiat, lege quideʒ ſcripta reus eſt, ⁊ iniuriatus eſt, vere aũt non ſemꝑ eſt iniuriatus,] nam in aliquo caſu, nõ eſt iniuriatus ſꝫm veritatẽ. ⁊ ꝓpterea dicit, [⁊ id] .ſ. non obſeruare legem in aliquo caſu, [eſt bonum ⁊ ęquum,] qđ gręce dicitur επιεικες.

¶ Si ergo qđ dictum eſt, bonũ ⁊ ęquuʒ eſt, patet qualia bona ⁊ ęqua hęc ſint, ⁊ errores ⁊ iniurias, ⁊ errores, ⁊ infortunia non ex ęquo cenſere.

¶ Cũ velit declarare quo mõ dʒ ſe habere arbiter, ex dictis p̃mo non oia eſſe ex ęquo cẽſenda ↄcludit, ⁊ eſt primus locus, qui ſpectat ad arbitriuʒ, ⁊ dicit. [Si ergo qđ dictũ eſt, bonũ eſt ęquum eſt, patet qualia bona ⁊ ęqua hęc ſint, ⁊ errores ⁊ iniurias, ⁊ errores ⁊ infortunia non ex ęquo cenſere,] nõ eni tanti faciẽdi ſunt errores, quãti iniurię, qm̃ iniuria eſt plurifacienda, nec tanti facienda ſunt infortunia, quanti errores, qm̃ errores ſunt plurifaciẽdi. Quare arbiter h̃ ↄſiderare dʒ non ex lege ſcripta, ſed ex bono ⁊ ęquo mõ ſcripto. nã licet idẽ factũ poſſit eẽ, infortuniũ, error, ⁊ iniuria, tñ ex ea ꝑte qua factuʒ eſt infortuniũ, eſt min⁹ q̃ error, ⁊ q̃ iniuria, ⁊ ex ea parte q̃ factũ eſt error, eſt minus q̃ iniuria, ⁊ mai⁹ q̃ ifortuniũ.

infortunia
errores
obiurgia
iniurie

¶ Sunt aũt infortunia quidẽ, quęcũq; (cum p̃ter opinionẽ ſint) non fiunt ex prauitate. errores vero (cũ non ſint p̃ter opinionẽ) nõ ſunt a prauitate. Iniurię deniq; (cũ nõ ſint preter opinionẽ) ſunt a prauitate. ſunt aũt a prauitate quę a cupiditate ſunt.

¶ Declarat qđ dixerat. ſ. infortunia minora eẽ erroribꝰ, ⁊ errores iniurys. ⁊ dicit. [Sunt infortunia quideʒ quęcũq; (cũ p̃ter opinionẽ ſint) non fiunt ex prauitate] ⁊ ſic fiunt p̃ter intẽtuʒ, ⁊ nõ a prauitate. vt q̃ proiecit ſagittã, vt interficeret auẽ, nõ aiaduertẽs hoieʒ, vulnerauit hominẽ. hic eni vulnerauit p̃ter intẽtũ ⁊ nõ a prauitate. deinde exponit [errores] ⁊ dicit, [errores vero, cũ non ſint p̃ter opinionẽ] ſunt eni ab intento, [non ſunt] tñ [a prauitate,] vt verberatus ſtatiʒ nullo adhibito ↄſilio, q̃ interimit verberãtẽ, hic quidẽ errauit, nõ tñ ex prauitate, q: nõ interemit ꝑꝑ delectationẽ, vt q: vʒ. interficere ſit ſibi iucũdũ, vt nõnulli praui agũt, q̃ ſolũ ꝑꝑ cupiditateʒ interficiũt. Hoc pacto, q̃ iniuriat̃ ex ↄſilio, ⁊ non ſtatim poſt ſuſceptã iniuriaʒ, ſʒ multa meditatione p̃cedẽte, accedit ad iniuriãdũ ex prauitate. licet nõ oĩno ex prauitate iniuriet̃. deinde exponit iniurias, ⁊ dicit. [iniurię deniq; cũ non ſint p̃ter opinionẽ, ſunt a prauitate.] ⁊ exponit qđ intelligat per eſſe a prauitate, ⁊ dicit, [ſunt auteʒ a prauitate, quę ſunt a cupiditate,] ⁊ ꝑꝑ nullã aliã cauſaʒ, vt qm̃ nec iniuriã accepit, nec ꝑꝑ neceſſitatẽ, ſed ſolũ q: id facere eſt ſibi iucũdũ. veluti q̃ interficit aues in aqua, quas hĩe nõ poſſe cognoſcit, ſed ſi recte aduertat̃, lęſiones quatuor ſunt, ifortunia, errores, obiurgia, ⁊ iniurię, infortunia nocumẽta ſunt, ſiue lęſiones, quę inferuntur p̃ter intentũ, ⁊ p̃ter ↄſilium, ⁊ p̃ter prauitatẽ. errores vero ſunt lęſiones, q̃ inferunt̃ non p̃ter intentũ, non tamen a cõſilio, ⁊ pręmeditatione, nec a prauitate. obiurgia vero, quę inferunt̃ non p̃ter intentũ nec p̃ter conſiliuʒ moroſum, ſed nõ a prauitate. Iniurię vero quę ſimpl'r dicũtur iniurię, ſunt quę nec p̃ter intentuʒ, nec p̃ter conſiliũ, ſed a prauitate ſunt, vt quęcũqʒ inferunt̃ ſolum gratia delectationis, ⁊ ob nihil aliud. Ariſt. dixit tria eſſe, q: errorẽ vult eſſe duobus modis. Arbiter ergo hãc inęqualitatẽ ↄſiderare dʒ. Hęc de primo loco, q̃ ſpectat ad arbitriũ.

¶ Etiam ęquũ ⁊ bonum eſt humanis ignoſcere, ⁊ nõ legeʒ, ſed legis ſcriptorem, ⁊ non verba, ſed ſententiam ſpectare.

¶ Nunc ponit ſecũdũ locũ, qui ſpectat ad arbitriũ, ⁊ dicit. [Etiã ęquũ ⁊ bonũ eſt humanis ignoſcere.] nã cũ hõ naturã habeat peccabileʒ, ipſa natura humana meretur non nihil excuſationis, ſi acciderit, vt hõ peccet. deinde ponit tertiũ locũ, ⁊ dicit, [⁊ nõ legis, ſed legis ſcriptoreʒ eſt ſpectare,] nam dʒ conſiderare, ſi legis ſcriptor eſſet, eum cõmiſericorditer agere, cuʒ peccante. deinde ponit quartũ locum, ⁊ dicit, [⁊ non verba] .ſ. legis [ſed ſniam] ſpectare debet. nam licet arbiter videat̃ facere ↄ verba, fortaſſe tñ nõ facit cõtra intentionem legis. vt ſi aliquis aſcendit muros vrbis pro defendenda ciuitate, licet faciat cõtra verba legis dicẽtis capite puniri, qui muros aſcẽderit, nõ tñ facit cõtra intentionem legis.

¶ Et non factum, ſed voluntatem.

¶ Nunc aſſignat quintũ locum, ⁊ dicit. [Et non factum ſpectare ſed voluntatẽ] bonum ⁊ ęquuʒ eſt. nam ſi fecit malum, non mala intentione fecit.

¶ Et non partem, ſed totum.

¶ Aſſignat 6m locũ, ⁊ dicit. [Et non partem,] vt q: in aliquo particulari caſu male fecit, [ſed totuʒ] bonũ ⁊ ęquũ eſt reſpicere, vt q: in multis alys bene ſe habuit.

¶ Nec qualis quidaʒ nunc, ſed qualis quidã ſemper, aut plerũq; fuerit.

¶ Aſſignat

¶ Aſſignat 7^m locũ, ⁊ dicit, [Nec qualis q̃dam nũc] cõſiderat, [ſed q̃lis quidẽ ſemꝑ, aut plerũq; fuerit] q̃ ſi forte toto tempore, vel maiore parte temporis bene vixit, lʒ nunc errauerit.

¶ Et meminiſſe bonorum, quę paſſus eſt, q̃ malorum.

¶ Et aſſignat 8^m locũ, ⁊ dicit. [Et] debet arbiter [meminiſſe bonorũ, quę] peccator [paſſus eſt] .ſ. quę in ſe collecta hʒ, [q̃ maloꝝ,] nam ſi fuerint multo plura bona, q̃ mala, ęquum eſt ei ignoſcere.

¶ Et bonorum, quę paſſus eſt, magis q̃ eorum, quę fecit.

¶ Aſſignat 9^m locũ, ⁊ dicit. [Et] meminiſſe opʒ [bonorum,] quę iniuria affectus paſſus eſt ab iniuriante [magis q̃ eoꝝ] malorum [quę] ei [fecit.] nam ſi plura bona ei contulit, q̃ mala, ignoſcendum eſt.

¶ Et ęquo animo ferre iniuriam.

¶ Aſſignat 10^m locũ, ⁊ dicit. [Et] dʒ arbiter conſiderare, ſi patiens ęquo aĩo fert iniuriam, nã reus tũc magis venia eſt dignus, vnde dicit. [Et ęquo animo ferre iniuriam] ꝯſiderandum eſt, nam ſi patiens iniuriam ęquo animo fert, non dʒ arbiter plus facere q̃ patiẽs q̃rat.

¶ Et magis ſm ſermonem velle iudicari q̃ opere.

¶ Aſſignat 11^m locũ, ⁊ aſſerit eẽ cõſiderandũ ſi peccator velit magis iudicari atq; puniri ſermone ꝟbiſq;, q̃ facto opereq;. ſępe eñi increpatio ſufficit ad corrigendũ. dicit. [Et] ſubaudi cõſiderandum eſt, [magis velle iudicari ſermone] .i. verbis. ideſt ſi peccator vult magis verbis q̃ ope iudicari, atq; puniri, nã arbiter facere dʒ.

¶ Et ad arbitriũ magis q̃ ad iudiciuʒ velle deſcendere. Naʒ arbiter ad bonũ ⁊ ęquuʒ, iudex ꝟo ad legeʒ ſpectat. ⁊ de hac cauſa arbiter eligitur, vt bonuʒ ⁊ ęquũ ꝓualeat. De bonis igitur ⁊ ęquis ſic determinatũ ſit.

¶ Ultimũ locũ affert, ⁊ dicit. [Et ad arbitriũ magis q̃ ad iudiciũ velle deſcẽdere] .i. arbiter dʒ videre ſi peccator magis velit ire ad arbitriũ iudicis q̃ ad iudiciũ, nã ſic eſt dignus venia magis, vel melius, arbiter velit magis iudicare ſm arbitriũ, q̃ ſm iudiciũ, quod per leges fit. cauſa eſt q̃ arbitriũ eſt arbitri, iudiciuʒ ꝟo iudicis, [nam] (vt inq̃t). [arbiter ad bonuʒ ⁊ ęquum, iudex ꝟo ad leges, ſpectat,] ⁊ cũ arbitriũ ſit cõſiderando bonum ⁊ ęquũ, iudicium ꝟo cõſiderãdo leges, ideo arbiter ad bonum ⁊ ęquũ, iudex ad leges ꝓficiſci dʒ. ideo dicit, [⁊ hac de cauſa arbiter eligiẗ, vt bonum ⁊ ęquum prępualeat,] demũ epilogat, ⁊ dicit. [De bonis igiẗ ⁊ ęquis ſic determinatum ſit]. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, arbiter gręce eſt διαιτητης, ⁊ vult arbitrũ eẽ, qui reſpicit bonum ⁊ ęquũ, qđ in legibus nõ ſcribiẗ, iudex ꝟo, (q̃ gręce diciẗ, δικαςης) reſpicit ad iudiciũ, qđ eſt in legibꝰ, ⁊ ad ius in legibus ſcriptũ. vnde arbiter iudicat ꝑ arbitrio, iuſtum in ſe, ſiue cõtineatur, ſiue nõ cõtineaẗ in le-

lege.68°. gibus. Iudex ꝟo non niſi iuſtuʒ, qđ in legibus ſcribiẗ. Leguʒ ꝟo interp̃tes de ꝟboꝝ ſignificatiõe libꝰ ſuꝑ illis verbis [illa verba arbitratu Lucij Titij,] fecerunt differẽtiam inter iudicẽ, ⁊ arbitrũ, ⁊ arbitratorẽ, nã arbitri ex cõpromiſſo eligũtur, nec poſſunt niſi iudicare ſm leges, vt iudices quoq; faciũt. Arbitria eñi ſua iſtar iudicioꝝ dirigunt, nec ab ordinarijs differũt, niſi ꝙ ordinarij iudices nõ a partibus ex cõpromiſſo, ſed a p̃ncipe, vel ijs, qui poteſtatẽ habent, eliguntur, arbitri ꝟo ex cõpromiſſo partiũ, tñ ⁊ arbiter, ⁊ iudex ſm leges, ⁊ nõ ex bono ⁊ ęquo iudicãt. Alij autẽ, quos vulgo arbitratores appellamus, ſunt q̃ tanq̃ boni viri ſm iuris tramites incedere oĩno nõ compelluntur, tamẽ ex bono, ⁊ ęquo decidere negotiũ debent. Hi eniʒ ſunt, in quos ꝑtes quãdoq; cõpromittũt tãq̃ in amicos, bonoſq; viros, vt eoꝝ conſilio atq; authoritate, ꝑtiũ diſcordię cõponanẗ atq; decidanẗ, ſuntq; q̃ non aſtringunẗ ad ſeruandũ ordinem datũ in iudicijs, quẽ tñ arbitri, vt ⁊ iudices ſeruare tenenẗ. Arbitratores igitur ſm hãc differẽtiam nõ iudicant iura in legibus ſcripta, ſed ex bono ⁊ ęquo, ſm illud ius qđ videẗ rationabile. Quare ſi ita fuerit, oportebit, διαιτητην interp̃tari arbitratorẽ, nõ arbitrũ, vt Georgius interp̃tatus eſt: naʒ arbiter nõ differt a iudice, niſi quia eligitur a partibꝰ, iudex aũt eſt ordinariꝰ, tñ arbiter, ⁊ dicaſtes .i. iudex iudicãt ſm leges.

¶ DE MAIORE AC MINORE INIVRIA.

¶ Iniurię ꝟo maiores ſunt, quę a maiore iniquitate ſunt, quocirca quę minimę, maximę quoq;.

¶ Cum dixiſſet de iuſtis, ⁊ iniurijs, nunc de annexis, vt de maiore ac minore iniuria, nam de poſſibili atq; impoſſibili, vt accõmodanẗ huic generi, ſatis ſuꝑiꝰ dixit, Maior ꝟo iniuria ab Ariſt. deſcribiẗ tribus, magnitudine iniq̃tatis, magnitudine dãni, ⁊ amplificãtiũ oſtenſione. magnitudine iniq̃tatis, quãdo a maiore habitu ꝓficiſcitur. Qui eñi a maiore iniq̃tate habituq; iniuſtus eſt, ſi eſt in minimis iniuſtus, erit multo magis iniuſtus in magnis, dicit. [Iniurię ꝟo maiores ſunt, quę a maiore iniq̃tate ſunt] .i. a maiore habitu iniuſtitię. αδικια eniʒ gręce eſt latine, tuʒ iniuria, tum iniuſtitia, tñ Georgius iniq̃tatẽ dixit, ⁊ placet, qm̃ iniquitas eſt habitus iniuſtitię: ⁊ hoc pacto Ariſt. itellexit. ideo cõcludit, [quocirca q̃ minimę] .ſ. iniurię ſunt, [maximę quoq;] ſubaudiẽdum eſt ꝟbum [videnẗ,] qm̃ lʒ in ſe ſint minimę, q; tñ a maiore habitu iniuriãdi ꝓficiſcunẗ, videnẗ maxię.

¶ Ut Menalopum Calliſtratus accuſat, ꝙ decepiſſet templi cuſtodes in tribus ſacris vaſculis mediorum obulorum. Contra ꝟo eſt in ipſa iuſtitia.

¶ Exponit qđ dixerat ꝑ exẽpluʒ: ⁊ dicit. [Ut Menalopũ Calliſtratus accuſat, ꝙ dcepiſſet] τουσ ναοπιους, (vt Georgius dicit) .i. tẽpli cuſtodes, vel vt vetꝰ trãſlatio, templi factores, τρια ημιωβελια ιερα, (vt Georgius) .i. tria vaſcula ſacra minimi põderis: vel vt vetus trãſlatio, ĩ tribꝰ medijs obulis ſacris, forte vaſcula triũ medioꝝ obuloꝝ põderis erant. verũ quodcũq; ſit, minima res erat, quã Menalpus furatus eſt. Qđ nõ feciſſet niſi ꝓpter magnũ habitum iniuriandi. nam q̃ ſacra vaſcula parui põderis furatus eſt, is oẽm rem furabiẗ: ꝓpter. vʒ. magnũ furandi habitũ. Addit. [Cõtra ꝟo eſt in ipſa iuſtitia] .i. in habitu iuſtitię, qm̃ qui eſt iuſtus in magnis, a fortiore erit iuſtus in minimis.

¶ Hęc autem ſunt ex exceſſu ſm potentiam, nam qui tria ſacra vaſcula mediorum obulorum furatus eſt, is quoq; q̃uis iniuriam faciet. Interdũ igitur ſic maior iniuria.

¶ Cum dixiſſet maiorẽ iniuriã fieri ex maiore iniquitate, nũc exponit quę ſint maiora iniqua, ⁊ dicit. [Hęc autem] quę dicũtur fieri a maiore iniquitate, [ſunt ex exceſſu ſm potẽtiam] .i. ſm habitum, per potẽtiam enim habitũ intendit, nã habitus, ⁊ ſciẽtia potẽtia diciẗ, ⁊ aſ-

ſignat cãm, quare a magnitudine habitus, ⁊ dicit. [Nã quia tria ſacra vaſcula medioꝝ obulorũ furatus eſt,] cũ minimã rem furatus ſit, [is quoqȝ quãuis iniuriam faciet,] ex habitu eniȝ iniquitatis eſt, vt q minimas facit iniurias, facturas ſit magnas. Tunc epilogat dicens. [Interdũ igit̃ ſic] τομειζον. ideſt maior iniuria. ideſt h̃ modo ex habitu eſt maior iniuria.

¶ Interdum auteȝ ex dãno ęſtimat̃, ⁊ eſt, cuius nõ eſt ęqua pena, ſed omnis minor.

¶ Nunc docet cognoſcere maiorẽ iniuriã ex magnitudine dãni, ⁊ aſſignat plura loca, quoꝝ primũ affert, ⁊ dicit. [Interdũ autẽ ex dãno] .i. ex magnitudine dãni maior iniuria [ęſtimat̃] ⁊ affert p̃muȝ locũ, ⁊ dicit. [Et] eſt illa iniuria maior, [cuius nõ eſt ęqua pęna. Sed oĩs minor.] cũ eniȝ nullũ poſſit ei ſuppliciuȝ exequari, ſed oĩs pęna minor inueniatur, non modo magna, verũ etiam maxĩa iniuria eſſe vr̃, vt ꝯſpirare in reges, vel ĩ patriã.

¶ Et cuius non eſt remedium, acerbum enĩ ⁊ impoſſibile.

¶ Aſſignat 2m locũ, ⁊ dicit. [Et] illa eſt maior iniuria [cuius nõ eſt remediũ] neqȝ medela, [acerbũ enĩ ⁊ impoſſibile.] acerbũ quidem, qa valde affligens, impoſſ̃e, quoniam nõ eſt recompenſabile, vt quando alter alteri⁹ filium interemerit, non enim recõpenſari poteſt.

¶ Et cuius non eſt ſatiſfactionẽ recipere eũ, qui paſſus eſt: cum res nullum remediũ patiatur. nam vltio atqȝ pęna remediũ eſt.

¶ Aſſignat 3m locum, ⁊ dicit. [Et] illa eſt maior iniuria, [cuius eum, qui paſſus eſt, nõ eſt ſatiſfactionem recipere,] nec in verbis, nec in opere, [cũ res nulluȝ remediũ patiatur] vt ſi paſſus eſſet interẽptus. Interemptus enĩ nullã ſatiſfactionẽ recipere poteſt. [Naȝ remediũ] ⁊ ſatiſfactio [eſt vltio, atqȝ pęna.] At mortuus nec pęnam, nec vltionem in recompenſationem damni, recipe poteſt. Uiuentes tamẽ (qui ſunt propinqui mortuo) poterunt vlciſci, vel ſatiſfactionem recipere.

¶ Et ſi q paſſus eſt, ⁊ ſi q iniuria affect⁹ eſt, magna turpitudine cõflictatus eſt. Adhuc enĩ magis, qui fecit, dignus eſt torqueri. velut Sophocles pro Euctemono patrocinatus, quoniã peremit ſeipſum iniuria paſſus, non ęſtimare ſe minoris (inquit) q̃ȝ quãti qui paſſus eſt, ęſtimauit.

¶ Aſſignat 4m locum, ⁊ dicit. [Et ſi q paſſus eſt, ⁊ ſi qui iniuria affectus eſt], (eſt eniȝ ſcḋm expoſitio primi) [magna turpitudine] magnaqȝ ignominia [cõflictatus eſt:] tũc eſt magna iniuria. deinde interponit qđdaȝ obiter, ⁊ dicit. [Adhuc enĩ magis qui fecit, dign⁹ eſt torqueri.] hoc eſt obiter additũ. Deinde ſequẽdo expoſitionem loci ꝓpoſiti oſtendit Sophoclem eo loco vſuȝ eẽ, ⁊ dicit. [Uelut Sophocles pro Euctemono patrocinatus, qm̃ peremit ſe iniuria paſſus, nõ ęſtimare ſe minoris] ſubaudi cõtumeliaȝ ſuſceptã, [ingt q̃ȝ quãti, qui paſſus eſt, ęſtimauit.] At paſſus contumeliã adeo eam ęſtimauit, vt noluerit amplius viuere. Sũt enĩ hoĩes, qui affecti iniuria in ſeipſos man⁹ iniecerint, vt Cato fecit poſt victoriam Cęſaris: ⁊ alij plurimi.

¶ Et quod ſolus, aut primus, aut cum paucis fecit.

¶ Nunc docet cognoſcere maioreȝ iniuriã ex p̃te iniuriantis, ⁊ aſſignat plura loca, quoꝝ primũ affert, ⁊ dic̃. [Et quod] .ſ. iniuſtum [ſolus fecit,] maius eſt, q̃ȝ ſi feciſſet cũ multis, nam (vt Iuuenalis ingt) illos definit numerus. nõ enĩ magna videt̃ iniuria, cum plures vna ſimul lędũt. Cõuenientius enĩ eſt, vt vnus ſuccũbat pluribus q̃ȝ vni. Deinde aſſignat 2m, ⁊ dicit. [aut] iniuſtũ, qđ [primus] aliqs fecerit, maius eſt q̃ȝ cum alij prius fecerint, nã primus peccat re, ⁊ exemplo. Affert enim alijs exemplũ peccandi. Deinde aſſignat tertiũ, ⁊ dicit. [aut] iniuſtum, qđ quis facit [cũ paucis,] maius eſt q̃ȝ ſi feciſſet cũ pluribus. nam queadmodũ iniuſtũ ab vno mai⁹ eſt, q̃ȝ factum a multis, ita iniuſtũ factum admodum a paucis maius videt̃ q̃ȝ factum a pluribus.

¶ Et ſępe in eodẽ peccare magnum eſt.

¶ Aſſignat 4m locum, ⁊ dicit. [Et ſępe in eodẽ peccare magnũ eſt,] aggrauat enĩ delictuȝ frequentia peccandi ſcḋm ideȝ, nã ſignat ex habitu eſſe peccatũ, nec poſſe corrigi qui peccat, niſi pęna multa.

¶ Et ꝓpter quos vtiqȝ exquiruntur, atqȝ excogitantur, quę prohibent, ⁊ damnum inferunt, vt apud argiuos cruciant eum, cuius gratia lex poſita eſt.

¶ Aſſignat 5m locuȝ, ⁊ dicit. [Et] maxime illi peccãt, [ꝓpter quos vtiqȝ exgruntur, atqȝ excogitant̃] noua genera pęnarũ, atqȝ ſupplicioꝝ, cruciatuũqȝ, [quę ꝓhibẽt] vt iniurię fiãt, [⁊ dãnũ inferunt] eis qui iniurias faciũt. [Ut apud argiuos] ea ſupplicij ſpecie [cruciant,] eum, [cuius gratia lex poſita eſt,] quę cõtinet̃ in lege.

¶ Et ꝓpter quos carcer edificatus eſt.

¶ Aſſignat 6m locum, ⁊ dicit. [Et] illi maxime peccant. [ꝓpter quos carcer edificatus eſt] .i. ꝓpter quos nouũ genus carceris excogitatum eſt.

¶ Et quod beluarum magis eſt, id iniuria maior eſt.

¶ Nunc docet cognoſcere iniuriã maiorem ex p̃te amplificãtium, quę accipiũtur, vel ab ipſa iniuſtitia in ſe, vel a circũſtantijs ipſius iniuſtitię. Quoꝝ plura loca aſſignat, ⁊ p̃mũ qdẽ, cũ dicit. [Et qđ beluaꝝ magis eſt, id iniuria maior eſt,] vt cognoſcere matrem.

¶ Et quę ex pręmeditatione eſt, maior eſt.

¶ Aſſignat 2m locum, ⁊ dicit. [Et q̃ ex] προνοιας .i. p̃meditatione, ⁊ p̃cedenti conſilio [eſt, maior] iniuria [eſt,] quã quę (nullo adhibito cõſilio) infert̃. vt ſi verberat⁹, ſtatim interemerit verberãtem ipſum. Qui enĩ ex conſilio adhibito iniuriatur, videtur electione agere. iniuria autem non eſt, niſi ſit per electionem.

¶ Et quaȝ qui audiunt, timent magis, q̃ȝ miſereantur.

¶ Aſſignat 3m locum, ⁊ dicit. [Et quã qui audiũt, timẽt magis, q̃ȝ miſereãtur:] hęc eſt maior iniuria, vt veſci ex carnib⁹ humanis, vt nõnulli Andropophagi ethiopes faciunt, hos enĩ magis timemus, q̃ȝ miſereamur. vt mori intra viſcera bouum (quod genus mortis inuenit phaleris,) vt cadauer adhuc viuentis hominis, in vermes totum verteretur. Tyrãnos enim qui hoc faciũt, magis timemus, q̃ȝ miſereamur.

¶ Rhetorica ſ̃o hęc ſunt, q̃ multa iuſta euerterit.

¶ Cum aſſignaſſet loca amplificãdi ex p̃te iniuſtitię in ſe, nũc docet amplificare iniurias ex circunſtãtijs iniurię, ⁊ plura etiam loca affert, ⁊ dicit. [Rhetorica ſ̃o] .i. amplificantia ſ̃o iniurias, [hęc ſunt,] quę ſtatim ſub-

ſcribit,⁊ dicit.[Et multa iuſta euerterit,]vt ꝙ cõmiſerit furta,⁊ adulteria,⁊ homicidia,nam ſic multitudine ſcelerum erit magis iniuſtus.

¶ Aut contempſerit iuſiurandum,dextras, fides,affinitates,multorum enim criminuʒ exaggeratio eſt.

¶ Aſſignat 2m locũ,⁊ dicit.[Aut q̃ñ cõtẽpſerit iuſiurãdũ,]falſum iurãdo,[dextras]ſ.non ſeruãdo hoſtibus eius qd̃ ꝓmiſerat per eleuationẽ dextre,[fides,]nõ ſeruando fidẽ ei,a quo captiuatus eſt,[affinitates]frãgendo fidem datã alicui mulieri,vt vxorẽ duceret,affinitates eni Ariſt.επιγαμιας vocat,quę cõnubia,⁊ matrimonia.⁊ affinitates etiã dici poſſunt.Deinde dat cãm,⁊ dicit.[Multorum enim criminuʒ exaggeratio]⁊ amplificatio eſt cõmiſſi ſceleris.

¶ Et quod hic,vbi puniuntur iniuſti:quod quidem faciunt falſi teſtes,vbiqꝫ eniʒ nõne vtiqꝫ iniuriã facerẽt,ſi ⁊ in prętorio?

¶ Aſſignat 3m locum,⁊ dicit.[Et qd̃ hic]ſ.in p̃torio pn̄cipis,[vbi puniunt̃ iniuſti,]eſt magis iniuſtũ q̃ alibi:[qd̃ qdem faciunt falſi teſtes,]falſi eni teſtes frangunt iuſiurandũ coram iudice in p̃torio,qd̃ eſt locus principis.Deinde aſſignat cãm,⁊ dicit.[Ubiqꝫ eni nõne iniuriam facerẽt,ſi ⁊ in p̃torio]faciunt:q̃ſi dicat,ita.Qui.n. iniuriã faciũt in loco,vbi non debent facere,vbiqꝫ iniuriam facient,eſt ⁊ alia ratio,quoniã qui iniuriatur in prętorio,videt̃ iniuriam inferre principi etiam.

¶ Et in quibus turpitudo maior eſt.

¶ Aſſignat 4m locum,⁊ dicit.[Et]hę iniurię ſunt maiores,[in qbus maior turpitudo eſt.]Turpitudo eni gręce eſt αισχυνη,latine etiã pudor,atqꝫ verecũdia,necnon ⁊ cõfuſio:vt ſi in aperto aliqs adulteraretur.

¶ Et ſi in eum,a quo beneficia accepit.nam pluribus modis peccat,⁊ quoniam male facit,⁊ quoniam non bene facit.

¶ Aſſignat 5m locũ,⁊ dicit.[Et ſi in eũ]iniuriat9 eſt,[a q̃ beneficia accepit,]ſũma iniuria eſt,⁊ aſſignat rõnem,⁊ dicit,[nam]hꝰ iniurians[pluribus modis peccat,⁊ q̃ñ male facit,]lędendo eum,cui gratię erant agẽdę,[⁊ q̃ñ non facit,]cum non licet iniuriari.

tamen
γαρ enim
ſed
μεν ουν quidẽ igit̃

¶ Et qui ſm ſcripta,iuſt9 eſt.melioris tamẽ eſt non ꝓpter neceſſitatem iuſtum eẽ. ſʒ ſm ſcripta ex neceſſitate:ſm vo nõ ſcripta,nõ.

¶ Aſſignat 6m locũ,⁊ vult longe magis iniuſtũ eſſe,qui peccat cõtra non ſcriptas leges,q̃ qui peccat cõtra ſcriptas,⁊ argumentũ eſt per locũ a cõtrario,magis iuſtus eſt,qui eſt iuſtus ſine lege q̃ qui iuſtus eſt ꝓpter legem,nam ꝑ legem eſt coacte iuſtus,iuſtus vo ſine lege eſt libere,⁊ vere moraliter iuſtus.igit̃ iuſtus ſine lege ẽ magis iuſtus,q̃ ſit iuſtus per legẽ.ergo ꝑ locũ a contrario iniuſtus ſine lege eſt magis iniuſtus,q̃ iniuſtus per legem.igit̃ locus verus eſt,ꝙ iniuſtus ſine lege eſt magis iniuſtus,q̃ iniuſtus ſm legem.Dicit.[Et q ſm ſcripta]iura iuſtus eſt,[iuſtus eſt,melioris tñ eſt]iuſtitię[nõ ꝓpter neceſſitatẽ iuſtuʒ eſſe:]q̃ eẽ iuſtum ꝓpter neceſſitatem,tunc dat minorẽ,⁊ dicit.[Sed ſm ſcripta]iura[ex neceſſitate]ſ.eſt iuſtus,[ſm vo non ſcripta]eſt iuſtus[non ex neceſſitate.]ſubaudias cõcluſionez.vʒ.igit̃ iniuſtus ſine lege magis iuſtus eſt q̃ iuſtus,ꝑ legem.ex his vult habere hunc locũ ꝙ magis peccet iniuſtus ſine lege,q̃ iniuſtus ſm legem.vt ſi albuʒ eſt magis quale q̃ nigrum.igitur nõ album erit magis nõ quale q̃ nõ nigrũ.¶ Quo vo ad verba attinet per ſcriptas,⁊ nõ ſcriptas leges,intelligit iura priuata,ſiue ſcribant̃,ſiue nõ ſcribant̃.non eni per ſcripta intelligit leges ꝓprias,⁊ ꝑ non ſcripta,leges cões,quę ſunt de iure nãli.Sed itelligit iura ꝓpria,ſiue ſcripta ſint,ſiue nõ ſcripta.Et qd̃ dic̃ Ariſt.verũ eſt.nã phi ſunt magis iuſti q̃ ciues,q̃ñ ſiue ſint,ſiue nõ ſint leges,phi iuſti ſunt.Quid enim vt Anacharſis Soloni dixit,vtilis eſt phia,niſi qa docet ea facere ſine legibus,quę leges metu agẽda eẽ p̃cipiũt,quare fit vt phus ſit magis iuſtus,cum eſt iuſtus q̃ ciuis iuſtus.igitur econtrario cuʒ phus eſt iniuſtus,erit magis iniuſtus,q̃ ciuis iniuſtus.Hęc de loco.

¶ Alio autẽ modo,ſi ſm ſcripta,nam qui in timendis cõmittit,⁊ in ijs,in quibus ſupplicia ſtatuta ſunt,in ijs quoqꝫ cõmittet vtiqꝫ vbi nullum ſupplitium poſitũ eſt.De iniuria igitur maiore ac minore dictũ eſt.

¶ Aſſignat locum 2riuʒ,ſed ꝑ aliã ↄſiderationẽ,⁊ dicit.[Alio auteʒ modo]i.alia vo cõſideratione[ſi ſm ſcripta]qs peccauerit,magis peccat,⁊ aſſignat cãm,⁊ dicit.[Nam qui in timendis,⁊ in ijs,in qbus ſupplicia ſtatuta ſunt,cõmittit,in ijs quoqꝫ cõmittet vtiqꝫ,vbi nulluʒ ſuppliciũ poſitum eſt]igit̃ magis ex iniqtate cõmittit. Primus ergo locus tenebat cõſideratione habita ad libertatẽ agendi,⁊ ad ſuum 2riuʒ.Scd̃s locus vo tenet,cõſideratione habita ad iniqtatẽ,quę magis apparet in delinquẽte ſm legem,q̃ in delinquente ſine lege,⁊ ſic vterqꝫ locus eſt rhetoricus,⁊ ꝑſuaſiuus,tũc epilogat,⁊ dicit.[De iniuria igit̃ maiore ac miore dictũ eſt.]

¶ DE INARTIFICIALI PERSVASIONE.

¶ De perſuaſionibus vo,quę inartificiales dicũtur,poſt ea,quę dicta ſunt,cõſequẽs eſt trãſigere,ꝓprię eni ſunt hę iudicialiũ.ſũtqꝫ numero qnque/leges/teſtes/pacta/iuſiuranduʒ/q̃ſtiones. Primũ itaqꝫ de legibus quo pacto ſuadẽti,⁊ diſſuadẽti,⁊ accuſanti,⁊ defendenti vtendum ſit,dicamus.

¶ Cuʒ dixiſſet de artificialibus ꝑſuaſionibus,nũc vult agere de inartificialibus,⁊ p̃mo ꝓponit intẽtionẽ generatim cuʒ cõtinuatione ad dicta,⁊ dicit.[De ꝑſuaſionibus vo,quę inartificiales dicunt̃,poſt ea,q̃ dicta ſunt]ſcʒ de artificialibus,[ↄñs eſt tranſigere,]⁊ aſſignat cauſam,⁊ dicit.[Proprię eni ſunt hę iudicialiũ,]de qbꝰ iudicialibus eſt ad p̃ſens ſermo.Deinde exponit illas,vt trãſeat ad particularẽ intẽtionem,⁊ dicit.[Suntqꝫ numero qnque leges/teſtes/pacta/iuſiuranduʒ/q̃ſtiones,]dicũtur autẽ q̃ſtiones gręce βασανοι,latine tormenta,vel torturę,corporiſqꝫ dolores,qui dant̃ alicui facinoroſo ad eruẽdam veritatẽ,ſicuti in iudicijs,⁊ etiam a latinis q̃ſtiones appellãtur.Cur vo hę qnque ꝑſuaſiones dicũtur inartificiales,pʒ,q̃ñ nõ ſunt ex locis,propoſitionibus,nec ſunt enthymemata,nec exempla,nec alię ꝑſuaſiones,quę artificio initũtur.Deinde ponit intẽtionem ſpeciatiʒ,vt det p̃ncipium ad dicenda,⁊ dicit.[Primũ itaqꝫ de legibus quo pacto ſuadenti,⁊ diſſuadenti,⁊ accuſanti,⁊ defendẽti vtendũ ſit,dicamus,]poſtea de reliquis ſuo ordine.Hęc de intẽtione ſpeciatiʒ.

¶ Egidius aũt ponderãdo verba Ariſt.dixiſſe ait ſuadenti ⁊ diſſuadẽti,quãtum ad genus deliberatiuũ,accuſanti vo ⁊ defendẽti quantũ ad genus iudiciale,qa(vt dicit)leges his duobꝰ generibus dicendi vident̃ vtiles

eē.Sed ꝙ leges vtiles ſint generi iudiciali, Ariſt. teſtatur dicēs,[ꝓprię eni ſunt hę iudicialiū,]eē tñ vtiles de liberatiuo generi,nōdū legimus,vt ꝟo itelligas,Ariſt. in Theodecticis,ꝓbationū duo eſſe genera aſſerit,naꝫ alię ſiūt ex ipſis verbis,⁊ negotijs,⁊ hoib⁹.alię ꝟo appoſitę ſunt ijs,quę dicunt̃,⁊ quę gerunt̃,naꝫ icota,exēpla,cōiecturę,cōmētationes,ſnię,ſigna,argumēta,ꝓbationes ex ipſis verbis,⁊ hoibus,⁊ negotijs ſunt,appoſitę autem probationes,teſtes,iuramēta,⁊ quęſtiōes exiſtunt.Ariſto.ꝟo hic primas vocauit artificiales perſuaſiones,ſecundas ꝟo inartificiales.

DE LEGIBVS.

Manifeſtuꝫ eni eſt,quoniā(ſi ſcripta quidem cōtraria ſit rei noſtrę)cōi lege vtenduꝫ eſt,boniſqꝫ ⁊ ęquis tāqꝫ iuſtioribus.

Exequēdo de legibus,qm̄ lex ſcripta pōt eſſe aduerſus nos,aut ꝓ nobis,ideo ꝑmo docet quę faciēda ſunt,cum fuerit contra nos,deinde quę faciēda,cuꝫ fuerit ꝓ nobis,⁊ exequēdo de ꝑmo,ꝑmo tangit quid gñatiꝫ faciendum eſt,⁊ dicit.[Manifeſtū eni eſt,qm̄ ſi]lex[ſcripta quideꝫ cōtraria ſit rei noſtrę,]nobiſqꝫ aduerſans,[cōi lege vtenduꝫ eſt,]quę continet ius nāle,qꝺ in non ſcriptis legibus habet̃.[boniſqꝫ ⁊ ęquis,]quę ſunt defectus legum,ſed iuſti in ſe,his qdem eſt vtendū[tāqꝫ iuſtioribus.]hic ꝑmus,⁊ locus quaſi generalis.

Et quoniam optima ſententia vtētes hoc eſt,non in omnibus vti ſcriptis.

Qꝺ autem non ſemꝑ ſit vtenduꝫ legibus ſcriptis, ꝓbat per plura loca ſpetiatim,quoꝝ primū tangit,⁊ dic̃.[Et qm̄ eos,qui vtuntur optima ſentētia,hoc eſt,]ſubaudi[non]oportere[in oībus vti ſcriptis legib⁹]ꝙ aūt ita ſit,pꝫ.qm̄ cum nō oia particularia ſcribant̃ in legibus,erit optimū in quibuſdā caſibus nō vti legib⁹ ſcriptis,ſed legib⁹ nō ſcriptis,quę continent ius nāle,atqꝫ bonum ipm̄,⁊ ęquum:quę ſunt iuſta ſimpl'r.ex his vult habere ꝑmū locū ſpetiatiꝫ,ꝙ.vꝫ.ſit ſtādū legib⁹ cōib⁹,⁊ bono ⁊ ęquo,non autem legibus ſcriptis.

Et ꝙ bonum ⁊ ęquum quidem ꝑmaneat idem ſemꝑ,⁊ nūqꝫ mutet̃,neqꝫ cōis,cū ꝺm naturam ſit.ſcriptę autem ſępius.

Aſſignat 2ᵐ locū ſpetiatim,ꝙ ſtandum ſit magis legi cōi,⁊ bono ⁊ ęquo qꝫ ſcriptis legib⁹,⁊ dicit.[Et]ſubaudi dicat ad cōfirmationē eiuſdē[ꝙ bonū ⁊ ęquū qdem ꝑmaneat idem ſemꝑ,⁊ nūqꝫ mutet̃,neqꝫ cōis] ſubaudi lex mutet̃,quę ꝯtinet bonū ⁊ ęquum,atqꝫ ius nāle[ſcriptę aūt].ſ.leges[ſępius].ſ.mutant̃,atqꝫ mutatę ſūt,in qbus ſcribit̃ ius poſitiuū.igit̃ ſtādū eſt legi cōi,bonoqꝫ ⁊ ęquo,q̄ firmiora ſūt:lōge magis qꝫ ſcriptis legibus.

Unde dictū eſt in Antigone Sophoclis, defendiſſe quidem ſe egiſſe ꝑter Creōtis legem,non tamē ꝑter non ſcriptam. Non eni nunc ⁊ heri,ſed ſemper. Nō itaqꝫ ego curabam hęc quę hominis alicuius ſunt.

quidem γαρ enim

Qꝺ aūt lex cōis,bonūqꝫ ⁊ ęquū firmiora ſint,ꝓbat authoritate Sophoclis,⁊ dicit.[Unde dictū eſt in Antigone Sophoclis ꝺfendiſſe qdē ſe,]dicēdo ſubaudi[ſe egiſſe ꝑter Creontis legem,]in qua cōtinebat̃ ius poſitiuum,[non tñ ꝑter nō ſcriptā]in qua cōtinet̃ ius naturale,bonūqꝫ ⁊ ęquum.Cuius cām dixit Sophocles dicens.[Nō eniꝫ nunc ⁊ heri,ſed ſemper]ſubaudi eſt ius non ſcriptū,bonūqꝫ ⁊ ęquuꝫ.[nō itaqꝫ curabā hęc]ſcꝫ iura ſcripta,[quę hois alicuius ſunt.]ſed leges nō ſcriptas,quę naturę ſunt.Sophocles ꝟo ꝟba hęc ſunt,ου γαρ τι νυν τε κὰχθεσ αλλ᾽αει ϖοτε.i.nō.n. qꝺ ⁊ nunc ⁊ heri,ſed ſemꝑ.vbi ſignificauit ſtādum eē poti⁹ legi naturę,qꝫ legi hominis.nam leges naturę ſunt ſemper,hominum autem leges mutantur.

Et quoniam quod iuſtum eſt,verum qppiam atqꝫ vtile eſt,non autē id,quod videt̃. Quare quę ſcripta eſt,non lex eſt,cuꝫ legis opus non faciat.

Aſſignat 3ᵐ locū,⁊ dicit.[Et].ſ.debemus dicere,[qm̄ quod iuſtū eſt,verū quippiā atqꝫ vtile eſt,non autē id, quod videt̃].ſ.veruꝫ,vel vtile.[Quare quę ſcripta]lex [eſt,nō lex eſt].ſ.ſemꝑ iuſta,[cuꝫ legis opus nō faciat.] ſcꝫ ſemꝑ,cū non ſemꝑ ſit vera,⁊ vtilis.At lex communis,⁊ bonum ⁊ ęquum ſemper vera ſunt.quare potius his,qꝫ illis ſtandum eſt.

Et quoniam iudex quaſi argenti atqꝫ auri cognitor eſt,vt vere iuſtum ab adulterato diſcernatur.

Aſſignat 4ᵐ locū,⁊ dicit.[Et].ſ.ꝺbemus dicere,[qm̄ iudex eſt quaſi argēti,atqꝫ auri cognitor,vt vere iuſtū ab adulterato diſcernatur.]mō iura naturalia,bonaqꝫ ⁊ ęqua ſunt,vt aurum,ſcripta autem, vt argenta, quare lex naturalis pręferēda eſt,ſemperqꝫ obſeruanda.ſcripta ꝟo non ſemper.

Et qm̄ melioris hois eſt nō ſcriptis poti⁹ qꝫ ſcriptis vti,⁊ in eis permanere.

Aſſignat 5ᵐ locū,⁊ dicit.[Et].ſ.debemus dicere,[qm̄ melioris hominis eſt nō ſcriptis potius qꝫ ſcriptis vti, ⁊ in eis permanere.]modo quod pertinet ad meliorē, eſt melius,quare cū vir bonus potius vtatur lege naturę,bonoqꝫ ⁊ ęquo,nos quoqꝫ idē facere debemus.Egidius ꝟo intelligit melius eſſe vti non ſcriptis qꝫ ſcriptis legibus,quando bonuꝫ ⁊ ęquum ſuperat ius ſcriptum. Melius tñ dicamus,qm̄ qui ſcriptis vtitur,quaſi coacte vtitur,qui ꝟo non ſcriptis,quaſi ſpōte,modo(vt ſuperius dictum eſt)melior eſt,qui nō coactus iuſtus eſt qꝫ qui coactus eſt iuſtus.

Et ſi alteri,quę lex ꝓbata eſt,aut ſibiipſi ſit contraria,veluti ſi altera eē iubeat firma q̄cūqꝫ inter ſe pacti ſunt,cum altera vetet,ne aduerſus leges pangant.

Aſſignat 6ᵐ locū a contraria lege,⁊ dicit.[Et] ſubaudi cōſiderandum eſt,[ſi]lex inducta cōtra rem noſtraꝫ ſit vbiqꝫ eodē modo,an[ſit alteri legi,quę ꝓbata ē,aut ſibiipſi cōtraria,]eſt qdem lex ſibiipſi cōtraria,quādo de eadē re ponitur oppoſito mō,vt ſi de furto poneretur,vt fures teneretur ad quadruplū,⁊ alio loco poneretur,vt ad nihil teneret̃:ſed ſolū vt poſſit impune occidi a cuſtode bonoꝝ,vt apud Lygurgū lex erat.Quo mō ꝟo alteri legi ꝓbatę cōtraria,exponit,⁊ dicit.[Veluti ſi altera].ſ.lex[eſſe firma iubeat,quęcūqꝫ] hoies[inter ſe pacti ſunt,]non addēdo quo mō,ſed ſic ſimpl'r ꝓferendo,[cum altera].ſ.lex[vetet ne aduerſus leges pāgant].i.pacta faciant.Prima eni lex vniuerſal'r dicit eē ſeruanda pacta,quęcūqꝫ hoies inter ſe fecerint. Secūda ꝟo dicit nō eſſe ſeruāda pacta,ſi fuerint ꝯtra leges. Quare ſi inuenit̃ lex contraria legi,quę inducta eſt contra nos,inducenda eſt,quoniaꝫ lex non ſcripta cuꝫ illa facient magnum momentum pro re noſtra.

¶ Et ſi ambigua fuerit, vt vergat, atq̃ inſpiciat ad vtrãuis partem, vel iuſtum, vel vtile accõmodabit̃, deinde ea vtendum eſt.

¶ Deinde adducit 7ᵐ locũ, ꝛ dicit. [Et ſi] ſubaudi lex inducta cõtra rem nr̃am nõ fuerit valde manifeſte cõtra rem noſtraʒ, ſed [ambigua fuerit] adeo, [vt vergat, aut inſpiciat vtrãuis partẽ, vel iuſtũ, vel vtile] nobis ex illa [accõmodabit̃ deinde ea vtẽduʒ] .ſ. ſic accõmodata ad propoſitum noſtrum. verum locus iſte eſt conditionalis, vtputa ſi lex ꝯtra nos inducta fuerit ambigua vtriq̃ʒ parti accommodabilis.

¶ Et ſi res q̃dem, de q̃bus lata erat lex, non adhuc manent, ſed lex: tẽtanduʒ eſt id declarare, ꝛ aduerſari ſic ad ipſam.

¶ Adducit locũ 8ᵐ etiã cõditionalẽ, ꝛ dicit. [Et ſi res q̃dem, de q̃bus lata erat lex, nõ adhuc manẽt, ſed lex] maneat [tentãduʒ eſt id declarare] ꝛ dicere, legẽ nõ habere nunc vim, q̃m res, quarũ gratia lata erat, abierũt, ꝛ nõ ſunt amplius. [ꝛ ſic] tentãdũ eſt [aduerſari ad ipſam,] hęc ſunt, quę Ariſt. docet nos facere, cũ aduerſarius adduxerit legem cõtra nos. quę maxime habebãt locũ eo tẽpore, quo leges ſcriptę traditę erãt in ſua ſimplicitate per capita. Poſtq̃ʒ ṽo ſunt p̲ caſus, ꝛ cõditiones, ꝛ fallentias determinatę, cõtra legem nemo põt dicere, niſi duxerit cõtra eam leges alias, ꝛ quidem plures, nã bonũ, ꝛ ęquũ ꝓ magna p̲te hodie eſt in legib⁹ annotatũ.

¶ Si autẽ lex ſcripta ſit pro re noſtra, tunc optima ſentẽtia dicẽduʒ eſt, nõ eẽ legeʒ poſitam, vt p̃ter legem iudices, ſed ne ignorãdo quid leges volunt, peieres.

¶ Nũc docet q̃d agendũ cum lex fuerit ꝓ nobis, ꝛ aſſignat p̃mũ locũ, ꝛ dicit. [Si autẽ lex ſcripta ſit ꝓ re noſtra] adducenda ſubaudi eſt iudici, ꝛ [tũc optima ſentẽtia dicẽdum eſt] ſubaudi iudici [nõ eſſe legẽ poſitaʒ, vt pręter legẽ iudices, ſed ne ignorãdo q̃d leges volũt, peieres] .i. erres in ſentẽtijs ꝓferẽdis. naʒ errare in ſentẽtijs proferendis eſt peierare, ꝛ ſacra intemerare. Quare pro lege eſt tibi iudicandum.

¶ Et quoniaʒ nemo eligit, quod ſimpliciter bonum eſt, ſed quod ſibi.

¶ Aſſignat 2ᵐ locum, ꝛ dicit. [Et quoniam nemo eligit, q̃ð ſimpl'r bonum eſt, ſed] oẽs eligunt, [q̃ð ſibi] bonuʒ eſt. Solus eni ſtudioſus eligit ſimpliciter bonuʒ, ꝛ hoc ideo, q̃a apud ſtudioſos idem eſt ſimpl'r, ꝛ ſibi bonuʒ. Et ciuitas eligit de cõi conſenſu legeʒ, igit̃ lex erit ciuitati bonum, ꝛ per cõſequens ſeruanda a iudice tãq̃ʒ ciuitati, ꝛ ſibi bonum: qui eſt ciuitatis pars. Quare ꝓ lege erit tibi iudicandum.

¶ Et quoniam nihil differt, aut nõ poni, aut non vti.

¶ Aſſignat 3ᵐ locum, ꝛ dicit. [Et] eſt tibi iudicandũ ſ̃m legem. [Q̃m nihil differt aut nõ poni] .ſ. legem, [aut nõ vti] .ſ. lege. ꝛ cum peſſimum ſit legem non poni, peſſimum erit poſita lege non vti.

¶ Et quoniã in alijs artibus: queãdmoduʒ non confert aduerſus medicũ cauillari. Nõ eniʒ tãtum nocet error medici, quãtuʒ aſſueſcere non obedire principi.

¶ Aſſignat 4ᵐ locum per ſil'itudinem, ꝛ dicit. [Et] ſubaudi parendũ ꝛ iudicãduʒ eſt legibus, [q̃m in alijs artibus] parẽdum eſt authoribus earũ: ꝛ ipſarum artium p̃ceptis. nõ enim cõferret a p̃ceptis artium, ꝛ ab authoribus earuʒ diſſentire, [quemadmodũ non confert aduerſus medicũ cauillari, imo nocet. ꝛ longe magis nocet diſſentire a legibus, ꝛ a p̃ncipe, qui eas leges tulit, ꝛ aſſignat rõnem, ꝛ dicit. [Non eni tãtuʒ nocet error medici,] qui ꝓficiſcitur ab inobedientia ęgroti, [quantuʒ aſſueſcere nõ obedire p̃ncipi.] naʒ hoc aię, illud corpori nocet. eſt autem animę lęſio tãto corporis lęſiõe maior, quanto anima eſt corpore excellentior.

¶ Et q̃m quęrere ſe eſſe legibus ſapiẽtioreʒ, hoc eſt q̃ð in legib⁹ ꝓbatis interdicit̃/ac de legibus q̃dem ſic determinatum ſit.

¶ Aſſignat 5ᵐ ꝛ vltimũ locuʒ, ꝛ dicit. [Et] ſubaudi iudicãdum eſt tibi ſ̃m legẽ, ꝛ non oſtẽdendũ te ſapiẽtioreʒ legibus, [q̃m] aliquem [q̃rere ſe eſſe legib⁹ ſapiẽtioreʒ, hoc eſt q̃ð in legib⁹ ꝓbatis interciditur,] ꝓbatę eniʒ leges id maxime cauent, ne q̃s legibus prudẽtioreʒ ſe velit oſtendere. Cicero ṽo lib° 2° veteris rhetoricę hęc loca, quę Ariſto. breuibus tetigit, bonis atq̃ ꝓbatis locis amplificauit, nunc volumus hęc, (quę Ariſt. dicit,) nobis ſufficere. Demũ epilogat, ꝛ dicit, [ac de legibus quideʒ ſic determinatũ ſit]. ¶ Sed circa hęc, quę Ariſt. dixit de legibus, quęrit̃ vtrum leges ſint mutabiles. Ariſ. eni videtur dicere leges nõ ſolum eẽ mutabiles, ſed ſępius mutatas eẽ. ꝓpterea dicamus legẽ nãlem non eſſe mutabilẽ, nam hęc cõtinet ius nãle, bonum ꝛ ęquũ, q̃ð cõſonũ eſt dictamini rõnis. ¶ P̃. Ad q̃ð habemus naturalẽ inclinationeʒ, id nõ videt̃ mutabile reſpectu noſtri. Nemo eni mutat̃ in ipſa riſibilitate, q̃m nos habemus nãlem inclinationẽ ad riſum. Q̃ð ṽo ad legeʒ naturalem hoĩes habeãt nãlem inclinationẽ, pʒ. q̃a ad oẽ quod per rõneʒ dicit̃, ꝛ fit, hõ natura iclinat̃. Scðo dicimus legẽ, quę cõtinet ius poſitiuũ, non ſolũ eẽ mutabilem, ſed ſępius (vt dixit Ariſt.) mutatã eſſe. Pʒ p̃mo q̃a p̃ncipium huius eſt mutabile, eſt eni legis h⁹ principium q̃ſi totale volũtas principis, cuius eſt authoritas cõdendi leges. At volũtas mutat̃ pro loco, pro t̃pe, pro perſonis, ꝛ ꝓ alijs, atq̃ alijs conditionibus. igit̃ lex h⁹ nõ ſolum mutabilis eſt, ſed eſt ſępius mutata. Deinde mutant̃ dñia, ſed leges nõ eędem cõueniunt oĩbus dominationibus: demũ leges h⁹ ſunt ꝓbabiles opiniões. Sed opiniões ꝯtingit infinities mutari; vt Plato 3° de legibus demõſtrat, qui aſſerit hoĩes cępiſſe viuere ſine legibus ſcriptis, quę cõtinent ius poſitiuuʒ, ſoliſq̃ legibus naturę multos annos vixiſſe. Poſtea cũ fuerũt cõgregati in vnã ciuitatẽ, legib⁹ ſcriptis cępiſſe viuere nõ in oĩbus ciuitatibus eiſdẽ. igit̃ leges h⁹ non ſoluʒ ſunt mutabiles, ſed quotidie mutant̃. Deinde q̃ritur vtrum liceat ſubditis facere cõtra legem, ṽba legis interp̃tando: dicẽdum ſolis p̃ncipibus licituʒ eſſe authoritatiue (vt ita dixerim) facere cõtra legẽ verba legis interp̃tãdo. pʒ q̃m non ſoluʒ eoꝝ eſt leges interp̃tari, ſed cõdere de nouo. ꝛ hoc videmus quotidie reges facere pragmaticas cõtra leges cões: potiſſimũ in ſuis regnis. Secũdo dico aliquando ſubdito licere per accñs, vtputa in aliquo p̲ticulari caſu. nõ autem authoritatiue, ſic loquũtur hodie. pʒ, vt ſi lex ſit in ciuitate, vt valuę vrbis ſemp̲ clauſę habeãtur. ſitq̃ʒ ciuitatis p̃nceps extra ciuitatẽ, quem hoſtes aſſequant̃: certum eſt in h⁹ caſu vnicuiq̃ʒ licere valuas aperire, aliogn ciuitas tota periret, principe. vʒ. capto. Q̃ ṽo non authoritatiue, ꝑſpicuum eſt, cũ non habeat authoritatẽ condẽdi. igitur nec interp̃tandi. Tertio dico ſubdito licere facere contra ṽba

Titu. 8°.

Digreſſio de legib⁹.

per accidẽs in aliqbus caſibus,nõ autẽ cõtra intẽtiões legiſlatoris. Tuz qa ſubditi nõ eſt authoritas cõdendi legem.igit̃ nec faciẽdi contra intẽtionem legiſlatoris. Tuz etiã qa legiſlatoris intẽtio eſt iuſta,ꝛ bona.igitur nõ poteſt ſubditus aduerſari intẽtioni.poteſt aũt maxime ſubditus facere cõtra ꝟba legis per accidẽs in caſu, quãdo fauore alterius legis ſua interp̃tatio haberet vigorem. vt legum interp̃tes quotidie facere tẽtant. Ulterius videamus vtrũ lege meliore inuenta, ſit vetus lex illi cõtraria abolẽda. Dicẽdum p̃mo in caſu in quo bona,(quę ſequũtur lationẽ nouę legis)nõ fuerint longe meliora malis,quę ſeq̃bant̃ antiquam,antiqua lex ſine accerſitu,atq; cõſenſu vniuerſi populi nõ eſt abolẽda, nam lz princeps de plenaria poteſtate poſſit eam abrogare,ſm tñ Ariſt.eſt periculoſam.qm̃(vt 2° politicoꝝ dicit)ex hac mutatiõe orirent̃ ſeditiones,tumultus,rixę,atq; pollẽtiſſimę cõtentiones in populo.verbi cã,ſi lex antiqua eẽt,vt filij oẽs ex ęquo bonis paternis ſuccederent,ꝛ fieret noua,vt primus heres tñ ſuccederet, dubio pcul magnę naſcerent̃ ſeditiones,rixę,atqz contẽtiones:quę p̃nceps non dz permittere. Scdo dico,ꝙ ſi per legẽ nouã ſequerent̃ multo plura bona,q̃ꝫ p legẽ antiquaz,imo per nouã bona,ꝛ p veterem mala valde, abolenda eſt antiqua nouę incõpoſſibilis,nõ tñ ſubito,qm̃ ſicuti natura nõ ſuſtinet repẽtinaz mutationem, ita nec ciuitas,ſed paulatim,ꝛ accerſito populo,ꝛ a ciuibus cõſenſu habito. Hoc pſpicuuz eſt p rõnem Ariſto. 2° politicoꝝ.qa omne antiquũ p̃ſumitur bene factũ eſſet. ¶ P̃. Antiqua lex pręnimia vetuſtate ꝯuerſa eſt in naturã. Qđ autẽ eſt nãle,non aliter aſſueſcit. Accedit ꝙ antiqua lex nõ ſolum valet,qa lex,ſed qa conſueta eſt, quãtum aũt habeat,vim,qđ conſuetuz eſt. Ariſt.oſtẽdit 2° metaphyſi.lib°. Quare princeps lz poſſit legem mutare,ꝛ ſubito,ꝛ ad cõtrariũ,tamẽ iuſte agẽdo nõ debz, nec de potẽtia regulata rõne poteſt. Ex his pz,quę legalia poſſint mutari,quę aũt non. Legalia eniz quę continent moralia,ſiue iura nãlia,ſiue bona ꝛ ęqua,non pñt mutari a iuſto p̃ncipe. Legalia ꝟo,quę cõtinẽt iura poſitiua,quę vim habẽt principal'r ex volũtate inſtituentis,mutari pñt:ꝛ quotidie mutant̃. Demuz q̃ram⁹ vtruz ſi non eẽt ius ſcriptuz,nec lex aliqua lata hoibus,hoies poſſint bene,ꝛ male agere,ex vno videt̃ hoies nõ poſſe male agere ſi nulla eſſet ſcripta lex,qm̃ ad nihil obligant̃:ꝛ ſi ad nihil obligant̃,non pñt peccare,cuz omne peccatũ ſit contra legẽ:ex alio videt̃ hoies poſſe peccare,etiã ſi nulla lex ſcripta eſſet,qa poſſent agere contra bonũ,ꝛ ęquum,qđ non ſcribit̃,ꝛ contra legeꝫ naturę,q̃ oibus hoibus cõmunis naſcit̃. Solutio q̃ſtionis conſiſtit in duobus,quoꝝ primuz eſt,dato ꝙ nulla oino lex ſit hoibus lata,ciues pñt moraliter bene ꝛ male agere, pz.qm̃ poſſunt recte ꝛ non recte vti rõne. Qui eni ſeipſum necat,moral'r peccat,qm̃ agit cõtra legem nãlem, quę nihil aliud eſt q̃ꝫ recta agẽdi ratio. Recta aũt ratio dictat vnũquẽq; appetere ſuiipſius cõſeruationẽ. Quare qui agit cõtra hoc rõnis dictamẽ,moral'r peccat. Inſuper qui cognoſcit matrẽ,peccat moral'r,qm̃ agit contra rectũ rationis dictamen,qđ eſt,vt nemo cognoſcat matrem. Simili mõ dici põt de omni vitio,qđ eſt contra bonũ moris. Cõtra autẽ,qui agit ſm dictamen recte rõnis,hic bene moral'r agit,vt qui venerat̃ deuz,parẽtes,p̃ceptores,ꝛ qui vtit̃ liberalitate,ꝛ tẽperãtia,ꝛ agit ſm oẽm virtutem. Scdm ꝟo eſt,ſi nulla fuerit ſcripta lex,nullũq; ius poſitiuum in lege ciuibus latũ,non erit bene,nec male agere ſm legem,nec erit aliqđ peccatuz legale.pz,qa hoies ad nihil poſitiue obligant̃.ex his p ſpicuum eſt legẽ nãlem,eẽ hoibus coęuam,qm̃ hoibus eſt coęua ratio,ꝛ appetitus ſenſitiuus,coęuuz etiam dominiũ rõnis ſuper appetituz.quoties igit̃ homo ſeruauerit nãle dominium rõnis ſup appetitũ,tunc ſeruat legeꝫ nãlem:ꝛ dicit̃ moral'r bene agere,quoties ꝟo permittit,vt appetitus dñetur rõni,ꝛ ſm appetitus dñium agit,tunc moral'r peccat,ꝛ moral'r male agit. Ex his pſpicuum hoiem,qui agit ſm imperiũ rõnis ſupra appetitũ,agere ſm nãm hois,eſt eni natura hois vt rõ imperet appetitui. Qui ꝟo agit pro dominio appetit⁹ ſupra rõnem,pz eũ agere p̃ter naturã hois:ꝛ ſm naturaꝫ ferinã. Belluę eni agunt ſm dictamen appetitus ſenſualis. Pz ſcdo eũ hoiem,qui agit ſm dictamen rõnis,viuere libere,qm̃ viuit ſm plenariã poteſtatẽ itellectus ſupra appetitum,qui ꝟo agit ſm imperiũ ſenſitiuum,viuere coacte,ꝛ nullo mõ libere,nam cogitur ad agendum ab eo,quod ſua natura ſubijcit̃,ꝛ nulla rõne dñatur.

¶ DE TESTIBVS.

¶ Teſtes autem duplices ſunt,alij qdem veteres,alij autẽ iuniores,ꝛ horum alij quidẽ quibus cum alijs periculuz cõmune eſt,alij autem extra.

¶ Cum egiſſet de legibus,nunc agit de teſtibus,ꝛ p̃mo p̃mittit diuiſiones,ꝛ dicit.[Teſtes autez duplices ſunt, alij quidem veteres,alij autez iuniores,]ꝛ rurſus ſubdiuidit iuniores,ꝛ dicit.[Et horuz].ſ.iunioruz teſtiũ[alij quidem,qbus cum alijs periculum cõmune eſt,alij autem extra].i.alij autem ſunt,quibus cuz alijs nullũ periculum cõmune eſt.verum differẽtia inter hos(vt dicemus)nõ pua eſt,naz veteres teſtes oẽs adducunt̃ ad oſtẽdendum qd iuſtuz,quidue iniuſtum.teſtes autẽ recentes non oẽs,quoniaz aliqui eorũ inducũtur ad oſtẽdenduz factum.aliqui autem ad oſtendendum iuſtum, vel iniuſtum. Sed de his poſtea.

¶ Veteres autẽ dico,ꝛ poetas,ꝛ cęteros claros,quorum ſententię probatę ſunt. Sicuti Homero teſte Athenienſes de ſalamine vſi ſunt,ꝛ tenedij nuper aduerſus ſigienſes Periandro corinthio,ꝛ Leophron in critiam Solonis vſus eſt elegijs,dicẽs priſcis temporibus domuz eius impudicaz fuiſſe. Nõ enim vtiq; ſcripſiſſet Solon,flauo critię dicendum mihi eſt,vt patri auſcultet. Hi ergo teſtes de pręteritis ſunt.

¶ Aſſignata diuiſione,nũc declarat mẽbra,ꝛ primo declarat teſtes veteres,aſſerens teſtes veteres eẽ,quorum ſentẽtię pbatę adducũtur ad oſtendendum aliqđ eẽ iuſtũ, vel iniuſtuz.dicens.[Veteres autẽ teſtes,qui.ſ.ſunt de reb⁹ p̃teritis,dico poetas,ꝛ cęteros claros].ſ.phos, [quoꝝ ſentẽtię pbatę ſunt,]ꝛ adducũtur ad oſtẽdẽdũ aliquid eẽ iuſtuz,vel iniuſtũ. Deinde aſſignat exẽpla,ꝛ dicit.[Sicuti Homero teſte Athenienſes de ſalamine vſi ſunt,]ecce quomõ Athenienſes in cauſa,(quę agebatur de ſalamine)vſi ſunt Homero poeta teſte [Et tenedij nuper aduerſus Sigienſes Periandro corinthio].ſ. teſte viro claro vſi ſunt.[Et Leophron in critiaz vſus eſt Solonis elegijs;dicens]authoritate Solonis[priſcis tẽporibus domũ eius].ſ.critię [impudicam fuiſſe, nõ eni vtiq; ſcripſiſſet Solon]ei πεῖν μοι κριτίᾳ ξανθότριχι πατρὸς ἀκούειν.i.dicẽdũ mihi eſt,critię flauo,vt patrię auſcultet,niſi ſubaudi vt oſtẽderet,domũ

critię

critię priſcis temporibus fuiſſe impudicam.tunc epilo
gans,dicit.[Hi ergo teſtes de pręteritis ſunt.]pro hoc
pręcepto habemus,cum Veroneſes de venaci ſitu cuꝫ
Briſcienſibus cām agerent,Veronenſes vſos eē Pli
nij teſtimonio,qui dicit:venacum in agro Veroneſi ſi
tum eſſe;cuius teſtimonio ita eē decretū eſt a Venetis.

¶ De futuris autem oraculorum etiā īterp̄
tes,vt Themiſtocles,quoniā nauale belluꝫ
eſſet cōmittendū,ligneum īqt murum.

¶ Cū expoſuiſſet teſtes de p̄terito,nunc exponit teſtes
de futuro,⁊ dicit.[De futuris autem]teſtes dico eos,q
ſunt και οι χρησμολογοι, idest[oraculorum etiam
interp̄tes,vt Themiſtocles]vſus eſt,cuꝫ eſſet diſcuſſio
vtrum bellum foret cōmittēdum,reſpondit Themiſto
cles,[qm̄ nauale bellum eēt cōmittēdum]nam oracu
lum dicit, ξυλινον τειχος.i.ligneum muruꝫ,qd̄ vates
interp̄tati ſunt,nauale bellum cōmittendum fore. Ecce
quo mō teſtes de futuro ſunt oraculoꝝ interp̄tes.Dicit
hic Egidius bene hos teſtes habuiſſe locum tēpore gē
tiliuꝫ,apud quos aſtronomia,⁊ necromantia plurimū
valebant.Temporibus autem noſtris,⁊ tēpore iudeo
rum,pphetę ſunt,quos futuroꝝ ducimus teſtes, naꝫ hi
ſoli ſunt,qui numine afflati prędicunt futura.

¶ Pręterea etiaꝫ prouerbia(quēadmoduꝫ
dictum eſt)teſtimonia ſunt.veluti ſi quis cō
ſulat ſenem nō eſſe in amicitia ſuſcipiendū,
hoc teſtat̄ ꝓuerbiuꝫ,nūq̄ꝫ beneficiuꝫ in ſene
collocādū,⁊ liberos perimere,quoꝝ ⁊ p̄res:
fatuus qui patre cęſo,liberis pepercit.

¶ Cum oſtendiſſet oraculorum interp̄tes eſſe teſtes de
futuro,nūc oſtendit ꝓuerbia etiā eē teſtimonia futuro
rum,⁊ dicit.[Pręterea etiā ꝓuerbia(quemadmodū di
ctū eſt)teſtimonia ſunt]futuroꝝ.Et aſſignat exēpluꝫ,⁊
dicit.[Veluti ſiqs cōſulat ſenē nō eſſe in amicitia ſuſci
piēdū.]ꝓbet hoc ⁊ dicat,[h̄ teſtat̄ ꝓuerbium,nūq̄ꝫ be
neficium in ſene collocandum,⁊]ſi quis conſulat[libe
ros]ſubaudi debere[perimere,quorum ⁊ patres] occi
derit per illud prouerbium,[fatuus qui patre cęſo,libe
ris pepercit].Omnia eni hęc ꝓuerbia teſtimonia ſunt
futuroꝝ.Et ꝓpterea prouerbia multū valent in genere
deliberatiuo ad oſtendendum(vt dictuꝫ eſt)aliquid eē
bonum,⁊ vtile. Hęc de teſtibus veteribus.

¶ Iuniores autem quicūq̄ꝫ etiaꝫ clari aliqd
iudicauerunt. Nam ⁊ hoꝝ ſententię ijs,qui
de eiſdeꝫ litigant,vtiles ſunt. Sicuti Eubu
lus in prętorijs vtebatur aduerſus Charetē
illo,qd̄ Plato in Archibiū dixit, increuiſſe
in ciuitate,vt cōfiterentur ſe prauos eſſe.

¶ Nunc declarat teſtes iuniores,qui nō ſunt in pericu
lo,⁊ dicit.[Iuniores autem qcūq̄ꝫ etiam clari iudicaue
runt aliquid,]⁊ ſunt extra periculum,etiam adducendi
ſunt teſtes:⁊ ad probandum factum,ſi oportet,⁊ ad ꝓ
bandum iuſtum eſſe vel non eſſe,ſi conceditur factuꝫ:
[nam ⁊ hoꝝ ſententię ijs,qui de eiſdem litigant,vtiles
ſunt,]ſ.vꝫ.ambo litigantes concedunt factū:dubitētq̄ꝫ
an illud ſit iuſtum,vel ne.⁊ oſtendit hoc per exemplū,
⁊ dicit.[Sicuti Eubulus in prętorijs vtebatur aduer
ſus Charetem illo/quod Plato in Archibium dixit,in
creuiſſe in ciuitate]ꝓpter illum, το ομολογειν πονη
ρους ειναι.i.[vt confiterentur].ſ.ciues omnes,[ſe pra
uos eſſe]per quę voluit habere non eſſe permittendo
in ciuitate eſſe prauos,qa ſic omnes tādem fient praui,
vel omnes tādem cogentur confiteri ſe eſſe prauos.

¶ Et quibuſcūq̄ꝫ cōmune periculū eſt,ſi mē
tiri videantur. Verum hi de hmōi ſolo te
ſtes ſunt factum ne ſit,an non?⁊ vtrū ſit an
non?de qualitate vō nō teſtes:vtputa ſi iu
ſtum,aut iniuſtum,vtile an inutile? qui vō
extra,de his quoq̄ꝫ maxime fidedigni ſunt.
potiſſimum nempe antiqui:cum ſint īcorru
ptibiles.ꝑſuaſiōes igit̄ a teſtimonijs hę ſūt.

¶ Cū dixiſſet de teſtibꝰ iunioribꝰ,q non ſunt in ꝑiculo,
nūc de teſtibꝰ,q ſūt in ꝑiculo dicit.[Et qbuſcūq̄ꝫ cōe pe
riculū eſt,ſi mētiri videant̄,]adducēdi ēt ſūt teſtes,va
leāt quātū valere pn̄t. Pn̄t eni dicere q̄dam,ex qbꝰ iu
dex poterit capere aliqd ad ꝓpoſitū.Deide oſtēdit ea,
ad quę ſunt vtiles teſtes hi,⁊ dicit.[Veruꝫ hi de hmōi
ſolo teſtes ſunt,factū ne ſit,an nō?⁊ vtrum ſit an nō?de
qualitate vō non teſtes,vtputa ſi iuſtū,aut iniuſtū:vti
le an inutile?]⁊ per h̄ dr̄nt a teſtibꝰ antiqs, ⁊ iunioribꝰ
ſuperius aſſignati,qm̄ illi ſūt teſtes iuris,hi ſunt teſtes
facti.Deide exponit q̄les teſtes eē pn̄t,q ſunt extra pe
riculū,⁊ dicit.iuniores[vō,q extra periculuꝫ] ſunt,[de
his quoqꝫ maxime fide digni ſunt,]⁊ nō ſolū ad oſten
dēdū iuſtū ne ſit,an nō?⁊ exponit,q maxie,⁊ dic̄.[Po
tiſſimū nēpe antiq]ętate grauida teſtes ſunt ad oſtēdē
dum factū ne ſit,an nō,[cū ſint īcorruptibiles.]ergo te
ſtes iuniores poſſunt eſſe tam ad oſtendēdū iuſtum ne
ſit an non iuſtum,q̄ꝫ ad oſtendēdum factum vel nō fa
ctū.potiſſimum cū fuerint clari,atqꝫ ętate probati.

¶ Teſtes auteꝫ nō habenti,ꝙ ex ꝓbabilibus
oporteat iudicare,⁊ hoc eſt optima ſenten
tia,⁊ ꝙ non poſſint corrūpi probabilia argē
to,⁊ ꝙ falſi teſtimōij crimie nūq̄ꝫ accuſent̄.

¶ Nūc aſſignat p̄ſidia,quibus vti dꝫ,qui teſtes non ha
bet,⁊ dicit.[Teſtes autē non habēti]vtendū eſt ſubau
di his pręſidijs,primo dicendo[ꝙ oporteat].ſ.iudiceꝫ
[iudicare ex probabilibus,]quę gręce dicuntur icota,
[⁊ hoc eſt optima ſētētia]ſubaudi ꝓbatuꝫ.vꝫ.[⁊ ꝙ nō
poſſint corrūpi]icota.i.[probabilia]argento,vel pecu
nia,[⁊ ꝙ]probabilia[falſi teſtimonij crimine nūq̄ꝫ ac
cuſentur.]igitur magis ſtandum eſt icotibus q̄ꝫ teſtibꝰ,
nam teſtes poſſunt ⁊ pecunia corrumpi,⁊ falſi teſtimo
nij crimine accuſari.

¶ Habenti auteꝫ ad non hn̄tē,⁊ ꝙ ꝓbabilia
non demōſtrent,⁊ ꝙ nūq̄ꝫ opus eſſet teſti
bus,ſi rōnibus res ſatis cōſiderari poſſet.

¶ Nūc docet p̄ſidia,qbꝰ vti dꝫ,q teſtes hꝫ,⁊ dic̄.[Hn̄ti
aūt ad nō hn̄tē].i.aduerſus eū,q nō hꝫ,vtēdū eſt his lo
cis.vꝫ.p̄mo qdē ⁊ ꝙ ꝓbabilia,]q̄ dicunt̄ icota,[nō de
mōſtrent,]qm̄ īduci pn̄t ꝑ vtraqꝫ pte.2° vō[⁊ ꝙ nūq̄ꝫ
opꝰ eēt teſtibꝰ,ſi rōnibꝰ].ſ.ꝓbabilibꝰ[res ſat̄ ꝯſiderari
poſſet]h̄ ē falſū,qꝛ vltra rōnes ꝓbabiles ſt̄ nec̄ij teſtes.

¶ Sunt autē teſtimonia vel de nobis,vel de
aduerſarijs.⁊ alia de re,alia de moribus.
Quare patet nūq̄ꝫ defuturā eſſe teſtimonij
vtilitateꝫ. Nā ſi eſt de re,erit aut ꝓ nobis cō
ſone,aut contra aduerſarium. Sꝫ ſi de mo
ribus,erit aut de noſtra bonitate,de aduer
ſarij nequitia.

¶ Nunc exponit ad quid vtiles ſint teſtes, ⁊ ad que inducantur, ⁊ dicit. [Sunt autem teſtimonia, vel de nobis.] ſcilicet accuſatis, [vel de aduerſarijs] accuſantibus, ſed ſiue de nobis, ſiue de aduerſarijs ſint, [⁊ alia] teſtimonia ſunt [de re ipſa,] que dicitur factum, [alia de moribus] atqꝫ vita. ideo concludit. [Quare pꝫ nūq̄ defuturam eſſe teſtimonij vtilitatem, nam ſi] teſtimonium. ſ. [eſt de re, erit aut pro nobis conſone, aut contra aduerſarium,] aut econuerſo pro aduerſario ⁊ contra nos. Et forte hec diſiunctiua, aut pro nobis, aut cōtra aduerſarium, non eſt diſiunctiua de re, ſed de orationibus, nam ſi eſt pro nobis, eſt contra aduerſariuꝫ, ⁊ ſi eſt pro aduerſario, eſt contra nos. quare diſiunctio eſt orationum, non autem rerum, [ſed ſi] teſtimonium ſit de moribus, [aut de noſtra bonitate] ⁊ approbatione, [aut de aduerſarij nequitia,] ⁊ reprobatione, aut econuerſo de noſtra reprobatione, ⁊ de approbatione aduerſarij. Uſus eſt autem Ariſto. in multis verbis numero ſingulari pro plurali, ⁊ in quibuſdam contra, vt patet cogitanti greca verba.

¶ Cetera ꝟo de teſtibus amicis, aut inimicis, aut neutris, ⁊ vel probis, vel improbis, aut neutris, ac de quibuſcunqꝫ alijs huiuſmodi teſtium differentijs ex ijs locis querendum, ex quibus enthymemata etiaꝫ ipſa colligimus.

¶ Cum dixiſſet ad que teſtes vtiles ſunt, nunc excuſat ſe, cur. vꝫ. nihil dicat de approbatione ⁊ de improbatione teſtium, cuꝫ ea vtātur, oratores in genere iudiciali. ⁊ dicit. [Cetera ꝟo de teſtibus, amicis, aut inimicis, aut neutris,] id eſt vtruꝫ ſint amici, vel inimici, aut neutri, [⁊ vel ꝓbis aut improbis, aut neutris,] hoc eſt vtruꝫ ſint probi, aut improbi, aut neutri. [⁊ de quibuſcūqꝫ hꝰ teſtium differentijs, ex ijs locis querendum, ex quibꝰ enthymemata etiā ipſa colligimus.] dico enthymemata, que fiunt in genere demonſtratiuo, nam ex illis poſſumus probare, vel improbare teſtes. nō eniꝫ teſtes valent, niſi fuerint probati, atqꝫ viri boni. ¶ Circa hec, q̄

Digreſſio de teſtibus,

dicta ſunt de teſtibus, queritur vtrum homo ſpōte debeat ferre teſtimonium, an requiſitus. Ariſt. enim de re hac nihil dixit, pro ſolutione breuibꝰ moraliter loquendo, oportet dicere hominem teneri bonitate moris preſtare teſtimonium cum requiritur a principe, vel ab aliquo, qui agit authoritate principis, non in omnibus, ſꝫ ſolum in rebus manifeſtis, atqꝫ in ijs, in q̄bus infamia p̄ceſſit, etiam ſi pertineat ad dānū alicuius vel aliquorū. dico cum requirit̄ a principe, qm̄ (vt ſuperius dictū eſt) magis tenemur obedire p̄ncipi, q̄ꝫ medico, quoniā hic corpus, ille animum gubernat. dico in rebꝰ manifeſtis, in q̄bus infamia p̄ceſſit, qm̄ in rebꝰ occultis, quare nec rumor, nec infamia aliq̄ habet̄, nemo tenet̄ etiā de mandato principis p̄ſtare teſtimoniuꝫ, quoniā p̄nceps ſi mandaret, p̄teriret ordinem iuris, qui eſt vt de manifeſtis, ⁊ ijs, in quibus infamia p̄ceſſit, teſtis req̄rat̄. Cuꝫ autem princeps p̄terit ordinē iuris, nō tenemur ei obedire. Cum ꝟo homo non requiritur nec a principe, nec ab aliquo auc̄te principis, ſed ſolum p̄cibꝰ priuatoꝝ, ſi per eius teſtimoniū liberet̄ hō, vel ab iniuſta morte, vl̄ ab iniuſta pena q̄cūqꝫ, vel ab iniquo dāno, vel liberetur patria a bello, vl̄ per eius teſtimoniū ſuccedat pax, vel bonum q̄ōcūqꝫ ſine p̄iudicio tertij, tenetur ſpōte teſtimonium p̄ſtare. nam lꝫ eius teſtimoniū nō requirat̄ a principe, vel ab aliquo authoritate principis, tenet̄ tn̄ facere, quod apud ſe eſt, vt veritatem denūtiet alicui, q̄ prodeſſe poſſit ad illud. ſup ijs ꝟo: q̄ (vt diximꝰ) ꝑtinēt ad ꝯdēnationē alicuiꝰ, nemo tenet̄ p̄ſtare teſtimoniuꝫ, niſi req̄rat̄ a p̄ncipe, vel ab aliquo auc̄te p̄ncipis. vtruꝫ ꝟo ſi aliq̄s req̄reret̄ a p̄ncipe, vt reuelaret occulta, que ſunt ſibi cōmiſſa a ſecretis nō ſub ꝑſona dei, ſꝫ ſub ꝑſona hoīs, teneat̄ ea ap̄ire. Solꝰo pꝫ, naꝫ ſi occulta ſibi, vt hoī cōmiſſa, dānoſiſſima ſint, reuelare tenet̄, aut ꝑ teſtimoniū, aut ꝑ denūtiationē. Nec contra h̄ debitū aliq̄s obligari pōt ꝑ ſecreti cōmiſſum, vbi aūt nec dānoſiſſima fuerint, nec in p̄iudiciū dānoſiſſimuꝫ multoꝝ, tunc nō tenet̄ publicare ēt de mādato p̄ncipis: cuꝫ ſibi in ſecreto cōmittunt̄. De nuō ꝟo teſtiū nihil ēt Ariſto. dixit hic niſi pauca in libꝰ ꝓblematū de pluralitate teſtiū ī teſtamēto, tn̄ vt Ariſt. dicit ethicoꝝ p. certitudo nō ē ſīr q̄renda in oī mā, in hūanis eni actionibꝰ, in q̄bꝰ iudicia ꝯſtituunt̄, ⁊ teſtimonia exigunt̄, nō pōt demr̄atiua certitudo hr̄i, cū ſint de ꝯtingētibꝰ, atqꝫ ijs, que variationi ſubijciunt̄, ideo ſatis erit ꝓbabilis quedaꝫ certitudo, vt plerūqꝫ vera. ꝓbabile aūt eſt vt in topicis dictū eſt, qḋ pluribꝰ videt̄, magis q̄ꝫ qḋ vni, ideo cū reus ſit vnus, q̄ negat, cū multi teſtes idē aſſerāt cuꝫ actore, rōnabiliter omni iure ſancitū eſt dicto teſtiū eē ſtādū. Sꝫ cū dictū teſtiuꝫ ſit ꝓbabile argumentū, ꝓbabile aūt eſt, qḋ pluribus videtur, opꝫ vt dictum teſtiū ſit a pluribus vno. ⁊ lꝫ actor ⁊ vnus teſtis ſint plures, tamen actor non ponit in numero, quia reus eſt vnus, qui contrariuꝫ dicit. Quare ſi actor debet vti dicto teſtium quaſi argumento probabili, oportet vt vltra ipſum ſit viſum pluribꝰ, alioquin nō eſſet ratio probabilis, igitur oportet vt ſit dictum ad minus duorum, q̄ꝛ ſi additur tertius, erit ad maiorem probabilitatem, poteſt etiaꝫ ratio addi ex eo q̄a omnis multitudo in tribus comp̄hendatur, principio. vꝫ. medio ⁊ fine, quoniam (vt Ariſt. inquit libro de celo primo) omne ⁊ totum in tribus ponimus, ⁊ cū ternarius conſtituatur aſſerentium, cum duo teſtes conuenerint cum actore, ideo fit, vt duo debeant teſtes eē, ad maiorem ꝟo certitudinem tres, nam ſic erit teſtiū multitudo perfecta. Uerum hec ratio de numero ternario friuola eſt, nam ſi eſſet conueniens, omnis multitudo, (cuius queritur determinatio per numerū) deberet numero trinario determinari, ⁊ ſic numerus elementoruꝫ deberet eſſe trinus, q̄a numerus ternarius eſt ꝑfectus, ⁊ eadē rōne numerus elemētoꝝ trinus, ⁊ numerus p̄dicamētoꝝ trinus, ⁊ ita oīs multitudo deberet eſſe trina. nō enim videt̄ maior rō, q̄re nūerus ternarius debeat eē trinus de teſtibꝰ, q̄ꝫ de elemētis vel celis. Quare melius dicat̄, vt dictū eſt, dictum teſtium (ſi ab eo accipit̄ ꝓbabilis ratio,) debere eſſe ꝓbabile quippiam. Probabile aūt nihil eſt, niſi videat̄ pluribꝰ, ⁊ cū actor nō ponat in numero, qm̄ reus eſt vnus ſicuti ⁊ ip̄e, oportet vt vltra actorē ſint ad minus duo, ſic eni erit rō ꝓbabilis. tertiꝰ aūt nō addit̄ ad ꝓbabilitatē (vt diximus) ſed ad maiorem probabilitateꝫ. ergo teſtes duos adminus eē oportet. Hoc etiam confirmant oēs gentes, que vbiqꝫ, ſemperqꝫ numerum teſtium ꝯſtituunt in tribus: vel duobꝰ ad minus: quod non eēt ſic oībꝰ cōe, niſi a natura quodāmō eēt datum. De reprobatiōe ꝟo teſtis poſt hec dicamus, q̄ꝛ. vꝫ. teſtis reprobari poſſit aliquando propter culpam, ⁊ ſic infidelis teſtis eſſe non poteſt, qm̄ ipſo in re eſt inefficax. Preterea q̄ publico crimine reus eſt, teſtis eſſe non poteſt, immo nec accuſare poteſt. Inſuper infames publici, mox reprobantur, aliquando autē teſtis reprobat̄ ſine culpa, vt vel ꝑꝑ defectū rōnis, vti videmꝰ i pueris, atqꝫ amētibꝰ, ⁊ mulieribꝰ, aut ꝑꝑ affectū,

vt pꝫ de inimicis, ⁊ pſonis coniunctis, ⁊ de domeſticis, aut ꝓpter exteriorē conditionē, vt pauperes, ſerui, ⁊ cęteri, qbus imperari pōt. igit̃ teſtimoniū alicuius pōt reprobari iterdum ꝓpter culpam, aliquādo ſine culpa teſtis. Cōſequenter ēt dicamus. ſi aliquo in caſu lꝫ perhibere falſum teſtimoniū. Ex vna parte videt̃ licite fieri poſſe ꝓ liberatiōe patrię, vel ꝓ liberatiōe parētū, vel ꝓ liberatiōe amici, nā his tenemur nō minus q̃ nobiſipſis. Ex alio vī in cōtrariū illō, qđ Ariſt. ꝓbauit in libris ethicoꝝ in nullo caſu mala eē agēda, nec vt inde malū, nec vt īde bonū eueniat. Pro dilucidatione dicendum ꝙ ſi aliqs, q tenet̃ obedire ſuo ſupiori, cōpellat̃ ab illo, vt teſtimoniū ꝑhibeat, ⁊ ꝓ dicēda veritate oēm diligentiā faciat, ſi falſuꝫ teſtimoniū ꝑhibeat, licite ꝑhibet. Pꝫ qa hic nō ꝑhibet falſuꝫ teſtimoniū cū intētiōe fallēdi. Sꝫ h̄ facit ꝓpter ignorātiā inuincibilē, nam ꝑhibet falſum teſtimoniū faciēdo tātaꝫ diligētiā ꝓ veritate teſtāda, quātam fieri ſibi eſt poſſe. nec facit h̄ ſpōte, ſed compellit̃ ab eo, qui pōt cōpellere. Quare licite pōt h̄ pacto falſuꝫ teſtimoniū ꝑhibere. Si aūt aliqs voluerit ꝑhibere falſum teſtimonium cum intētione fallendi, ſciatq; illud, quod teſtatur, falſum eſſet: in nullo caſu licite facere pōt. p̄mo qa periurat, deinde qa iuſtitiā ꝑuertit, demū cōmittit mēdatiū. nec pōt in aliquo caſu mala facere, vt inde bonū eueniat, nā nec malū pōt eē finis alicuius boni, nec bonū finis alicuius mali. nec eni bonū in malū, nec malū (vt Ariſt. dicit) ordinat̃ in bonum. Qua rōne fit, vt nec ꝓ patrię ſalute, nec ꝓ parētū, vel amicorū conſeruatione pōt aliqs falſum teſtimoniū ꝑhibere ſcḋm modū dictū, pōt tamē in aliquo neceſſitatis caſu veritatē occultare prudēter ſub aliq̄ diſſimulatiōe, vt ſcribit Aureli⁹ li° quē ꝯ mēdatiū ſcripſit. Hacten⁹ đ teſtib⁹.

DE PACTIS.

De pactis aūt tātus orōnis vſus eſt, quātuꝫ amplificare eſt atq; extenuare, ⁊ vel credibilia vel incredibilia facere, nam ſi nobis conuenerint, credibilia ⁊ firma. Sin aduerſario, contra.

Cum egiſſet de teſtib⁹, nūc agit de pactis, ⁊ p̄mo đclarat q̄tenus ac quouſq; de pactis ſit agēdū, ⁊ dic̄. De pactis aūt tātus eſt oratiōis vſus i. eouſq; ſpectat ad oratorem, quātuꝫ i. quouſq; oratoris eſt pacta amplificare, atq; extenuare, ⁊ quouſqꝫ eſt pacta vel credibilia vel icredibilia facere nā ſi nobis cōuenerint, cōuenit ea credibilia ⁊ firma facere. Sin autē conuenerint aduerſario, contra conuenit facere infirma, atqꝫ icredibilia. De pactis igitur hoc modo agendum.

Ad oſtendēdum igitur credibilia, aut icredibilia eſſe, nihil differt ab ea re, quę de teſtibus eſt. Nam quales quidam vtiq; fuerint qui conſcripti ſunt, aut qui ſeruāt, his pacta credibilia ſunt.

Cum ꝓpoſuiſſet quouſqꝫ de pactis eſt dicendū, nunc oſtēdit, quę de pactis ſunt dicēda: ⁊ dicit. Ad oſtēdēdū igit̃ credibilia, aut icredibilia eē ſ. pacta ip̄a, nihil dr̄t ab ea re, q̄ de teſtib⁹ eſt, ⁊ ſic oſtēdere pacta eē credibilia, vel icredibilia nō ſpectat ad p̄ntē locū, ſed ad eum vbi agebat̃ de teſtib⁹. Et aſſignat cām, ⁊ dicit. Nā q̄les quidā fuerint vtiqꝫ teſtes, qui i pactis ꝯſcripti ſunt, aut q̄les qdam fuerint, q ſeruāt i. hoīes, q ſeruare tenētur pacta ipſa, his ſ. talib⁹ q̄litatib⁹ taliū. pacta credibilia ſunt. nā ſi teſtes, ⁊ hi q pacta ſeruare debēt, fuerint fideles, pacta ſunt credibilia, ꝯ autem ſi fuerint, pacta cōtra erūt. Quare ad p̄nteꝫ locuꝫ ſpectat augere vel extenuare pacta, oſtendere autem ea eſſe credibilia ſpectat ad locum, vbi agebatur de teſtibus.

Itaq; cum concedit̃ pactum eſſe, ſi quidē pro nobis fuerit, amplificatione vtendū. naꝫ pactuꝫ ꝓpria de particulari quoq; re lex eſt. Et pacta qdem firmam legem nequaq̄ faciunt. Leges v̄o (cum pacta legitima fuerint) ea. ⁊ oino lex ipſa pactum quoddā eſt. quare qui non credit, pactumq; euertit, legem peſſundat.

Nūc exeqtur, ⁊ docet amplificare pacta, cuꝫ ꝓ nobis fuerint, ⁊ aſſignat loca ad hoc, quoꝝ p̄muꝫ affert, ⁊ dic̄. Itaqꝫ cū cōcedit̃ pactum eē ab aduerſario, ex ea re, q̄ de teſtibus dicta eſt, ſi qdē pactuꝫ fuerit ꝓ nobis, amplificatione vtendū, p̄mo dicēdo pactū eſſe ſeruandū, nā pactuꝫ de particulari quoqꝫ re ꝓpria atqꝫ priuata lex eſt. Legē aūt ſeruādā eſſe nemo dubitat. Deinde aſſignat 2ᵐ locuꝫ, ⁊ dicit. Et pacta qdē firmā legeꝫ nequaq̄ faciūt, leges v̄o cū pacta legitima fuerint ea. ſcꝫ pacta firma faciunt. pactū qdē nō ꝓbat legē, cū ſit p̄ua ta lex iter duos. Lex v̄o cum ſit cōis oib⁹ ciuib⁹, ꝓbat pactū. Cōe eni ꝓbat ꝑticulare, ꝑticulare aūt nō vīe. tūc vltra (qa igit̃ pactū ꝓbat̃ a lege ciuili) ſeruādū eſt. Deinde aſſignat 3ᵐ locuꝫ, ⁊ dic̄. Et oino lex ipſa ſ. ciuilis, q̄ cōis eſt oib⁹ ciuib⁹, pactū qđdā eſt iter ciues oēs compoſitū. q̄re ſicuti lex ciuilis eſt ſeruāda, ita pactū, qđ eſt lex duoꝝ, ꝓpterea ꝯcludit. q̄re q nō credit ſ. pactis, pactūqꝫ euertit, hic legē peſſundat. cū nihil aliđ ſit lex, q̄ pactū. Ex his pꝫ, qd ſit pactū. Pactū enim (vt ex his v̄bis colligit̃, ⁊ Cicero ſcribit li° 2° veteris rhetoricę) ē, qđ iter aliquos ꝯuenit, qđ iā ita iuſtuꝫ putat̃, vt iure p̄ſtare dicat̃. Ulpian⁹ v̄o pactionē đfinit, ꝙ ſit duoruꝫ, pluriūue in idem placitum, atqꝫ conſenſus. Titu. 4°.

Preterea cōmutationes plurimę, ⁊ quę volūtaria ſunt, pactis fiūt. quare pactis irritis, hoīuꝫ neceſſitudo inter ſe, euertit̃. Cętera v̄o quęcūq; cōgruūt, facile eſt videre.

Nūc aſſignat 4ᵐ locū, ⁊ dicit. Preterea cōmutationes rerū plurimę, ⁊ alia multa, quę volūtaria ſunt, vt coniūgia, ⁊ id genus. Pactis fiunt, quare pactis irritis, hominuꝫ neceſſitudo inter ſe, vſuſqꝫ atqꝫ mutua conuerſatio euertitur, deinde ſe excuſat ab vlterioribus locis amplificandi narrandis, ⁊ dicit. Cętera v̄o ſcilꝫ loca amplificandi, quęcunqꝫ congruunt ad rem hanc, facile eſt videre: ideo non oportet vlterius immorari. Egidius v̄o intelligit, Cętera v̄o ſcilꝫ abſurda, quę ſequuntur ad infirmandum pacta. Sed prima expoſitio verbis gręcis conuenit.

Sin autē ꝯtra pro aduerſarijs quoq; ſint, primū qdem q̄cūq; vtiq; quiſpiā in legem contrariam opponet eadē hęc accōmodare pōt. Eſt eni abſurdū, ſi legibus qdem (cum non recte ſunt poſitę, ſed dolo inſtitutę) putemus non oportere obedire, pactis autem neceſſario.

Nunc docet loca, quibus poſſumus irritare pacta, cū fuerint pro aduerſarijs, ⁊ aſſignat primū, ⁊ dicit. Sin aūt cōtra pacta. ſ. ꝓ aduerſarijs quoqꝫ ſint, p̄mū qdē

queçcūq; vtiq; quiſpiam in legem ↄtriaȝ opponet, eadē hęc [opponendo] accōmodare poteſt [pactis. ⁊ aſſignat cām, ⁊ dicit. [Eſt eni abſurdū, ſi legibus qdem, (cuȝ nō recte ſunt poſitę, ſed dolo [mali latoris] inſtitutę,) pputemus non oportere obedire, pactis aūt [putem⁹] [necio] eſſe obediēdum. cū lex ſit longe firmior pacto. ergo eſt dicendum, ꝙ pactis non ſit ſtandum, quoniam nō ſunt iuſte, ac recte poſita, ſed dolo eius, cum quo pactū hī.

¶ Deinde quoniam iudex iuſti diſpenſator eſt, ppterea non hoc conſiderandū eſt, ſed quoniam iuſtius eſt.

¶ Nunc aſſignat 2m locum, ⁊ dicit. [Deinde quoniā iudex eſt iuſti diſpenſator, ppterea [ab ipſo iudice] nō h̄ conſiderandum eſt, [vtrum. vȝ. pactum ſit iuſtuȝ, [ſed] a iudice conſiderandum eſt, [quoniam iuſtius eſt, [contrarium eius, quod in pacto ↄtinetur. ⁊ ſi iuſtius eſt, ſm illud debet agere. Unde vt in lege non attēdimus verba, ſed bonum ⁊ ęquum, ita iudex non debet attendere ad iuſtuȝ (quod in verbis pacti habetur,) ſed ad iuſti⁹, quod non continetur in pacto.

¶ Et iuſtum quidem nec deceptione, nec neceſſitate eſt peruertere, cum inatum ſit. Pacta autem fiunt ⁊ ex his, in quibus ſeduci, ⁊ ex his, in quibus cogi ſolemus.

¶ Nunc aſſignat 3m locū ex eo qa leges ſūt lōge firmiores pactis, ⁊ tñ aliqñ nō ſtam⁹ legib⁹, igit̄ multo minus debem⁹ ſtare pactis, ⁊ dic̄. [Et iuſtū qdem]. ſ. quod ſcriptum eſt in legib⁹, cū ponit̄, [nec deceptiōe, nec neceſſitate] ⁊ cōpulſione [eſt puertere,] quia ponit̄ de cōſenſu oium ciuiū. [puertrere]dixit. i. peruerſe poni, quia cum ponat̄ de conſenſu oium ciuiū, non poteſt in eo cadere deceptio, vel coactio. [cū innatū ſit]. i. cum ius ſcriptuȝ ſit collectum in ciuibus, non enim per inatum, cōnāle, ſed collectum in animis ciuium intelligit. per quę vult habere leges factas eē nō vi nec coactiōe ciuiū, ſed libere collectas eē in mētibus ciuiū. [Pacta aūt] ⁊ ſi nō oia ſaltem q̄dam [fiunt, ex ijs, in qbus ſeduci, ⁊ ex ijs, in qbus cogi ſolemus,]igit̄ magis ſtandum eſt legibus, q̄ȝ pactis, ſed legibus aduerſamur aliqñ propter bonum ⁊ ęquum, igit̄ nō debemus ſtare pactis, ſed bono ⁊ ęquo, quod non habetur in verbis pacti.

¶ Ad hęc perſpiciendum ſi pactuȝ cōtrariū ſit alicui legum, aut ſcriptarū, vel cōmuniū. Et iuſtis aut honeſtis.

¶ Nūc aſſignat 4m locum, ⁊ dicit. [Ad hęc pſpiciēduȝ ſi pactum cōtrarium ſit alicui legū aut ſcriptoꝝ, vel cōmuniū,]nā ſi ſic, pactū erit irritum, vt ſi aliquis promiſiſſet furari, vel adulterari, vel aliquod tale. Deinde tāgit 5m locū, ⁊ dicit. [Et]ſubaudi perſpiciendū eſt, ſi pactum ſit cōtrarium [iuſtis, aut honeſtis,]nam lȝ nō ſint ſcripta irritant pactum. Egidius ꝟo hunc quintum locum copulat cum quarto, tu ꝟo conſidera. quoniaȝ copulari non poteſt.

¶ Adhuc etiā ſi alijs pactis, poſterioꝛib⁹, aut prioribus. Nam aut poſteriora firma, irrita ꝟo ſunt priora, aut priora recta, poſteriora aūt falſa ſunt. Utrouis modo vtile eſt.

¶ Quintuȝ locum aſſignat, ⁊ dicit. [Adhuc etiaȝ]perſpiciendum [ſi alijs pactis]ſit ſubaudi contrariuȝ. ⁊ ſi alijs pactis fuerit contrarium, [aut poſterioribus, aut prioribus,]deinde diuidit, poſtea docet ſumere locum. ⁊ dic̄. [nam](vbi eſt in pactis contrarietas) [aut] erunt [poſteriora firma, irrita ꝟo ſunt priora, aut priora recta, poſteriora autem falſa ſunt.]tunc docet accipere locum, ⁊ dicit. [Utrouis modo vtile eſt,]tu amplifica, naȝ ſi vtilia ſunt pacta poſteriora, hęc amplifica, priora ꝟo extrema. ſin autem contra, etiam econuerſo expedit tibi extenuare, vel amplificare.

¶ Deniq; vtile eſt pſpicere, ſi aliquo mō iudicibus aduerſet̄, cęteraq; q̄cūq; hmōi. naȝ ⁊ hęc facile conſiderabilia ſunt ſimiliter.

¶ Aſſignat 6m locū, ab eis, q̄ accipiunt̄ p̄ter rē, ⁊ dic̄. [Deniqȝ vtile eſt pſpicere, ſi aliquo mō iudicib⁹ aduerſet̄.] ideſt ſi pactū qđ ē ↄ nos, aliquo mō fuerit ↄ iudicē, qm̄ ſi h̄ poterit iudici oſtēdi, facile iudex pactuȝ irritabit. h̄ itaqȝ loc⁹ accipit̄ ab ijs, q̄ ſūt p̄ter reȝ, ⁊ qa tu poſſes dicere, cur tu o Ariſt. nō adducis oia ea loca, q̄ accipi pñt ex̄ rē, q̄ſi rñdēs dic̄. [nā ⁊ hęc facile ↄſiderabilia ſunt ſimil'r.]ideo ſupſedendū eſt ad pñs. ¶ Ex ijs, q̄ hic dicit Ariſt. pȝ iuramētū nō ſemp ligare. nā ſm ipſum pactū, (qđ fit interuentu iuramenti) pōt infringi, hoc autē nō eſſet poſſe, ſi iuramentum ligaret. Contra hoc ꝟo eſt ordo ciuilis. nam ſi iuramentū poſſet infringi, fruſtra fierent pacta, atqȝ contractus. Quicquid ſit de Ariſto. qui loquitur rhetoricę, dicendum in habentibus vſum rationis (quia de his loquimur) iuramentum non eē ſemper ligatoriū ad faciendum vel omittēdū illud, de quo eſt iuramētū factū. Pȝ iſtđ, ſi aliqs iurauerit p̄reȝ ſuum occidere, q eni h̄ facere iurauerit, nō tenet̄ adiplere iuramētū. Uñ Diuus Hieronymus i male pmiſſis (iqt) reſcinde fidē. In turpi ꝟo voto, muta đcretū, nō eni reſcindēs, vel mutās hꝰ iuramētū, mēdatiū cōmittit, vel periuriū. Secūdo dicēdū oē iuramētū, quo pacta fiūt, aliquo mō ligare. qm̄ vel pactum eſt licituȝ, ⁊ tūc ligat, vel illicitū, ⁊ tunc lȝ non liget ad obſeruandū pactum, ligat tamē ad pęnā, qa (cū iuramentum fecerit de re illicita) peccauit, oīs autē qui peccat, ligat̄ ad pęnaȝ. igitur omne iuramētū aliqua rōne ligat. Scđo vī oē iuramētū eē de futuris, qm̄ iuramētum nō fit niſi in pactis, oē aūt pactū eſt de futuris. Dōm iuramētū dici trifariam, aut de reb⁹ p̄teritis, aut de reb⁹ pñtib⁹, aut de reb⁹ futuris. Iuramētū qdē de p̄teritis, vel de pñtib⁹ oē fit reſpectu intētiōis iurātis. ⁊ p iſtđ ligat̄ ad dōm veritatem, q̄ cadit in reb⁹, q̄ p̄terierūt, vel q̄ nūc ſūt. ⁊ dī aſſertoriuȝ. iuramētū ꝟo qđ nō fit reſpectu itētiōis iurātis, ſȝ reſpectu rei, oē eſt de reb⁹ futuris. ⁊ dī iuramētū pmiſſoriuȝ. Ulteri⁹ vtrū iurās facere aliqđ impoſſibile peccet moral'r, dōm eū peccare oi mō, ſi cū iurauerit, ſciebat illud eſſe impoſſe. Sin autē ſciebat illud eē poſſibile, tpe. ſ. iuramenti. ppter tamē cām de nouo emergētē poſt iuramētū reddit̄ impoſſe, iurās nec moral'r, nec aliquo mō peccauit. Ex his ſeqtur, vt nō teneat̄ adiplere iuramentū, ſi aliquis iurauerit ſe facere aliqd, qđ eſt malum, nec ſi tempore iuramēti erat bonū, poſtea fieret malū. nam nullū iuramētū pōt ligare ad malum. Deinde quęritur vtrum iuramētū per coactionē liget ad faciendū id qđ iurauerat ſe eē facturū, dicēdū ꝙ ſi obligatio fuerit ad hoieȝ cui iurās aliqd pmiſit, nō tenet, nec ligat. nā violētia tollit rōnē obligatiōis q̄ fit ſolū ad hoieȝ. Si aūt obligatio fuerit illa, q̄ aliqs deo obligat̄ ad cōplēdū illud qđ hoi pmiſit, ligat, qm̄ nullo modo aliqs dȝ nomē dei omittere, pp bonoꝝ tpaliū omiſſionē. Dȝ eni deuȝ atqȝ eius nomē ſemp in veneratiōe hīe lōge magis q̄ȝ ſe, bonaqȝ ſua tēporalia. Ulterius quęrit̄ vtruȝ per pactū, atqȝ iuramētū, aliqd fieri poſſit licitū. Pro ſol'one

Digreſſio de iuramento ⁊ pactis.

⁊ clemẽtia refrenant pęnas, clementia quidẽ diminuendo pęnas. mãſuetudo ꝟo diminuendo iram, quę ꝯcurrit ad pęnas iferẽdas. Scðo ꝟo modo differunt, ga clementia exteriorem pęnã diminuit, ac lenit. Manſuetudo ꝟo per ſe moderať impetum irę. ⁊ quia minuere pęnam, ⁊ moderari irę impetum differunt. igitur clemẽtia ⁊ mãſuetudo non ſunt vna virtus, ſed diuerſę: ſicuti pęna, ⁊ ira differũt. id ꝟo, quod obycit, diluitur, quoniaꝫ manſuetudini, quę eſt directe circa iras, proprię opponitur vitiũ iracundię, qð importat exceſſum irę. At crudelitas exceſſuꝫ puniendi. Uñ Seneca libro de clemẽtia 2°. crudeles ingt vocantur, qui puniẽdi cauſam hñt. modũ tñ nõ habẽt. Qui aũt in puniẽdis hoibꝰ ꝑ ſe delectanť, etiaꝫ ſine cã, hi feri, aut ſeui dicunť, qm̃ affectum humanum nõ habent, quo hõ hoiem nã diligit. Deide quęritur vtrũ manſuetudo ſit virtus, ⁊ videť ꝙ nõ, qm̃ ois virtus corrũpiť exceſſu, atqꝫ defectu, ſꝫ mãſuetudo ſeruať defectu irę, eſt eni mãſuetudo irę diminutiua, dicendũ mãſuetudinẽ eſſe virtutem moralẽ. qm̃ rõ moralis virtutis eo qdẽ cõſtát, quo appetitus rõni ſubijciť, vt ethicoꝝ pͥmo Ariſt. ſcribit. Hoc auteꝫ ita eſſe in ipſa manſuetudine, ꝓbauit Ariſt. libro ethicoꝝ 4°, qui mãſuetudinem dicit ſm rationem rectam refrenare iras. g̊ manſuetudo moralis virtus eſt. Diluitur ꝟo obiectuꝫ, quia habitus: qui medium tenet in ira, caret noie, ideo virtus quę nuncupatur ab ipſa irę diminutione, deſignatur nomine manſuetudinis, nec ab ratione, qm̃ (vt Ariſt. 4° ethicoruꝫ ſcribit) virtus, quę tenet mediuꝫ in ira, propinquior defectui eſt ꝙ̃ exceſſui. quoniam (vt Salluſtius inquit) magis naturale eſt homini appetere vltionẽ illataruꝫ iniuriaruꝫ, ꝙ̃ ab vltione deficere. qm̃ iniuria quãtũuis parua, ſemper ei, qui iniuriaꝫ patitur, videť magna ꝓpterea ea virtus, quę mediũ tenet in ira, magis a diminutione manſuetudo, ꝙ̃ ab exceſſu dicta eſt. tamen reuera / nec exceſſum / nec defectuꝫ dicit, lꝫ nomine defectus dicatur manſuetudo. Ex ys patet manſuetudinem eſſe affectum, ⁊ eſſe virtutẽ. Quatenus quidẽ ſimpľr conſideratur, vt eſt motus appetitus ad getẽ ab ira, eſt affectus. Quatenus ꝟo hmõi motus regulatur ratione recta, eſt virtus. Ariſtoteles hic loquitur de manſuetudine, quatenus eſt affectus, in ethicis ꝟo, quatenus eſt virtus.

Si ergo contẽnentibus iraſcimur, ⁊ cõtẽptus voluntarius eſt, manifeſtuꝫ eſt ijs, qui nihil horum faciunt, aut inuiti faciũt, aut huiuſmodi videntur, manſuetos eſſe.

Ex definitiõe aſſignata de mãſuetudine ifert Ariſt. qbus hoibus nos mites, ac mãſueti eẽ debeamus, ⁊ ꝓcedit enthymematice accipiẽdo duo, ex qbꝰ infert locum generalem, ⁊ dicit. [Si ergo contẽnentibus iraſcimur] vt ſuperius dictum eſt, ⁊ eſt primum, [⁊ cõtemptus voluntarius eſt], (q eni contẽnit, voluntarię contemnit.) hoc eſt ſcðm, tunc per locum ab oppoſito concludit locum, ⁊ dicit. [Manifeſtum eſt ijs, qui nihil horum faciunt.] ideſt qui ſm nullam paruipenſionis ſpecieꝫ cõtemnunt, [aut inuiti,] ⁊ inuoluntarię [faciunt] .i. contẽnunt, [aut hmõi videntur] .i. aut videntur ſaltem inuiti contẽpſiſſe, nos debere [mãſuetos eẽ.] Locus eſt ex cõtrarys. loquiť autẽ Ariſto. in gręco in tertia ꝑſona, nos autẽ, vt clarius loq̃remur, trãſtulimus ꝟbum in pͥma ꝑſona. ijs igiť generatiꝫ mãſueti ſumus, qui nõ cõtẽnũt, vel ſi ꝯtẽnunt, inuiti cõtẽnunt, vel ſi non inuiti contemnunt, ſaltem apparent non contẽnere voluntarię.

Et ijs, qui vellent ꝯ̃ria coꝝ, quę fecerũt.

Cũ aſſignaſſet locũ gñalẽ, nũc aſſignat loca ſpãlia, nã ſpãtim mãſueti ijs ſumus, q ꝯ̃rio mõ ſe hñt ijs, qbꝰ iraſcimur. [Et] pͥmo [ys, q vellẽt ꝯ̃ria coꝝ, quę fecerunt.] Nam ex quo cõtra id, quod fecerũt, volunt, denotatur eos inuitos feciſſe, quare non contẽpſerunt.

Et oĩbus, qui in ſeipſos etiam hmõi ſunt, cum nemo ſeipſum contẽnere videatur.

Aſſignat 2^m locum ſpecialem, ⁊ dicit. [Et oĩbꝰ] ſumus mãſueti, [qui in ſeipſos etiã hꝰ ſunt,] vt ſunt erga nos. Si enim id non aliter nobis ꝙ̃ ſibi fecerint, facientes illud non videntur contemnere. [Cum nemo videatur ſeipſum contẽnere.] verbi gratia, ſi ad conuiuiuꝫ te vocauero, ⁊ mihi ipſi locum mẽſę non aſſignauero, iraſci mihi non debes, ſi nec tibi locũ mẽſę aſſignauero. Hoc enim ex ignorantia, ⁊ non ex malitia factum eẽ exiſtimandum eſt, ⁊ ſic non voluntarię, ſed potius ex incuria, ⁊ dicit. [Cum nemo videatur ſeipſuꝫ contẽnere,] qa aliquis poteſt ſeipſum contẽnere, quia tamẽ ignorat ſe paruipendere, ideo nemo videť ſeipm̃ paruipẽdere.

Et ijs, qui fatenť, ⁊ quos pęnitet. nã quaſi pro ſatiſfactione habentes id, quod eſt dolere de factis, ceſſant ab ira.

Aſſignat 3^m locum, ⁊ dicit. [Et ijs] .ſ. manſueti ſumus, [qui fatentur, ⁊ quos pęnitet. nam quaſi ꝓ ſatiſfactione habentes id, quod eſt dolere de factis,] ⁊ ſubaudi ⁊ fateri erroreꝫ feciſſe, [ceſſant ab ira.] in qbus verbis Ariſtoteles induxit pro ſatiſfactione iniuriarum duo requiri, quorum vnum eſt fateri ſe erraſſe, ſcðm ꝟo eſt dolere de errore facto. Hęc enim duo mitigant irã, vt Ariſtoteles dicit. vtruꝫ ꝟo hęc duo ſufficiunt pro omni ira ſedanda contra paruipendentes, bona quęſtio eſt, tamen militibus relinquo, qui in pũctis honoris verſantur. Cã ꝟo, qm̃ ex pnia, ⁊ confeſſione pęnas q̃ſi luerũt. De ſatiſfactione iniuriaꝝ

Signum autem eſt in ſeruorum punitione, negantes enim atqꝫ contradicẽtes magis flagellamus, cum ꝟo iure ſe flagellari confitentur, ceſſamus ab ira.

Qꝛ autem homines ſint manſueti ac mites ys, qui fatentur, ⁊ quos pęnitet, probat pͥmo a ſigno: ⁊ dicit. [Signũ auteꝫ eſt in ſeruoꝝ punitione, negantes enim atqꝫ contradicentes] ſeruos [magis flagellamus] atqꝫ punimus. [cum ꝟo iure ſe flagellari,] atqꝫ puniri [confitentur, ceſſamus ab ira,] hęc a ſigno.

Cauſa ꝟo, quoniam manifeſta negare / impudẽtia eſt. Impudentia autẽ contemptio, atqꝫ deſpectus. nã quos valde deſpicimus, eos non veremur.

Nũc aſſignat cãm eiꝰ ſigni, qð dixerat de ſeruis, ⁊ dič. [Cã ꝟo] ſubaudi quare negãtibꝰ magis iraſcimur, eſt, [qm̃ manifeſta negare] ανασχυντια .i. [ipudẽtia ẽ] ſiue iuerecũdia. Qui eni manifeſte vera negat, vĩ inuerecũdus, atqꝫ ipudẽs: cũ errare nõ pudeat. [Impudentia aũt,] qua iuerecũde negamus alicui manifeſte vera, [cõtẽptio] illiꝰ [atqꝫ deſpectus] eſt, [nã quos valde deſpicimus, eos nõ veremur,] nec ꝑꝑ eos verecũdamur, ⁊ qa reges magnifacimꝰ, ideo corã eis loq, ⁊ manifeſte vera negare nos pudet. Quibꝰ g̊ ꝑ locuꝫ a ꝯ̃rio manifeſte vera negare nos nõ pudet ꝺſpicere videmur. Uerbũ aũt ανασχυντια in veteri trãſlatiõe iterꝑtať irreuerẽtia, quam interꝑtationem / lꝫ Egidius adaptet, tñ dilucidius legẽdũ ẽ, vt diximꝰ. Propter tria g̊ factũ De ſatiſfactione.

dolentibus manſueti ſumus,p̄mo q̄dē,q̄a vltio q̄ſi ex dolore,ꝛ ꝯfeſſiōe expleri videt̃.deīde q̄a factum dolentes,nec contēnere,nec deſpicere vidētur.Poſtremo q̄a factum dolentes videntur inuiti feciſſe.

¶ Et ijs,qui ſe humiliant, nec contradicunt ipſis. Videnť eni ſe minores eſſe fateri. minores v̄o metuunt,ꝛ metuentiū nullus cō tēnit.Q ̄ aūtē ad humiliatos ceſſet ira,canes quoq; oſtendūt,qui ſedētes nō mordēt. ſedentes κατιξοντας proſtratos

¶ Aſſignat 4^m^ locū.ꝛ dicit.⌊Et ijs⌋māſueti ſumus,⌊q̄ ſe humiliāt,nec⌋iratis⌊ipſis cōtradicūt.⌋ꝛ aſſignat rōnē ſatis clarā,ꝛ dicit.⌊Videnť eni ſe minores eē fateri⌋eis,quibus ſe humiliant,nec contradicūt.⌊minores v̄o metuūt⌋.i.ꝛ quo videnť ſe facere minores, metuūt,⌊ꝛ metuētium nullus cōtēnit⌋.i.ꝛ quo metuūt,non contēnunt.Q ̄ autē humilitate ira ſedet̃,ꝓbat ſigno ſumpto a cane,ꝛ dicit.⌊Q ̄ autē ad humiliatos ceſſet ira,canes quoq; oſtendūt,q̄ ſedētes non mordent,⌋nec ꝓſtratos, narrāt enim cum non morderi a canibus,qui ſe ꝓſtrauerit atq; canibꝰ ſedendo vel iacendo humiliauerit. idē etiam de leonibus retulit Plinius.

¶ Et ſtudioſis ad ſtudioſos,non eni contēnere,ſed ſtudioſi eſſe videntur.

¶ Aſſignat 5^m^ locū: ꝛ dicit.⌊Et ſtudioſis ad ſtudioſos⌋ſubaudi māſuetudo eſt naꝫ erga nos ſtudioſos ſtudioſi ſunt.⌋Nō eniꝫ⌋nos⌊contēnere,ſed ſtudioſi eē vidētur⌋nos multifaciendo.

¶ Et ijs,qui maiora largiti ſunt.

¶ Aſſignat 6^m^ locū,quē in veteribꝰ trāſlationibꝰ nō inuenimus,ſed in nr̄is codicibꝰ dicit.⌊Et ijs⌋ ſubaudi ſumꝰ manſueti,⌊q̄ maiora⌋.ſ.nobis⌊largiti ſunt,⌋q̄ꝫ noſipſis: Cauſa aūt q̄a grati videnť,ꝛ non contēnentes.

¶ Et rogantibus, ꝛ petentibus, humiliores enim.

¶ Aſſignat 7^m^ locum;ꝛ dicit.⌊Et rogantibus,⌋ꝛ veniaꝫ ⌊petentibus,⌋manſueti ſumus.Cuius rationē aſſignat: ꝛ dicit.⌊Humiliores enim⌋videntur.quo v̄o humiliores ſunt,non contemnunt,nec deſpiciūt Quo aūt, nec ꝯtendūt ,nec deſpiciūt,eis ſumus manſueti,atq; mites.

¶ Et ijs ,qui nec cōtumeliatores,nec ſubſannatores,nec contēptores ſunt,aut nulliꝰ.aut non bonorum,aut non taliū,quales nos ipſi ſumus. Generatimq; ex contrarijs mitigātia oportet conſiderare.

¶ Aſſignat 8^m^ locum.ꝛ dicit.⌊Et ijs⌋etiam manſueti ſumus,⌊q̄ nec ſunt contumeliatores , nec ſubſannatores, nec contemptores⌋.i.deriſores,ꝛ exponit ſe,ꝛ dicit,nec contumeliatores,nec ſubſannatores , nec contemptores,⌊aut nullius⌋ſcilicet hominis,quia ſi nullius erunt tales,nec noſtri erunt tales:⌊aut⌋ſi ſunt aliquorum tales,⌊non ſunt bonorū⌋tales,igitur nec noſtri,qui boni ſumus.⌊aut⌋ſi aliquorum bonorum ſunt tales contemptores,⌊non erunt talium⌋contemptores,⌊quales noſipſi⌋ſumus.ergo omnifariam eis debemus eſſe mites,quia nullo modo ſunt noſtri contemptores. Propterea addit ex his omnibus quaſi vniuerſalem locū: ꝛ dicit.⌊Generatimq; ex cōtrarijs⌋ locis,quibus expoſitę ſunt perſonę,quibus debemus iraſci,⌊mitigātia.⌋ ideſt loca⌊oportet conſiderare,⌋per quę ſciamus quibus debemus eſſe manſueti.nam contrariorum eadē eſt diſciplina,atq; ſcientia.His igitur manſueti ſumꝰ p̄ſe,q̄a contrario modo ſe habent eis,q̄bus iraſcimur.

¶ Et ijs,quos timent,ꝛ quos verentur,naꝫ q̄ꝫdiu ſic ſe habēt,non iraſcuntur. Impoſſ̄e eni eſt timere ſimul atq; iraſci.

¶ Nunc quibus manſueti ſumus per accidēs,exponit, ꝛ aſſignat primū locum,dicens.⌊Et ijs⌋manſueti ſunt, ⌊quos timent,ꝛ quos verentur.⌋ideſt in reuerentiā habent,cuius rationem aſſignat,ꝛ dicit.⌊Nam q̄ꝫdiu ſic ſe habent,⌋vt timeant ꝛ in reuerentiā habeant,eis nō iraſcuntur,⌋quos timent,ac in reuerentiam habēt. Cuius vlterius rationem affert:ꝛ dicit.⌊Impoſſibile eni eſt⌋aliquem⌊timere,⌋ac in reuerentiam habere⌊ſimul atq;⌋ei⌊iraſci⌋. Hac ratione non iraſcimur regibꝰ,nec potentibus:nec parentibus,nec p̄ceptoribꝰ,nec dijs.

¶ Et ijs,qui ira ꝑciti fecerunt,aut nō iraſcūtur,aut minus iraſcuntur. Non enim cōtēptu videnť feciſſe.quippe cum nullus iratꝰ contēnat.Eſt enim contēptus abſq; dolore.ira v̄o non abſq; dolore.

¶ Aſſignat ſcd̄m locum:ꝛ dicit.⌊Et ijs,qui ira parciti fecerunt.⌋ſcilicet iniuriam,⌊aut non iraſcuntur : aut minus⌋ideſt parum⌊iraſcuntur.⌋Cuius rationem affert,ꝛ dicit.⌊Non enim contemptu videntur feciſſe,⌋ſed occęcati ira,cuius rationem affert: ꝛ dicit.⌊Quippe cum nullus iratus contemnat,⌋cuius cauſam affert: ꝛ dicit. ⌊Eſt enim contemptus abſq; dolore⌋immo (vt dictū eſt)cum delectatione.⌊ira v̄o⌋lꝫ ſit cum aliqua delectatione,non tamen eſt⌊abſq; dolore,⌋donec expleat̃ vltio.Quare qui iraſcitur,non contemnit.

¶ Et ijs,qui ipſos verentur.

¶ Aſſignat tertium locum:ꝛ dicit.⌊Et ijs⌋manſueti ſumus,⌊qui⌋nos⌊ipſos verentur,⌋differt autem hic locus a primo,quoniam hic eſt conuerſus primo.nā primus erat de ijs,quos nos timemus,atq; veremur,hic autem eſt de ijs,qui nos verentur,ac timent.

¶ Qui v̄o modo cōtrario ſe habēt q̄ꝫ q̄ iraſcitur,patet quoq; eos māſuetos eē. Veluti in ludo,in riſu,in die feſto, in felicitate , in riſu γελωτι
ſucceſſu,in ꝯſumatione. Vtrūq; in indolētia, ioco.
ꝛ in laudabili voluptate,ac in ſpe honeſta. die feſto ἑορτη.
feſto.

¶ Cum dixiſſet de hominibus,quibus māſueti ſumus, nunc exponit qualiter nos affecti manſueti ſumus. et aſſignat locum generalem,ꝛ dicit.⌊Qui v̄o modo contrario ſe habent q̄ꝫ qui iraſcitur,patet quoq; eos manſuetos eſſe.⌋ergo generatim mites māſuetiq; homines ſunt,cum modo contrario ſe habeant eis,qui iraſcunt̃. ſpeciatim autem per exempla tangit loca,quorum primum affert,cum dicit.⌊Veluti in ludo,⌋ſiue ioco. Deinde tangit ſcd̄m:ꝛ dicit.⌊In riſu.⌋ideſt in ridiculis, ꝛ voluptatibus,quę habentur ex ridiculis. Deinde tangit tertium:ꝛ dicit.⌊In die feſto,⌋in quo omnes iubilant,atq; lętantur.Deinde tangit quartum:ꝛ dicit.⌊In fęlicitate,⌋ꝛ proſperitate,per quaꝫ omnes ilareſcūt.Deinde tāgit 5^m^:ꝛ dicit.⌊In ſucceſſu,⌋alicuiꝰ optatę rei.venatores eni cū feras venati ſūt,(q̄m ſūt i ſucceſſu optatę rei)lętant̃:ſic̄ mō i alijs,v̄bū t̄m in ſucceſſu gręce eſt, ἐν κατορθώσει,ꝛ in veteribꝰ trāſlatiōibꝰ legit̃ in correptiōe.q̄a(vt Egidiꝰ inq̄t)iucūdū eſt alios corrigere,qd̄ Ariſto.primo huius ſatis expoſuit.Deīde tāgit 6^m^,ꝛ dicit.⌊In conſūmatione⌋.i.in ſuppletiōe inopię,q̄m(vt ſ̄ hūiꝰ dictū eſt)iucūdū ē ſupplere defectꝰ:atq; idigētias.

deinde

deinde tangit 7ᵐ q̄ſi generatiz:ꝛ dicit.⌊Uꝉiterq̄ʒ in indolētia,ꝛ in laudabili voluptate,ac in ſpe honeſta,⌋dīt aūt idolētia a laudabili voluptate,qa multi nō dolēt,q tñ nō ſunt in laudabili voluptate.Sūt aūt hoīes in ſpe honeſta,cū ſperāt honorari valde ex his,q̄ agūt,cū igit̄ tales oēs nō ſint in triſtitia,cōtrario mō ſe hñt his,qui ſunt in ira,ꝛ ꝓpterea māſueti ſunt.qualr igit̄ nos affecti manſueti ſumus,ex hiſce perſpicuum eſt.

¶ Adhuc autē q a longo tpe,ꝛ non de nouo in ira ſunt,ſedat enim iram tempus.

¶ Nūc 3° de cauſis,quibus ſedatur ira,ꝛ aſſignat loca, quorum primum accipit a tēpore:ꝛ dicit.⌊Adhuc autē qui a lōgo tempore,ꝛ nō de nouo in ira ſunt,⌋ſubaudi miteſcūt.cuiꝰcām aſſignat,ꝛ dicit.⌊Sedat eni irā tp̄s.⌋ cā eſt,qa tp̄is lōgitudo delet memoriā iniurię ſuſceptę, memoria autem ſuſceptę iniurię deleta,deletur appetitus vlciſcendi.igitur deletur ira.

¶ Et ſedat irā alterius maiorez punitio,quę in alium ſuſcepta eſt prius.

¶ Egidius textū diuiſuʒ in duo loca habebat,tñ in gręco codice,hic eſt vnꝰlocꝰ,aſſignat ergo Ariſt.nunc 2ᵐ locum:ꝛ dicit.⌊Et ſedat irā maiorez alterius⌋ideſt quę habetur a principe,vel a p̄tore,vel a iudice erga alteꝝ, ⌊punitio,quę in alium ſuſcepta eſt prius.⌋Si enim iudex habuerit duos delinquentes,cum puniuerit alteꝝ eorum,ex tali punitione ſedatur ira erga alteruʒ.cauſa eſt,quoniā cum ex punitiōe ſedetur aliquo mō ira in iudice erga alterū eoꝝ,facile poſſumꝰinducere aiuʒ eius ad quietem irę,quam habet erga alterum.Inducta eni quiete pro aliqua ſui p̄te,facile induci pōt pro tota.

¶ Quocirca recte Philocrates,cū ei q̄dam dixiſſet,cur iratę plebi non reſpōdes?nōduʒ inq̄t,ſed tunc,cuʒ alium videro cōdēnatuʒ. Māſueſcunt eni cum iram in aliū effunderint,quale Erophilo contingit,quem q̄ꝫuis magis in euʒ furerent,q̄ꝫ in Caliſthenē,qm̄ tamē pridie Caliſthenem morte damnauerant,facile abſoluerunt.

¶ Quod dixerat,nūc exemplo ꝓbat:ꝛ dicit.⌊Quocirca recte Philocrates,cū ei q̄dā dixiſſet,cur iratę plebi nō reſpondes?nondū inquit,ſed tunc,cum aliū videro cōdēnatum⌋ſubaudi reſpondebo.Ariſto.aſſignat cauſaʒ, cur cum expletur ira in vno,māſueſcimus in alijs:ꝛ dicit.⌊Māſueſcūt eni⌋iudices⌊cū irā in aliū effunderit, q̄le Erophilo ꝯtingit,quē:q̄ꝫuis magis in eū furerēt⌋.ſ. plebei⌊q̄ꝫ in Caliſthenē,qm̄ tñ pridie Caliſthenē morte dānauerāt,facile abſoluerūt,⌋ꝛ non ob aliud niſi qa iram effunderunt in Caliſthenem.Recte ergo dictū eſt miteſcere homines,cum iram effundunt in alium.

¶ Et ſi augumentum receperint.

¶ Aſſignat 3ᵐ locum,ꝛ dicit.⌊Et⌋ſubaudi māſueſcūt iudices,vel hoīes irati,⌊ſi augumētū⌋aduerſitatū ſubaudi⌊receperint.⌋tribulatiōes eni quę nobis ſupueniunt, cauſę ſunt vt manſueti euadamus.nam cuʒ maiora pręmant,minora quieſcunt.

¶ Et ſi maius malum paſſi ſint,q̄ꝫ irati intuliſſent.quaſi eniʒ ſuppliciū accepiſſe putāt̄.

¶ Aſſignat 4ᵐ locū,ꝛ dic̄.⌊Et⌋qeſcūt irati ab ira,⌊ſi⌋illi ꝯ quos fuerint irati,⌊maius malū⌋icōmodaq̄ꝫ maiora ⌊paſſi ſint,q̄ꝫ irati⌋eis⌊ituliſſent,⌋cuiꝰcāʒ dic̄.⌊Putant̄ eni⌋ab iratis⌊q̄ſi ſuppliciū⌋ſui ſceleris⌊accepiſſe⌋.ſ.ab ipſo deo,q eſt diuʒ vltor:ꝛ ſic qeſcūt.Egidiꝰ ꝟo dicit,h̄ euenire p̄ accn̄s,q̄tenꝰhoīes ex malo alioꝝ mouent̄ ad miſericordiā,ꝛ ſic irati cōpatiētes ei,ꝯ quē irati ſunt,ex compaſſione maioris mali quieſcunt ab ira.Quare per accidens hoc euenit.

¶ Et ſi intuliſſe ipſi putant iniuriam,ac iure pati.Non enim aduerſus iuſtum fit ira.qm̄ non adhuc pręter conueniens putant pati. ira autem hoc erat.

¶ Aſſignat 5ᵐ locū,ꝛ dic̄.⌊Et⌋irati māſueſcūt,⌊ſi ītuliſſe ipſi putāt iniuriā,ꝛ iure pati,⌋cuiꝰrōnē aſſignat,ꝛ dicit. ⌊Nō eni aduerſus iuſtū,⌋vel aduerſus maluʒ iure illatū⌊fit ira.⌋ꝛ aſſignat rōnē rōnis,ꝛ dic̄.⌊Qm̄ nō adhuc⌋ q patiunt̄ malū,⌊putāt pati⌋malū⌊p̄ter ꝯueniēs,⌋ſʒ iure arbitrant̄ pati malū.⌊ira aūt h̄ erat⌋.ſ.cū qs putat pati malū p̄ter ꝯueniēs,atq̄ꝫ oino p̄ter rationez.Quare cū aliquis patitur malum iure,manſueſcit contra eum,qui malum intulit,quia putat iure paſſum eſſe.

¶ Quapropter oratione oportet caſtigare, nam ꝛ ſerui,qui caſtigantur,minus moleſte ferunt.

¶ Ex his ifert p̄ q̄re dhemꝰpotiꝰ ꝟbis q̄ꝫ manu caſtigar̄, ꝛ dicit.⌊Quapp̄ orōne opʒ caſtigare⌋ſubaudi magis q̄ꝫ manu,ꝛ cauſam aſſignat ab exēplo ſeruoꝝ,ꝛ dic̄.⌊Naʒ ꝛ ſerui,⌋ſubaudi⌊qui⌋ verbis, atq̄ꝫ oratione⌊caſtigantur,minus moleſte ferunt.⌋

¶ Et ſi ignorare putauerint,qm̄ ꝓpter ſe,ꝛ pro quibus patiebantur.Ira enim ſingularium eſt,palam autem ex definitione.

¶ Aſſignat 6ᵐ locum,ꝛ dic̄.⌊Et ſi ignorare putauerint⌋ eos,q iniuriā itulerūt,⌊qm̄ p̄p̄ ſe⌋itulerūt,⌊et⌋ea⌊ꝓ qbꝰ patiebant̄,⌋putauerint ēt ignoraſſe,māſueſcūt.nā q iniuriā iferūt ignorāter,ꝛ p̄p̄ cās,q̄s ignorāt,vr̄r q̄ſi non paruipēdere,ꝛ ſic minꝰiraſcimur ꝯ eos.Cām aſſignat,ꝛ dic̄.⌊Ira eni ſingulariuʒ eſt,⌋q̄ ſingulr̄ ſcimꝰ,h̄⌊aūt⌋ita eē⌊palā⌋eſt⌊ex d̄finitione⌋q̄re cū putauerimꝰeos,q nobis iniuriā itulerūt,nō cognouiſſe nos,nec p̄cepiſſe cāʒ p̄p̄ quā iniuriā itulerūt,māſueſcimꝰeis.Uel fortaſſe locus 6ᵒ ſic itelligit̄.⌊Et ſi⌋irati⌊putauerint⌋eos,ꝯ q̊s appetimꝰ vltionē,⌊ignorare,qm̄ p̄p̄ ſe,ꝛ p̄ qbꝰpatiebant̄⌋ vlciſcimur,māſueſcimꝰ.⌊ira eni ſingulariū eſt,⌋ꝛ eoꝝ, q ſciūt ꝯ ſe vlciſci,vt pʒ ex d̄finitiōe.q̊ locꝰ ē nos māſuetos fieri erga eos,q ignorāt vltionē fieri ꝯ ſeipſos.Hęc expō ꝯuenit his,q̄ poſtea māſueſcimꝰ erga eos,qm̄ paruipenſio nō fit p̄ ignorātiā cauſę,atq̄ʒ pſonę p̄uipēſę.

¶ Quapp̄ recte ſcriptū eſt dixiſſe Uliſſem vrbium euerſorem:quaſi non vltus,niſi ꝛ a quo,ꝛ quam ob rem cognouiſſet.

¶ Probat 6ᵐ locū authoritate,ꝛ dic̄.⌊Quapp̄⌋recte ſcriptū eſt dixiſſe⌋poetā⌊Uliſſem⌋πτολιπορθον.i. vrbiū euerſorē,ꝛ non vltorez,⌊quaſi non vltus,niſi ꝛ a quo,ꝛ quam ob rem cognouiſſet,⌋ille,cōtra quē fit vltio.ꝛ qa vrbes,quas diripuit Uliſſes,nō cognouerūt Uliſſem vlciſcētez,nec cāʒ ꝓpter quā eſt vltus,ideo Uliſſes nō vltor,ſed euerſor vrbium dicitur a poeta.

¶ Quare nec cęteris,q nō ſentiunt,iraſcunt̄, nec quoq̄ꝫ defunctis,quaſi iaʒ extrema paſſi,nec dolituri,nec cogituri ſint:quod irati cupiunt.Quapropter ꝓbe poeta cū Achillis irā ſedare voluiſſet,quam in Hectorem

ſam mortuuꝫ gerebat, dixit, ſurdā enim terram vexat iratus.

¶ Ex ijs infert cōtra quos fatuuꝫ eſt iraſci, ⁊ dic. [Quapp nec ceteris, qui nō ſentiunt iraſcimur,] vt cōtra muta aīalia, aut cōtra arbores, ꝓpterea dicit. [Nec quoqꝫ defunctis] iraſcimur ꝓpter duo, quoꝝ primuꝫ aſſignat, cum dicit. [Quaſi iā extrema paſſi] ſubaudi ſint, ⁊ cum nō poſſint magis pati, ꝗ̄ paſſi ſint, ideo non iraſcimur, ſcōm ꝟo, cū dicit. [Nec dolituri] ſubaudi ſint, ꝗa homines cōtra quos exercemus irā, debent ſentire, ac dolere: vt dictū eſt. [nec cognituri ſint,] nā exercēda ira eſt, cōtra eos, qui cognoſcūt, [qđ irati cupiunt,] ꝗa volunt ſentiri atqꝫ cognoſci ab eis, cōtra quos exercent iraꝫ/ h̄ probat authoritate Homeri, ⁊ dicit. [Quapp ꝓhe poeta cum Achillis irā ſedare voluiſſet, (quā in Hectorem iam mortuum gerebat) dixit,] κωφην γαρ δη γαιαν αεικιζει μενεαινων, idēſt [ſurdā eni terram vexat iratus,] qm̄ Hector mortuus contra quē iram exercebat Achilles, terra ſurda, ac non ſentiens erat: contra quaꝫ ira exercenda non eſt.

¶ Palam igit̄, quoniaꝫ ſi ſedare iram voluerimus, ex his locis dicēdum. Ipſos quideꝫ adaptent fieri tales. Eos auteꝫ, quibus iraſcuntur, timēdos, aut verendos aut gratos, aut inuitos feciſſe, aut factū dolentes.

¶ Nūc aſſignat artem ſedādi iudices, aut quoſuis alios iratos ⁊ dicit. [Palā igitur, qm̄ ſi ſedare iram voluerimus] ſubaudi in iudicibus, vel alijs ꝗbuſuis iratis, [ex his locis dicēdum,] ꝗbus patēt cauſę ſedandi irā. igit̄ ꝑ arte rhetores [ꝗdem] oratione [adaptent] iudices [fieri tales,] vt ſunt, qui māſueſcunt, ꝑ loca, ex ꝗbus colligūtur cauſę mitigātes iram. [eos autē] .ſ. nos vel reos, [ꝗbus] iudices [iraſcūtur,] oſtendat orōne eſſe [timēdos, aut verēdos, aut gratos, aut inuitos feciſſe, aut factū dolentes,] nā ſic manſueſcent nobis. quare cū iudices pręparauerimus modo, quo iraſcentes ſe habēt, ⁊ aduerſarios mō, quo ſe habēt illi, quibꝰ iraſcimur, ex dictis locis, ⁊ rebus eos ad iram ꝓuocabimus. ergo cōtra, cū auditores ꝑparabimus mō, quo ſe habent mites, ⁊ ēt nos vel noſtros mō, quo ſe habent, ꝗbus miteſcimus, ex dictis locis, ⁊ rebus, eos ſedatos facimus. Sedamus autē miteſqꝫ ipſos facimus, cū oſtenderimus eos, ꝗbus iraſcimur, aut timendos, aut verendos, aut gratos eē, aut inuitos feciſſe, aut factū dolētes. Hęc de arte ſedandi irā.

¶ DE AMORE ET AMICITIA.

¶ Definientes ꝟo amicitiam, ⁊ amare/ dicamus quos amāt, ⁊ oderūt, ⁊ pp quid.

¶ Nunc de amore ⁊ odio, ⁊ de arte inducendi hoīs ad amorem, vel odiū: pertractat, ⁊ p̄mo ꝓponit ſuaꝫ intentionē, ⁊ ordinem intētionis, ⁊ dicit. [Definiētes ꝟo amicitiā] ſiue amorem, [et] ip̄m [amare] p̄mo loco, ꝯſequēter [dicamus quos amāt, ⁊ oderūt] .i. quonā mō affecti hoīes amant̄, atqꝫ odio habent̄. ⁊ ſubaudi qualr̄ affecti amant, atqꝫ oderūt, [⁊ ꝓpter quid,] ⁊ dicamus res, ꝗbꝰ hi amant, ⁊ illi amant̄. nā (vt dictum eſt) hęc tria nec̄ia ſunt ad artē inducendi auditores ad quēuis affectū.

¶ Sit itaqꝫ amare velle alicui, quę bona putat, non ſui, ſed illius gratia: eorūqꝫ actiuum eſſe inquantum poteſt.

¶ Proſeqtur, ⁊ p̄mo definit ip̄m amare, nam ex hoc pꝫ quid ſit amor: ⁊ dicit. [Sit itaqꝫ amare velle alicui, quę bona putat, nō ſui, ſed illius gratia,] ſubaudi cui vult illa bona. dixit [bona:] ꝗa velle alicui mala, eſt odiſſe. dixit, [quę bona putat,] qm̄ error eē poteſt in bonoꝝ cognitione, ſed ſatis eſt, vt velit illi bona, quē amat, q̄ ipſe putat bona eē. Dixit etiā [nō ſui gratia, ſed illius,] ꝗa ſi volumus alicui bona, q̄tenus illa redūdāt in vtilitateꝫ noſtraꝫ, eum, cui illa volumus, nō amamus, nec ſufficit ad amādum, vt velimus alicui bona illius gr̄a, ſꝫ vt dicit, opꝫ amare noſtrū [eſſe actiuū eoꝝ] bonoꝝ, [inquātum] fieri [pōt,] alioquin nō amaremus, cū nō ꝓcuraremus bona ꝑſonę amatę, vt nobis procuramus.

¶ Amicus autē eſt, qui amat, atqꝫ redamat̄. Putantur enim amici eſſe, qui ſic ſe adinuicem habere putantur.

¶ Cum deſcripſiſſet ip̄m amare, nūc deſcribit ip̄m amicum: ⁊ dicit. [Amicus aūt eſt qui amat, atqꝫ redamat̄,] cuius rōnem aſſignat ex cōmuni hoīuꝫ opinione: ⁊ dic. [Putant̄ eni amici eē] ex cōmuni hoīum opinione, [ꝗ ſic ſe adinuicem habere putantur:] vt ſeinuiceꝫ mutuo ament, atqꝫ redamentur.

¶ His ꝟo ſuppoſitis, eum qui ⁊ in bonis cōgratulatur, ⁊ in doloribus cōdolet, non alia de cauſa, niſi illius, amicum eſſe neceſſe eſt. Omnes eni gaudent, ſi vt volunt, fit, ſi autē contra, dolent. Quare dolores ac voluptates voluntatis ſignum ſunt.

¶ Cum deſcripſiſſet amicos, nūc ex dictis, concludit ſigna, quę amicitię ſūt, mutuiqꝫ amoris: ⁊ dicit. [His ꝟo ſuppoſitis,] q̄ nūc de amicis, ⁊ de ipſo amare diximus, [eum qui ⁊ in bonis ꝯgratulat̄, ⁊ in doloribus ꝯdolet, non alia de cā, niſi illius,] qui ꝑtendit̄ amicus, [amicū eſſe neceſſe eſt.] Cuius rōnē aſſignat: ⁊ dicit. [Oēs eniꝫ gaudēt, ſi vt volūt, fit, ſi auteꝫ cōtra] .ſ. fit, [dolent:] ⁊ ꝗa cum accedūt bona amico, fit vt amicus eius vult, ⁊ cuꝫ accidūt mala ipſi amico, fit cōtra, hac rōne amicus gaudet ex bonis amici: ⁊ dolet ex malis illius. ex his cōcludit, quę amicitię ſigna ſunt: ⁊ dicit. [Quare dolores, ac voluptates] .ſ. cōes, ac mutuę, amicitię [ſignū ſunt,] qm̄ ſunt ſignū vnius ⁊ eiuſdē volūtatis, quę amicorum eſt. Eſt eni amicoꝝ vnū velle, ⁊ vnuꝫ nolle. ¶ Circa hęc, q̄ Ariſt. dicit, videamus p̄mo/ vtrū amor ſit in ea aīę parte, quę dī concupiſcibilis. ex ꝟbis eni Ariſt. libº topico. 2º videt̄, naꝫ eo loco tradit amorem eē in cōcupiſcibili, confirmat h̄ ea, quę ꝓpoſuit Ariſt. in hoc libro, ꝓpoſuit eni dicit̄ de affectibus, qui motus ſunt appetitꝰ ſenſualis, ⁊ cū amor non ſit motus partis iraſcibilis, igitur erit motus in ꝯcupiſcibili. Ex alijs videt̄ amorē eſſe in parte appetitiua, quę eſt volūtas: nam dixit Ariſto. hic, amare eē alicui velle bona, quę putant̄ bona, velle aūt bona alicui eſt actus volūtatis. Volūtas aūt eſt appetitus intellectiuus. g̊ amor eſt in appetitu intellectuali, ⁊ non in ꝯcupiſcibili. Dōm amorem eē multiplicem, naꝫ cū amor ſit aliq̄d ad appetitū ꝑtinens, ⁊ cū amoris ⁊ appetitus obiectū ſit bonū, fit, vt ꝑ differētia appetituuꝫ, ſit amoris differētia, ⁊ ꝗa ꝗdam appetitus eſt, nō conſequens app̄henſionē ipſius appetētis, ſed alterius, ideo hꝰ appetitus dicit̄ appetitus nālis. Res eni nāles appetunt id, qđ eis conuenit ſuapte natura, nō ꝓpter app̄hēſionem ꝓpriā, ſed ꝓpter app̄henſionē inſtituētis naturam. Alius autē eſt appetitus ꝯn̄s app̄henſionē ipſiꝰ appetentis, nō ꝗdem ex libero iudicio, ſed ex neceſſitate, ⁊ hic appetitus eſt in mutis ipſis aīalibus ſenſitiuus, ꝗ tn̄ in hoībus non nihil libertatis hꝫ, inquātū rōni obedit.

Digreſſio de amore.

Alius ꝟo eſt appetitus cõſequẽs apphenſionẽ appetentis ſm liberum iudiciuꝫ, ⁊ hmõi appetitus rõnalis atqꝫ intellectiuus eſt, qui voluntas appellat̃. Et qꝛ appetitus eſt multiplex, amoꝛ ẽt multiplex eſt, nam in vnoquoqꝫ appetituũ amoꝛ dĩ illud, qđ eſt principiũ motus tendentis in rem amatã. in nãli quidẽ appetitu, principium huiuſmodi motus eſt nãlis aptitudo ad id, qđ tendit. ⁊ hęc dĩ amoꝛ nãlis: ſicuti ipſa natiua aptitudo coꝛpoꝛis grauis, qua tẽdit ad locũ mediũ, eſt grauitas, q̃ nãlis amoꝛ eſt. Et ſilr coaptatio appetitus ſenſitiui ad aliqđ iucundũ, dĩ amoꝛ ſenſitiuus, qui eſt affectus concupiſcibilis. Coaptatio ꝟo appetitus intellectiui ad aliqđ bonuꝫ, qđ eſt vere bonũ, eſt amoꝛ rõnalis, ſiue ĩtellectiuus. Ex his pꝫ quis amoꝛ eſt in ea animę parte, quę dĩ concupiſcibilis, nõ eni in ea eſt amoꝛ nãlis, nec amoꝛ intellectualis, igit̃ in ea eſt amoꝛ, qui eſt affectus appetitus ſenſitiui, q cum non dicat̃ reſpectu boni ardui (qđ eſt obiectuꝫ iraſcibilis) erit in parte ipſa cõcupiſcibili. Obiectũ ꝟo qđ eſt ad oppoſitũ, diluit̃, qꝛ velle accepit Ariſto. pꝛo appetere, vt ſit ſenſus, [amare eſt] velle. i. appetere bona alicui, quę bona putat,] ⁊ dixit, [quę bona putat,] ad dr̃iaꝫ bonoꝝ intellectus, quę ſunt vere bona, bona ꝟo q̃ putant̃ bona, ſunt bona ſenſualia, quę pñt eſſe vere bona, ſi eligunt̃ a recta rõne, ⁊ poſſunt appetere bona, ſi eligãtur ab appetitu ſenſitiuo pꝛędominãte rõni. Ex his vlterius ꝑſpicuũ eſt, quis amoꝛ ſit affectus. non eni amoꝛ, (qui eſt motus appetitus nãlis) eſt affectus. affectus enĩ eſt virtutis cognoſcẽtis, aut virtutis, quę ſuboꝛdinatur virtuti cognoſcẽti. nec amoꝛ (qui eſt motus appetitꝰ intellectiui) eſt affectus, qm̃ amoꝛ (qui eſt appetitus intellectiui) cõſequitur apphenſionẽ appetentis ſm liberuꝫ iudiciuꝫ. ergo amoꝛ (qui dicit̃ affectus) eſt motus virtutis cõcupiſcibilis. hoc autẽ declarat̃, qm̃ appetibile mouet appetituꝫ mõ, quo agens nãle mouet paſſum ſibi coꝛreſpondẽs, agẽs aũt nãle duplici motu mouet ſuũ patiẽs, ⁊ dando formã, ⁊ dando motũ conſequentẽ foꝛmam. ⁊ qꝛ appetibile eſt agẽs naturale, appetitus ꝟo eſt paſſuꝫ appetibili coꝛrñdens, ideo pꝛima mutatio, qua appetitꝰ ꝯcupiſcibilis mutat̃ ab appetibili, vocat̃ amoꝛ, q nihil aliud eſt, q̃ꝫ cõplacentia appetibilis. motus ꝟo (qui conſequit̃ ex hac cõplacentia in appetibile) eſt deſiderium. quies autẽ, qua appetitus quieſcit in ipſo appetibili, eſt gaudiũ. Sic ergo cum amoꝛ conſiſtat in quodaꝫ pꝛimo motu appetitus ab appetibili, perſpicuuꝫ erit amoꝛem eſſe paſſionẽ, atqꝫ affectum, ⁊ pꝛopꝛie quidẽ, vt eſt in cõcupiſcibili. Ulterius ex his pꝫ amoꝛẽ (cũ accipit̃ pꝛo affectu) valde differre ab ipſa dilectione, nam amoꝛ pꝛo affectu eſt in ipſa virtute cõcupiſcibili, dilectio ꝟo non in cõcupiſcibili, ſed in volũtate eſt tantũ. naꝫ ſolũ eſt in ipſa rõnali natura. ¶ Sed quęres vtrũ amoꝛ differat a beniuolẽtia, ⁊ vĩ ꝙ non, qm̃ (vt Ariſto. hic dixit) amare eſt bene velle, ergo amoꝛ eſt beniuolentia. dicẽdũ, amoꝛem, ſiue capiat̃ pꝛo affectu, qui eſt in cõcupiſcibili (ſiue pꝛo ꝯplacentia, quę eſt in voluntate) ſemꝑ ab ipſa beniuolẽtia differre. Si enim capit̃ amoꝛ pꝛo affectu, differt ab ipſa beniuolẽtia, pꝛimo, qm̃ ipſa beniuolentia ſemꝑ eſt in ipſa volũtate, quę eſt appetitus eſt rõnalis. Amoꝛ aũt pꝛo affectu, ſemper eſt in ipſa virtute cõcupiſcibili: quę pars eſt appetitus ſenſitiui. deinde differunt, qꝛ (vt Ariſto. inquit 9° ęthico.) beniuolẽtia nõ hꝫ impetuꝫ aliquem inclinationis, qꝛ ex ſolo iudicio rõnis bõ vult alicui bonũ. Amoꝛ aũt impetum aliqueꝫ inclinationis hꝫ. tertio differũt, qꝛ amoꝛ ex quadã ꝯſuetudine pꝛoficiſcitur, beniuolentia aũt interdũ ex repẽtino oꝛitur: quemadmodum nobis de pugilibus euenit, qui pugnãt, quorum alteruꝫ vellemus vincere. At amoꝛ nõ repente, ſed (vt dictũ eſt) ex ꝯſuetudine oꝛitur. At ſi amoꝛ capit̃ pꝛo motu in appetitu intellectiuo, quę eſt complacentia rei amatę, etiã differt ab ipſa beniuolentia: nam amoꝛ quãdam vnionẽ impoꝛtat rei amatę ad amantẽ, ⁊ econuerſo, quatenus amans exiſtimat rem amatã quodã modo vt vnaꝫ ſibi, at beniuolẽtia eſt ſimplex volũtatis actus, quo volumus alicui bonuꝫ, ẽt nulla p̃ſuppoſita vnione affectus ad ipſum. ⁊ ſic amoꝛ quouis mõ ſumptus ab ipſa beniuolentia vĩ aduerſus. qđ ꝟo ad oppoſitũ afferebatur, dilutũ eſt, nã Ariſto. bona velle, pꝛo appetere bona accepit. pꝫ inſuper amoꝛẽ pꝛo cõplacentia (quę in volũtate eſt) nihil aliud eſſe q̃ꝫ ipſaꝫ dilectionẽ. dilectionẽ ꝟo differre ab ipſa beniuolẽtia, eo mõ, quo amoꝛ intellectualis differt ab ipſa beniuolẽtia. nam dilectio addit vnionẽ rei amatę ad amãtẽ, beniuolentiã ꝟo, nequaqꝫ. ¶ Sed adhuc quęres, quę dr̃ia eſt inter amoꝛẽ amicitię, ⁊ amoꝛẽ cõcupiſcentię? Dicendum motũ amoꝛis ad duo tẽdere, ⁊ ad bonũ, qđ quis vult alicui, vel ſibi, ⁊ ad id, cui bonum vult. Amoꝛ igitur (quo amamus illud bonũ, qđ alteri volumus,) cõcupiſcentię eſt. Amoꝛ autem, quo amamus illud (cui voluimus bonum) amicitię eſt. Qua rõne fit, vt cum amamus Quintiã, amoꝛ ſit amicitię, cum ꝟo amamus ea bona, quę Quintię volumus, amoꝛ ſit cõcupiſcentię. cã eſt, qm̃ id, qđ amoꝛe amicitię amatur, per ſe, atqꝫ ſimplr̃ amatur. id ꝟo qđ amat̃ amoꝛe concupiſcẽtię, non per ſe, ſed alteri amet̃. Ex hꝭ pꝫ vlterius tam amoꝛem cõcupiſcentię, q̃ꝫ amoꝛem amicitię reperiri in vtroqꝫ appetitu. vꝫ. ſenſitiuo, ⁊ intellectiuo. nam per vtrunqꝫ appetitum poſſumus amare bonum alteri ⁊ rem, cui appetimus bonum. De amoꝛe etiaꝫ plurima alia diximus libꝛo noſtro de pulchꝛo, quę nunc pꝛętermittimus.

¶ Et quibus iam eadẽ bona, ac mala ſunt.

¶ Loca ꝟo, ⁊ elemẽta, quibus cũ ſint, amicos oſtẽdere, ⁊ cũ nõ ſint, facere poſſumus, aſſignat nũc, ⁊ generatim q̃tuoꝛ, particularia ꝟo plura, a dilectione itaqꝫ aſſignat pꝛimum locũ, ⁊ dicit. [Et quibus iam eadẽ bona, ac mala ſunt,] hi ſunt amici. recte aũt dicit Egidius in hoc Ariſto. in omni affectu ꝓuocando tria eſſe tractanda, ⁊ quonam modo affecti ſint in eiuſmodi paſſione, ⁊ quibus, ⁊ ꝓpter quę. Sed qm̃ amicitia, ⁊ amoꝛ (vt hic loquit̃) relatio quędã ęquiparantię videt̃, cũ amicus ſit alter ipſe, ſi dixerimus quibus hoĩes ſunt amici, leue erit videre, quo nã modo ſe habẽtes amici ſunt, determinando ergo Ariſt. de amoꝛe amicitiaqꝫ ipſa, duo tantũ facit, qꝛ pꝛimo aſſignat quibus homĩes ſunt amici, ſcđo per quę amoꝛ atqꝫ amicitia in hominibus ſunt. nam in pmo intelligit̃ tertiũ. vꝫ. qui hoĩes apti ſunt amare. Cauſa auteꝫ pꝛęſentis loci eſt, qꝛ amicoꝛũ omnia ſunt cõmunia, ergo quoꝝ eadem bona ac mala ſunt, hi amici ſunt.

¶ Et qui eiſdem amici, ⁊ qui eiſdẽ inimici. Nam his eadem velle neceſſe eſt.

¶ Scđm locũ a dilectione affert, ⁊ dicit. [Et qui eiſdeꝫ] ſ. hominibus ſunt [amici, ⁊ qui eiſdeꝫ] ſunt [inimici,] hi quoqꝫ amici ſunt, ⁊ aſſignat rationẽ, ⁊ dicit, [nã his eadem velle neceſſe eſt,] quare cum dilectio ⁊ velle vnum ſit, hi amici erunt inter ſe. Egidius hũc locuꝫ in duos reſoluit, ſed rectius legendus eſt vt vnus. quoniam vnam illius aſſignat rationem.

¶ Et qui q̃, vt ſibi, alij vult, illi amicus videt̃.

¶ Iterum ab ipſa dilectione tertiũ locum affert, ⁊ dicit. [Et qui quę, vt ſibi, alij vult, illi amicus videt̃,] eſt eniꝫ eis dilectio, ⁊ velle vnum, vt dictum eſt.

¶ **Et eos amãt, qui benefecerunt, aut ſibi ipſis, aut ijs, qui ſibi curę ſunt, vel ſi magna, vel ſi libenter, vel ſi tẽporibus huiuſmodi, ſuiq; gratia, vel quoſcunq; benefaciẽdi voluntatem habere putant.**

¶ Hic locus vnus eſt ex parte benificẽtię, quẽ aſſignat, ⁊ dicit. ⌊Et eos amant, qui benefecerũt, aut ſibi ipſis⌋.ſ. amãtibus, ⌊aut⌋ ſubaudi benefecerunt ⌊ijs, qui ſibi curę ſunt,⌋ vt filijs, vel ꝓpinquis, p̃ſertim ⌊vel ſi magna⌋ fecerunt, ⌊vel ſi libenter⌋ benefecerunt, ⌊vel ſi tẽporibꝰ huiuſmodi⌋ benefecerũt, in qbus valde indigebant, ⌊ſuiq; gratia,⌋ non ad vtilitatẽ facientiũ. ⁊ non ſoluz amamus eos, qui nobis, aut ijs, qui nobis ꝓpinqui ſunt, benefecerunt, ſed ⌊vel quoſcũq; benefaciendi⌋ nobis, vel propinquis noſtris ⌊voluntatem habere putamus.⌋

¶ **Et amicoꝝ amicos.**

¶ Ex parte aũt beniuolentię aſſignat primum locũ, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ amamus ⌊amicorum amicos.⌋

¶ **Et amantes, quos ipſi amant.**

¶ Inſuper ex parte beniuolentię aſſignat ſcõz locũ, ⁊ dicit. ⌊Et⌋.ſ. amamus ⌊amãtes,⌋ quos nos ⌊ipſi amamus,⌋ vtputa eos, qui amant ꝓpinquos, vel filios, vel libros, opera noſtra, ⁊ id genus.

¶ **Et amatos ab ijs, qui nos ipſos amant.**

¶ Prętera ex parte beniuolentię aſſignat locũ tertiuz, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ ſcilz amamus ⌊amatos ab ijs, qui nos ipſos amant,⌋ ⁊ cauſa eſt, quę ſuperius dicta eſt, q: amicorum eſt vnum velle, ⁊ vna dilectio. ⁊ licet ſermo Ariſt. in grę co legatur in verbo tertię perſonę, quia tamen in latino clarius verbũ legitur, vt tranſtulimus, ideo non eſt vis facienda in conſtructione.

¶ **Et eos, qui ſunt eiſdẽ inimici, odioq; habentes eoſdẽ, quos nos ipſi odio habemus.**

¶ Ex parte vero inimicitiaꝝ aſſignat locũ primũ, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ amamus ⌊eos, qui ſunt eiſdez inimici,⌋ quibus ſubaudi nos ſumus: ⌊odioq; hñtes eoſdem, quos nos ipſi odio habemus.⌋ nam amicoꝝ vna eſt erga eoſdez cõis dilectio, vnũq; commune odium.

¶ **Et eos, qui odio habẽtur ab ijs, quos nos ipſi odio ꝓſeqmur. Nã his oĩbus eadẽ eſſe bona ⁊ nobis ipſis vñr. Quare velle quę nobis ipſis ſunt bona, qḋ qdem erat amici.**

¶ Iterum ex parte inimicitiaꝝ aſſignat locũ ſcõm, ⁊ dicit. Et eos⌋.ſ. amamus, ⌊qui odio habenť ab ijs, quos nos ipſi odio ꝓſequimur⌋.i. ⁊ amamus inimicos inimicoruz, cuius rõnẽ aſſignat, ⁊ dicit, ⌊nam ijs oĩbus eadez eſſe bona ⁊ nobis ipſis videnť.⌋ ꝓpterea cõcludit, ⌊q̃re velle videmur bona quę nobis ipſis⌋ ſubaudi, ⁊ amicis ⌊ſunt bona, qḋ quidẽ velle eſt amici,⌋ nam amicoꝝ eſt vnũ velle, ⁊ vnum nolle. Si enim duo aliquẽ oderunt, qḋ eſt vni bonum, alteri bonũ eſſe videť. ergo opz nos bona eis velle, q oderunt, id quod nos odio habemus. videntur autẽ hęc omnia particulariter dicta firmari in ea conſideratione quę eſt, ꝙ inimici eiuſdẽ inter ſe amicitia coniungantur.

¶ **Ad hęc beneficos in pecunijs, ⁊ ſalute: quo circa liberales, ac fortes colimus.**

¶ Cum ſuperius aſſignaſſet vnum locuz ab ipſa benificentia, iteꝝ redit ad aſſignanduz ſcõm, ⁊ dicit. ⌊Ad hęc⌋ amamus ⌊beneficos⌋ qui nobis bñfaciunt ⌊in pecunijs, ⁊ ſalute,⌋ cuius ſignum affert, ⁊ dicit, ⌊quo circa liberales,⌋ q nobis bñfaciunt in pecunijs, ⌊ac fortes,⌋ q nobis bñfaciũt in ſalute, ⌊colimus,⌋ honoramus ac amamus.

¶ **Et iuſtos. tales aũt putamus eſſe eos, qui non aliunde viuunt. vtputa qui non ab operando, hoc, eſt nec agricultura, nec alia arte maxime.**

¶ Nunc aſſignat loca a virtutibus, ⁊ primo ab ipſa iuſtitia, ⁊ dicit. ⌊Et iuſtos⌋.ſ. amamus. ⁊ exponit, qui ſunt iuſti, ⁊ dicit, ⌊tales aũt⌋.ſ. iuſtos ⌊putamus eſſe eos, qui nõ aliũde viuũt. vtputa qui nõ⌋ viuunt ⌊ab operando, hoc eſt nec agricultura, nec alia arte maxime⌋ viuũt. nã agricultores videnť dãnari alijs, artifices vero lucri cauſa videtur ſubripere bona alioꝝ, quare qui viuũt ꝓprijs facultatibus putamus iuſtos. Hos eniz amamus ꝑ ſe, q: propter virtutem ſunt boni: ⁊ amore digni.

¶ **Et modeſtos, quoniam non iniuſti.**

modeſtos σωφρονας temperatos.

¶ Scõm locũ aſſignat a modeſtia, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ amamus ⌊modeſtos, qm̃ non ſunt iniuſti,⌋ ⁊ licet modeſti ſint iuſti, tñ ẽt modeſti amanť ꝑ ſe, q: modeſti. eſt enim modeſtia moderatio cupiditatuz rõni obediens, vt Uarro ait, cuius verba Nonius Marcellus ſic refert, non eos optime vixiſſe dicam, qui diutiſſime vixerunt, ſed eos, qui modeſtiſſime.i. modice. vel dicitur a modo, vt Ciceroni, ⁊ pleriſq; veterũ placet. adhibet eni modeſtia modum humanis actionibus, ne quid agať, qḋ nimium ſit: neue etiã parũ. Sed id, qḋ ſatis ſit, hoc eſt mediuz inter vtrũq; extremoruz, qḋ iure optimo ab omnibus laudatur. modeſtos ergo amamus, ⁊ qa ſunt per ſe boni, ⁊ qa ſunt iuſti in omnibus humanis actionibus.

¶ **Et non curioſos, propter eandem cauſaz.**

¶ Tertium locũ aſſignat a carentia curioſitatis, quę virtus ẽt eſt attinens ad modeſtiam, ⁊ ad iuſtitiam, ⁊ dicit. ⌊Et amamus⌋ eos, ⌊qui non ſunt curioſi,⌋ non enim ſe intromittũt de rebus noſtris, nec ſunt contẽptores, ⌊ꝑ eãdẽ cãz⌋ hos amamꝰ, vtputa q: ſunt iuſti atq; modeſti.

¶ **Et quibus volumus amici eſſe, ſi ipſi velle videẽtur. Sunt autẽ huiuſmodi, qui virtute clari ſunt, atq; probati, aut ab omnibus, aut ab optimis, vł ab eis, quos nos admiramur, atq; in ijs, in quibus eos admiramur.**

¶ Quartuz locũ a claritate virtutis aſſignat, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ eos amamus, ⌊quibus volumus⌋ amici eſſe, ⌊ſi ipſi⌋ nobis amici ⌊eſſe velle videntur⌋.i. ſi ipſi voluerint nobis eſſe amici. ⁊ exponit eos, qbus volumus eſſe amici, ⁊ dicit, ⌊ſunt aũt huiuſmodi, qui virtute clari ſunt, atq; ꝓbati aut ab omnibus⌋ aut ſubaudi a pluribus, ⌊aut ab optimis,⌋ qui ſunt pauci, ⌊vel⌋ ſaltez ⌊ab eis, quos nos eos admiramur, atq; in ijs, in quibus nos eos admiramur.⌋ nam tales optimi ſunt, ⁊ excellẽtiſſimi, per quę vult habere generatiz oẽs, qui virtute prędití ſunt, eſſe diligibiles. quoniam oẽs ſunt boni ꝓpter ſe amabiles.

¶ **Et iucundos in ↄſuetudine, diuturnaq; cõuerſatione: quales ſunt faciles, ⁊ neq; peccata redarguentes, neq; contentioſi, neq; pertinaces. nam oẽs huiuſmodi pugnaces ſunt. pugnantes vero oppoſita velle videntur.**

¶ Nunc vero aſſignat loca ab ipſa iucũditate, ⁊ primo affert primũ, ⁊ dicit. ⌊Et⌋ ſubaudi amamus ⌊iucũdos in cõſuetudine, diuturnaq; conuerſatione:⌋ ⁊ exponit, quales iſti ſunt, ⁊ dicit, ⌊quales ſunt faciles,⌋ ⁊ quaſi exponens, qui faciles ſunt, dicit, ⌊⁊⌋ ſunt ſubaudi faciles, qui ⌊neq;⌋

ſunt peccata⌊redarguentes,neqꝫ cōtētioſi, neqꝫ pertinaces,⌋cuius rōnē aſſignat,⁊ dicit. ⌊nā oēs huiuſmodi⌋ .ſ.redarguētes peccata,cōtētioſi, atqꝫ pertinaces⌊ſunt pugnantes, pugnnates ·vo oppoſita velle videntur,⌋ ⁊ cuꝫ oppoſita voluerint, non ſunt amici,quoꝝ eſt vnuꝫ cōmune velle.ergo per faciles intelligit adulatores,qui ſunt ſimulati amici,ꝯtrarij facilibus ſunt difficiles,ſiue agreſtes,mediū ·vo tenent affabiles.Quod aūt adulatores ſint iucūdi,lib° pᷣmo eſt expoſitū.¶ Quo ·vo ad verba attinet,per contētioſos eos intelligit, qui aduerſant̄ ſemꝑ ijs,quę nos dicimus, per pertinaces ·vo eos, qui vltra ꝙ aduerſent̄ ijs,quę dicimus,ſunt inuincibiles in ijs,quę nobis aduerſant̄:quales ſunt perfidi,qui nimis credunt proprijs opinionibus: vt dicitur 7° ęthicoꝝ.

⸿Et tam illudere ꝗꝫ ſufferre apti. naꝫ ad eadem prope vtriqꝫ tendunt. cum ⁊ illudi, ⁊ illudere apte poſſint.

⸿Cum dixiſſet primū locū iucundoꝝ in cōſuetudine ⁊ cōuerſione,dixiſſetqꝫ illos eſſe faciles,nūc aſſignat ſecūdum,quos non vno noīe exponit, ſed pluribus,⁊ dicit. ⌊Et⌋ſubaudi iucūdi in cōſuetudine ac cōuerſatione ſunt ⌊apti tam ludere ꝗꝫ ſufferre⌋ludos, ⁊ aſſignat rōnē,⁊ dicit,⌊nam ad eadē prope vtriqꝫ⌋.ſ.tam illudentes,ꝗꝫ ferētes ludos⌊tendunt,⌋ac ſtudent,qm̄ ad iucūde cōueniendum ac ad eadē iucūda,quę in vita ſunt⌊cum ⁊ illudi ⁊ illudere apte⌋vtriqꝫ⌊poſſint.⌋quare primus locus erat eoꝝ,q ſunt faciles,ſcd̄s aūt eoꝝ,q ludis ꝯpatibilis ſunt.

⸿Et eos,qui pręſentia bona laudāt:eaqꝫ maxime,quę ipſi timent amittere.

⸿Aſſignat tertiū locū,⁊ dicit.⌊Et⌋amamus⌊eos,qui pręſentia bona laudāt,⌋vtputa,⌊⁊ ea maxime q̄ ipſi timent admittere.⌋nā hmōi bona ſunt nobis chara. vt ſunt forma,honores,filij,⁊ cętera id genus.cauſa autem,quia tales ſunt nobis iucundi.

⸿Et mundos facie,veſte,totaqꝫ ipſa vita.

⸿Aſſignat tertiū locum,⁊ dicit. ⌊Et⌋amamus⌊mundos facie⌋hoc eſt tota corporis ſuꝑficie,veſte,totaqꝫ ipſa vita,⌋⁊ hi poſſunt dici ſplendidi.nam in his nonnūqꝫ tanta gratia eſt,vt deformitatē non permittat inſpici,⁊ ſint iucūdi, eos facile puelle amant.in libro ·vo de pulchro de his perquirendum.

⸿Et eos,qui nec errores, nec bn̄ficia exprobrant. vtriqꝫ enim arguendi cupidi ſunt.

⸿Aſſignat quartū locum,⁊ dicit.⌊Et⌋amamus⌊eos,qui nec errores,nec beneficia exprobrant.⌋cuius rationem aſſignat,⁊ dicit,⌊vtriqꝫ eniꝫ⌋.ſ.tam erroꝝ ꝗꝫ beneficioruꝫ exprobratores⌊arguendi cupidi ſunt.⌋ ⁊ ſic nō ſunt iucūdi ad cōuerſandum,quare nec amabiles.

⸿Et eos,qui non machinant̄ mala,neqꝫ crimina memoria tenent:ſed facile reconciliantur.nam quales erga cęteros eſſe putamus, tales etiam in nos futuros arbitramur.

crimina ἐγκλήματα furias: impōnes mala ipoſita.

⸿Aſſignat quintū locū,⁊ dicit.⌊Et eos⌋.ſ.amamus,⌊qui nō machinant̄ mala,⌋vt ſunt,qui omnia dicta/aut facta in mala reducūt, vt ſuſpecti.⌊neqꝫ crimia⌋ſiue iniurias, ſiue mala,quę ei imponunt̄,⌊memoria tenēt: ſed facile recōciliant̄.⌋cuius rationē aſſignat,⁊ dicit,⌊nā⌋poſt experientiā(quā de eis habemus)⌊quales erga cęteros eē putamus⌋ac videmus,⌊tales ēt in nos futuros arbitramur.⌋⁊ ob hanc cām̄ Romani Cęſarem amauerūt.qm̄ facile iniuriarum obliuiſcebatur.

⸿Et eos,qui nec maledici ſunt, nec ſcientes proximorum,aut ſua mala.ſed bona. id eniꝫ agere boni eſt.

⸿Aſſignat ſextū locuꝫ,⁊ dicit.⌊Et eos⌋.ſ.amamus,⌊qui nec maledici ſunt,nec ſcientes ꝓximoruꝫ,aut ſua mala, ſed⌋eos,q tam ꝓximoꝝ,ꝗꝫ ſua⌊bona⌋ſciunt,⁊ aſſignat rationē,⁊ dicit,⌊id eni agere boni eſt.⌋ nam bonus abijcit a ꝓpria mente hominum mala,⁊ cōmemorat bona. Quare qui cupiūt ab alijs diligi,nec ſua,nec ꝓximoruꝫ mala dicere,aut notare oꝫ.nam qui ſua mala dicit,argumentū eſt ꝙ facile dicat alioꝝ mala,⁊ qui mala aliorū, maledicus eſt.Quare ſemper bona dicere debet,nō per modū iactantię,aut adulationis, ſed per moduꝫ exēpli, vt alios trahat ad bonum, atqꝫ ad ſui dilectionem.hoc enim(vt inquit)bonus agit.

⸿Et eos,qui nec iraſcentibus, nec ſtudioſe quicqꝫ agentibus, contradicunt. pugnaces enim qui huiuſmodi ſunt.

⸿Aſſignat ſeptimū locuꝫ,⁊ dicit⌊Et eos⌋.ſ.amamus,⌊q nec iraſcentibus,nec ſtudioſe quicquā agentibus,cōtradicunt.⌋⁊ aſſignat cām̄,⁊ dicit,⌊pugnaces eniꝫ⌋ ſunt,⌊q huiuſmodi ſunt⌋.ſ.qui contradicunt iraſcentibus,⁊ eis, qui ſtudioſe,atqꝫ cum virtute aliquid agunt, ⁊ cum ſint pugnaces,non erunt iucundi.

⸿Et eos,qui erga nos ſic affecti ſunt,vt nos admirentur,virtuteqꝫ pręditos putent, nobiſqꝫ gaudent. Sintqꝫ maxime ijs in rebus affecti,in quibus magnoꝑe admiratione digni,ſtudioſi,ac iucundi videri volumus.

⸿Aſſignat octauū locū,⁊ licet Ariſto. aſſignando locuꝫ hūc,ſit locutus ꝑ verba tertię perſonę, nos tn̄(vt clarꝰ locū interꝑtaremur,)per verba primę ꝑſonę locū tranſtulimus.vnde dicit. ⌊Et eos⌋.ſ.amamus,⌊qui erga nos ſic affecti ſunt, vt nos admirent̄, virtuteqꝫ pręditos putent,nobiſqꝫ gaudent⌋.ſ.in ꝓſperis,⁊ ſubaudi in aduerſis condolent,⌊ſintqꝫ maxime ijs in rebus affecti,⌋atqꝫ ſtudioſi,⌊in quibus magnopere admiratione digni,ſtudioſi,ac iucūdi videri volumus.⌋ nā ſic erunt nobis iucundi. vnde aliqui fuerunt,qui in choreis gratiā habuerunt,ꝑꝑ eas eniꝫ a ſuis puellis redamationē nacti ſunt. nam puellaꝝ ſtudiū in choreis erat.Aliqui per modulationes,cythara s,cymbalos,ſonoſqꝫ harmonicos grām a ſuis puellis habuerunt,nam earum ſtudiū ſolū in his erat.nōnulli per carmina,rithmos,elocutiones,celebritatē in literis,gratiā cōſecuti ſunt ſuis e puellis,qꝛ puellę eoꝝ ſtudioſę erant. Hunc in moduꝫ Corynna Naſonē,Leſbia Catullū,Cythia Properſiū,Galateā Maronem,⁊ alię alios,⁊ poetas,⁊ oratores, ⁊ phōs,cęteroqꝫ cuiuſuis generis literatos deperierunt.nec ob aliud niſi qꝛ viri tales ſua ſtudia amabant.

⸿Et ſimiles,eadēqꝫ profitentes, niſi turbēt, eadēqꝫ ex re ſit vita. Hoc eniꝫ pacto illud fieret,figulus figulo.

profitentes ἐπιτηδεύοντας exercentes,

⸿Hactenus de locis ab ipſa iucūditate,nūc aſſignat loca a ſīlitudine, quoꝝ primū affert a ſīlitudie profeſſionū,⁊ dicit.⌊Et⌋amamus⌊ſimiles,eadēqꝫ ꝓfitētes,⌋atqꝫ exercentes,⌊niſi turbēt⌋ea,quę profitemur,⌊ eadēqꝫ ex re ſit vita⌋.i.niſi eadē ex re vitę ſubſidia conſequantur. ⌊hoc enim pacto illud⌋.ſ. Heſiodi⌊fieret,⌋⁊ pro ·vo haberet̄, κεραμεὺς κεραμεῖ,ideſt⌊ figulus figulo.⌋ naꝫ oēs figuli ſimilitudine ꝓfeſſionis ſe amant,qꝛ tn̄ ſe turbant

in lucro, ⁊ in ijs, quę ſunt vitę neceſſaria, mutuo ſe oderunt. qm̄ aīalia eodē cibo viuētia, mutuo ſe odio hn̄t.

¶ Et eos, qui eadem cupiunt, ſi poſſibile ſit ipſos ſimul participare. ꝙ ſi non, idem quoqꝫ ſic accidit.

¶ Nunc aſſignat ſcḋm locū a ſimilitudine cupiditatuꝫ, ac deſideriorū, ⁊ dicit. [Et eos] .ſ. amamus, [qui eadē cupiūt,] quę nos cupimus: [ſi poſſibile ſit ipſos] eiſdē [ſimul participare. ꝙ ſi non] eſſet poſſibile, [idem quoqꝫ] deſiodicū [ſic] ſimil'r (vt dictū eſt de figulo) [accidet.] vnde poeta riualem poſſe non ego ferre iouem. riualis enim non habet odio riualem quatenus eſt ſimilis, ſed quatenus turbat ſuum amorem.

¶ Et eos, q non deſpiciendo ita ſe habent, vt non vereant̄ dicere, q̄ ad noſtrā gloriā ſunt.

¶ Hactenus de locis a ſimilitudine: nūc de locis, quę ab ingenuitate, atqꝫ ſtudioſitate ſunt, pertractat, ⁊ aſſignat primū, ⁊ dicit [Et eos] .ſ. amamus, [qui non deſpiciendo] ſubaudi noſtra, [ita ſe habent] ſubaudi ad nos, [vt non vereantur dicere, quę ad noſtrā gloriam ſunt,] ſed palam ea prędicant. Quo ꝟo ad conſtructionē attinet, Ariſto. in gręco vtit̄ verbis in tertia perſona, ideo obſcura eſt lectio, vt clarior igitur fieret, ſic in prima perſona tranſtulimus.

¶ Et eos, apud quos in reuerentia ſunt, quę ad veritatem pertinent.

¶ Quicquid Egidius expoſuerit, Ariſto. aſſignat ſcḋm, ⁊ dicit. [Et eos] .ſ. amamus, [apud quos in reuerentia ſunt, q̄ ad veritatē] ſubaudi pertinēt. nā iſti ſunt veridici, atqꝫ ingenui, ⁊ ea virtute clari, quę dicitur veritas.

¶ Et eos apud quos in honore eſſe cupim⁹.

¶ Aſſignat locū tertiuꝫ, ⁊ dicit. [Et eos] .ſ. amamus [apō quos in honore eſſe cupimus,] nemo eniꝫ cupit eſſe in honore apud aliquē, quē nullo modo amat. ⁊ ſi dixeris nos cupere eſſe in honore apud inimicos, immo apud omnes. Dicenduꝫ nos amare omnes ea ratione, qua cupimus eſſe in honore apud eos. Alia fortaſſe rōne odio eos habemus. Epaminūda tn̄ dicebat, ab hoſte nō laudem, ſed ſe victoriam quęrere.

¶ Et eos, quos ęmulatores, ⁊ non inuidos habere volunt, aut amāt, aut amici eē volūt.

¶ Aſſignat locum quartum, ⁊ dicit. [Et eos, quos ęmulatores, ⁊ non inuidos habere] homines ipſi [volunt, aut amant] .ſ. amore affectus, [aut amici eſſe volūt] amore amicitię, atqꝫ dilectionis. ⁊ vſus eſt diſiunctione, qꝛ nō ſemper amore affectus amamus ęmulatores, ſed amore amicitię, (qui ſeqtur iudiciū rationis) ſemꝑ amamus ęmulatores, modo non ſint noſtri inuidi.

¶ Et eos, qui bona cooperantur ne ſibi, ⁊ nobis maiora eueniant mala.

¶ Aſſignat locū quintū, in quo vſus eſt verbis indicantibus tertiā perſonā, nos ꝟo trāſtulimus per verba indicātia perſonaꝫ primā, ⁊ ideo dicit [Et eos] .ſ. amam⁹, [qui bona cooperant̄ ne ſibi, ⁊ nobis maiora eueniant mala,] illis, quę parata erant venire. qꝛ enim fauent nobis, vt vel non veniant aduerſitates, vel veniāt, ſed nō in tanto exceſſu, ideo ſunt amabiles.

¶ Et eos qui abſentes ſimiliter atqꝫ p̄ſentes diligūt. quocirca qui in defunctos huiuſmodi ſunt, hos cuncti amant.

¶ Hęc de locis a ſtudioſitate, ac virtute, de elemētis ꝟo ⁊ locis, quę ſumūtur ab amore, nunc ꝑtractat, ⁊ aſſignat primū, ⁊ dicit. [Et eos] ſubaudi amamus [qui] nos [abſentes ſimil'r atqꝫ pręſentes diligunt.] nam hi videntur amare nos gratia noſtri, ⁊ non ꝑꝑ vtilitatē, vel delectationē. ideo quaſi particulatiꝫ aſſignat per viā conſequētię ſm̄ locuꝫ, ⁊ dicit, quo circa, [qui in defunctos hmōi ſunt] .ſ. amici, vt in viuentes, [hos cuncti amāt] .ſ. tanq̄ veriores amicos, cū ēt defunctos diligant, nec ſunt amici fortunę, ſed hoiuꝫ. hęc de locis ab amore.

¶ Et vl'r eos, q non derelinquentes, ſtudioſi ſunt nimiū in amicos. nā ex bonis rebus, q̄s amamus, bonos amicos, maxime diligim⁹.

¶ De locis ꝟo, qui ſumunt̄ a ſtudioſitate in amicos, loquens nunc aſſignat primuꝫ, ⁊ dicit. [Et vl'r eos] .ſ. amamus, [qui nō derelinquētes] ſubaudi ea agere pro amicis, quę ſunt agenda, [ſtudioſi ſunt nimiuꝫ in amicos.] cuius rōneꝫ aſſignat, ⁊ dicit, [nam ex bonis rebus,] quę externe ſunt, [quas] nos [amamus, bonos amicos maxime diligimus.] quales ſunt, qui nunq̄ derelinquētes ea, quę agere debent, ſtudioſi ſunt nimiū in amicos.

¶ Et eos, qui nihil nobis fingunt, cuiuſmodi ſunt, qui vel mala ſua nobis aperiūt. Dictū eſt eniꝫ nos non vereri, ſi apud amicos, quę ad gloriaꝫ. Si igit̄ qui verent̄, non amāt, qui non verent̄, amanti ſimiles ſunt.

¶ Nunc aſſignat ſcḋm locū, ⁊ dicit. [Et eos] .ſ. amamus, [qui nihil nobis fingunt,] quos exponit, ⁊ dicit, [cuiuſmodi ſunt, qui vel mala ſua nobis aperiunt,] ⁊ non tantum mala, ſed ēt bona. cuius rōnē aſſignat ex ijs, quę ſuperius dixerat, ⁊ dicit, [dictū eſt eniꝫ nos nō vereri,] immo ſine pudore eſſe, [ſi apud amicos] aperimus ea, [q̄ ad gloriam] ſunt. quāto magis non verebimur, ſi aperiemus, quę ſunt ad vituperationē. tūc recolligit vim rōnis, ⁊ dicit, [ſi igit̄ qui verent̄] apꝫire bona ⁊ mala, [non amant,] per cōuerſionē cōtrapōnis [qui nō verent̄] bona ⁊ mala aperire, [amantes ſimiles ſunt,] ideſt erūt veri amici ſed ſubaudi, qui nihil nobis fingūt, non verentur nobis bona, ⁊ mala aperire, igit̄ qui nihil nobis fingunt, erūt nobis veri amici. ¶ Quo ꝟo ad cōſtructionē attinet Ariſto. in verbis ſuis gręcis nunc ſermonē deligit in p̄ma, nunc ꝟo in ꝑſona tertia, nos aūt ſemꝑ eodē modo verba trāſlatauimus, nam ſermo eſt clarior.

¶ Et non timendos, ⁊ quibus confidimus. Nullus enim amat, quem metuit.

vbi primo videt̄ non eſſe affectum, primo qm̄ affectus omnis eſt effectus quidā , omnis aūt effectus ꝓficiſcit̄ a pręſentia agentis. At timor nō eſt de aliquo pręſenti, ſꝫ de furtuo malo.Deinde omnis affectus mot⁹ eſt ſenſitiui appetitus,qui appͤhenſionē ſequit̄ ipſius ſenſus. At ſenſus non appͤhendit futurum,cuius eſt timor. pro altera parte eſt Ariſtote.qui timorem inter animi affectus enumerauit.Circa ſolutionē primo eſt declarandum timorē eſſe inter animi affectus enumeranduz,deinde timorem eſſe ſpecialē affectū a cęteris diſtinctū,⁊ cum cęteris ponentez in numero. Dicamus de primo quatuor eſſe,quę reqruntur ad aliquē motū,vt ſit affectus pͥmo, vt ſit motus alicuius virtutis animalis paſſiue, ad quaz ſ.comparet̄ ſuum obiectum per moduz agentis, qđ mouet.patet hoc,quoniā(vt ſuperius diximus) omnis affectus eſt paſſio,quę eſt effectus agentis , quo in modo intelligere,⁊ ſentire dicunt̄ paſſiones. Scđo requiritur vt ſit motus appetitiuę animi virtutis,quę inſtr̄z corporeum hꝫ.nam(vt ſupius diximus)per hunc modū affectus differt ab appͤhenſionibus intellectiuis,vel ſenſilibus q̄ nō attinēt ad appetitū.Tertio reqritur vt motus, qui eſt affectus,fiat cuz aliqua corporea trāſmutatione, alioquin non differret a comprehenſionibus : per quas nulla fit corporea trāſmutatio.Quarto requirit̄,vt motus qui affectus eſt,ſemper importet aliqđ nocumentū, ſ.aut ex parte animi,aut ex parte corporis.Ex ijs perſpicuū eſt timorē eſſe affectum,primo qꝛ timor eſt motus virtutis animalis paſſiue,cum non inſit alicui ſine imaginatiōe futuri mali.deinde qa eſt motus appetitus ſenſitiui,cum reſpiciat malum. Inſuper fit cum aliqua corporea tranſmutatione,quoniā ſemper cum cōtractione ſpiritbū ad cor. 4°.timor importat nocumentū quoniā nūq̄ eſt abſqꝫ animi dolore.ergo timor eſt affectus.verum timor differt a triſtitia(vt Ariſto.dixit) quoniā triſtitia atqꝫ dolor eſt de pręſenti malo.Timor aūt de malo futuro,quod non ita mouet,ſicuti malū pręſens.obiecta ꝰo diluūtur,primū quidē,quoniā licet timor non proficiſcatur a corporali agētis pręſentia , proficiſcitur tamē ab animali agentis pręſentia,quatenus malum futurum pręſens eſt animę per realem apprehenſionem. Scōm quoqꝫ,qm̄ licet ſenſus non apprehendat ipſum malum futurū in ſe , tamē apprehendit aliqđ pręſens,ꝑ qđ animal quaſi natiuo impetu , inſtinctuqꝫ mouet̄ ad ſperandum futurum bonum,vel ad timendum futuruz malum. ¶ Qꝛ autem timor ſit ſpecialis affectus,perſpi-

Qđ timor ſit ſpālis affect⁹.

cuum eſt.quoniaz affectus ſpeciē ſuſcipit ab obiecto,vt ſit ſpecialis affectus,qui ſpeciale obiectum habet. Sed cum timor ſpeciale obiectum obtineat,veluti ſpes ipſa. (nam obiectum ſpeciale ſpei eſt bonum futuruz arduū, poſſibile tamē acquiri,timoris autē malum futuruz,qđ vix euitari poteſt,)igitur timor erit ſpecialis animi affectus:veluti ſpes. ¶ Deinceps quęrit̄ vtruz aliqs timor

Vtruz timor aliqs ſit naturalis.

ſit naturalis: ex vno videt̄ aliquem timorē eſſe naturalem,vt timor animę,qua non vult diuidi a corpore , vt Ariſt.tradit in 3° ęthicoꝝ. Cōtra ꝰo hoc eſt,qꝛ ſi timor eſſet naturalis,reperiretur in rebus inanimatis. Pro dilucidatione dicamus primo Ariſto. timorem ſecaſſe in duos,quoꝝ alter eſt de malo corruptiuo , quod natura refugit propter naturale deſiderium eſſendi. ⁊ talem timorem naturalē eſſe aſſerit. Alter autē eſt de malo contriſtatiuo,qđ non repugnat naturę , ſed deſiderio appetitus,⁊ talis timor non eſt naturalis:ſed animalis. deinde accipiamus ſcđo pro intellectu horuz , quę Ariſtote. tradit,motum non dici naturalē,niſi ad ipſum inclinet natura,verū hęc naturalis inclinatio vno modo eſt,qm̄ vniuerſus motus ab ipſa natura perficitur nulla prorſus concurrēte operatione apprehēſiue virtutis : quem-

De obiecto timoris.

admodū motus ignis ſurſum,⁊ terrę deorſum,⁊ auctio animaliū,atqꝫ ſtirpium naturales motus ſunt. Alio mō motus naturalis dicitur,ad quē natura ipſa inclinat,nō tamē perficitur niſi per apprehenſionē. Tūc patet quomodo timor ſit naturalis,⁊ quo mō non.naz timor,qui eſt de malo cōtriſtatiuo,nullo pacto eſt naturalis,ſꝫ animalis qm̄ non repugnat naturę , ſed deſiderio animali. Timor aūt de malo corruptiuo vno modo eſt naturalis.ſ.vt ad ipſuz inclinat natura. Alio modo eſt animalis,quatenus non pōt perfici ſine apprehenſione aīalī. aut fortaſſe vterqꝫ timor dici poteſt vno mō nālis,alio mō aīalis.quatenus eniz ad vtrūqꝫ natura nos inclinat, vterqꝫ nālis dr̄.quatenus aūt nullus ꝑficit̄ ſine animali apprehenſione, vterqꝫ dicit̄ aīalis.obiecta autē per hęc ſunt diluta. ¶ Poſt hęc timoris ſpēs enumerandę,atqꝫ

Timoris ſpecies que.

exponēde ſunt,quas Ariſt. non tradidit:neqꝫ expoſuit. dicunt itaqꝫ theologi ſex ſpecies timoris eſſe,ſcilicet ſegnitiem,erubeſcentiā,verecūdiam,admirationē,ſtuporem,⁊ agoniā.hę eniz triſtitię ſpecies ſunt , quę non ſm obiecti differentiā accipiunt̄,ſed ſm effectus, quaſdāqꝫ ſpeciales rōnes.dictū eſt eniz timorē eſſe de futuro malo,qđ timentis poteſtatē excedit,quatenus ei aut nō reſiſtere,aut cum difficultate poteſt. Quare quēadmoduz hoīs bonū ita quoqꝫ malum cōſiderari pōt aut in hoīs oꝑatione,aut in exterioribus rebus:quę etiā hoīs ſunt. Si in hoīs oꝑatione duplex malū timeri pōt,quoꝝ alterū eſt labor grauis q̄ nāꝫ grauat,⁊ timor qui eſt de labore excedēte,atqꝫ nāꝫ grauāte,dr̄ ſegnities, quę eſt cuꝫ ſ.aliqs refugit oꝑari ꝑꝑ timorē excedētis laboris.⁊ qm̄ labor duplex eſt aut in agēdo,⁊ timor huius laboris dr̄ negligētia.aut in cōſulēdo,meditādo,ꝑſpiciēdo qđ op⁹ ſit facto,⁊ huius laboris timor dr̄ ſecordia:tñ vterqꝫ ſegnities eſt.Alteꝝ ꝰo maluz,qđ in hoīs oꝑatione timeri poteſt,

pōt,eſt turpitudo quedã,q̃ opinionē lędit,atqꝫ officit, quę ſi timeat̃ in actu,qui cōmittit̃,timor,qui de ea eſt, dicitur erubeſcētia.ſi autē timeat̃ in actu turpi iam cō-miſſo,factoqꝫ,dicitur verecūdia.Sūt igitur tres timo-ris ſpēs,quę ſumūtur pęnes malum,qđ eſt in hominis opatione.vꝫ.ſegnities,erubeſcētia,⁊ verecundia,quę ⁊ pudor dici pōt,vt poſterius dicemus. Alterū vo malū eſt in rebus qbuſdam exterioribꝰ,quę etiã hoīs ſunt,⁊ hoc trifariã cōſiderari pōt excedere hoīs facultateꝫ ad reſiſtēduꝫ,pmo qdem rōne ſuę magnitudinis,cū.ſ.ali-quis maluꝫ qđdam cōſiderat ad eo magnū,vt eius exi-tum non poſſit ſpectare,⁊ timor,qui eſt de hꝰ malo,dr admiratio.Scđo vo rōne diſſuetudinis,qa.ſ.aliquod malū noſtrę conſiderationi inſuetuꝫ offertur,vt ſit nr̃a reputatione magnū.Et timor qui eſt de hꝰ malo,dicit̃ ſtupor,qui(ex eo qa pficiſcitur ex inſueta imaginatio-ne.)Alienatio etiã dici pōt,quatenus.vꝫ.mens a cōſue-tis imaginationibus reddit̃ aliena.Tertio rōne iprouiſionis,quatenus timens,aut nō pōt puidere,aut cū dif-ficultate iudicat ſe poſſe puidere:quo.vꝫ.in mō infor-tunia timent̃,⁊ timor de hꝰ malo dicit̃ gręce αγωνια, latine certatio,ſiue ſollicitudo,de qua Poeta. Res eſt ſolliciti plena timoris amor.Quare tres alię ſunt timo-ris ſpēs,quę pęnes maluꝫ accipiunt̃ qđ eſt in exterioribus hoīs rebus.vꝫ.admiratio,non ea,quę pcedit veri-tatis indagationē,ſed quę eſt timor de malo adeo ma-gno,vt timens illius exitū ſpectare nō poſſit.Et ſtupor qui eſt timor de malo noſtrę cōſiderationi inſueto.Et agonia ſiue ſollicitudo,quę timor eſt de malo ex im-prouiſo nobis vēturo.ğ omnes timoris ſpēs ſunt ſex. verū ſi ſegnities diſſecet̃ in duas(vt dictuꝫ eſt)in ſecor-diam,⁊ negligētiam. ¶ Fortaſſe oēs timoris ſpēs erūt ſeptem.Cōſequēs aūt eſt poſt hęc,vtrū bonum aut ma-lum,aut vtrūqꝫ obiectū ſit timoris,diſſerere. Ex vbis quidē Ariſt.ſuperius expoſitis videt̃ bonū obiectum eē timoris,aſſeruit eni poteſtatē,⁊ ſub alterius poteſta-te nos eē,terribilia eē:mō poteſtas,⁊ ſub alterius pote-ſtate eē bona ſunt.Inſup omnes gētes deum timēt.At in deo nihil mali eſſe pōt.Ex alijs aūt vbis, videtur ti-morē non eſſe niſi ex imaginatione futuri mali,qđ aut corpus,aut animū affligit.Sed dōm timorē ipm(vt di-ximus)eſſe motū quēdam appetitiuę virtutis,ad appe-titiuam aūt virtutē pſecutio,⁊ fuga attinēt,vt Ari.ſcri-bit ethicoꝝ.6.Eſt auteꝫ pſecutio motus,quo appetitus ipſe mouet̃ ad bonum,fuga vo,quo mouetur a malo. Qua rōne fit vt vnuſquiſqꝫ motus appetitus, qui pſe-cutionē importat,obtineat p ſuo obiecto qđdã bonū. Quicūqꝫ vo fugam,p ſuo obiecto,malū habeat.Qua-re cū timor fugaꝫ quãdaꝫ contineat,fit vt timor pͦ atqꝫ per ſe,vt ppriuꝫ obiectū malum ipm obtineat.Per ac-cidens vo reſpicere pōt bonum,dico p accñs,qm̄ non in ſe bonū reſpicit,ſed vt bonū habitudinem hꝫ ad ma-luꝫ ipm:aut quatenus p malū priuari pōt.Dictū eſt eni eſſe malum qđdaꝫ,quatenus bonum priuare pōt,vt eſt mors ipſa,per quã priuat̃ eſſe,⁊ ipſum viuere.Et ſic ti-mor reſpicit bonū per accidēs,q̃tenus eſt aptum p ma-lū priuari.Hac rōne poſſumus timere ipm eſſe,⁊ vitã, non qdeꝫ p ſe,ſed quatenus apta ſunt p mortē pͥuari,q̃ eſt maluꝫ.aut ſcđo timere poſſumus bonū,quatenꝰ bo-num eſt cã mali,vtputa,qa aliqđ bonū ſua virtute pōt inducere aliqđ nocumētū in bono amato,vel priuatio-neꝫ.Hac rōne deus timet̃ ab hoīe,⁊ poteſtas etiã pͥnci-pis timet̃ a ſubditis,quatenus pōt infligere pęnã. Ty-rãnus etiã timet̃ hac rōne,⁊ ſub alterius poteſtate eſſe, qm̄ in prōptu poteſt nocumentū inferre.Sic quoqꝫ ti-

De obiecto timoris.

met̃ cōſcius criminis,ne crimē reuelet.per quę obiecta facile diluta cernūtur. ¶ Deinceps dictū eſt ſuperiꝰ ti-morē eſſe de malo naturę,ideo q̃rit̃ vtruꝫ timor ſit de malo naturę:⁊ apparet ex his qꝫ nō.pmo qa de his,(q̃ a natura eueniunt,)nemo cōſultat,(vt ſcribit Ariſto.3° ethicoꝝ)ſed vt ſuperius dictum eſt,timor cōſulere fa-cit.igit̃ timor nō videt̃ eſſe de malo naturę.deīde ſi ita eſſet,hō ſemp eſſet in timore,qm̄ nāles defectus ſemp homini iminent,vt mors,⁊ cętera id genus: de quibus (vt dicis)eſt timor.p parte altera Ariſt.eſt,q 3° ethico. ſcribit inter omnia terribiliſſima eē mortē,quę eſt ma-luꝫ naturę.Pro ſolōne id,qđ prima facie appet,eſt(vt Ariſt.inqt)timorē pficiſci ex imaginatione futuri ma-li,qđ corrūpit,vel cōtriſtat.Quare ſicuti id,qđ ꝯtriſtat, maluꝫ eſt,qđ ꝯ̃riatur volūtati,ita id,qđ corrūpit,malū eſt,quod ꝯ̃riatur naturę.Qua rōne fit,vt de malo natu-rę timor eē poſſit.Sꝫ quonaꝫ mō de malo naturę poſ-ſit eē timor,exponamus,nã omne,qđ timet̃,intãtum ti-met̃,inquãtū poſſumus ſperare ipm nō futurū:lꝫ cum difficultate,vt dixit Ariſt.malū autē ſperari nō futurū, vno mō eſt,vt remotū,⁊ diſtãs.Propter diſtãtiaꝫ eniꝫ imaginari poſſumus malum futurū nō eſſe futurū,⁊ p-pterea hꝰ malū,aut nō timemus,aut parum timemus, hac rōne non timemus mortē.Sciūt eni oēs ſe morituros eſſe,ſed qa nō ppe eſt,nō curãt.Nullus eni tam ſe-nex eſt,q vno anno putet ſe victurū eē.Alio vo modo exiſtimat̃ aliqđ malum,qđ eſt futurū,vt nō futuruꝫ p-pter neceſſitatē,quę facit malū ipm futurū exiſtimare, vt pͥſens.Ueluti illi qui iã ſunt in ſupplicio,vt q decapi-tant̃,vel ſuſpēdunt̃,vel alio mō cruciant̃.Hi eni nō ti-ment,qm̄ cognoſcunt ſibi mortis neceſſitateꝫ iminere. opꝫ eni ad hoc,vt quiſpiã timeat,aliquã ſalutis ſpeꝫ ha-bere.Quãdo igit̃ malū naturę non apphendit̃ vt futu-rū,nō timet̃.At cum apphēdit̃,vt de ppinquo futuruꝫ, cuꝫ aliqua tñ euaſiōis ſpe,timet̃.huic rei exēplo nobis eſt Pōpeius colūna,q ęgrotus duꝫ eēt cum ſpe ſalutis, mortē ipſam mirū imodum ꝑtimeſcebat,poſtq̃ꝫ vo oī ſpe deſtitutus nouerat oīno ſe morituruꝫ,nec mortem amplius ꝑtimeſcebat,nec curauerat.Putabat eniꝫ eam quaſi iã factã eſſe.Ex his obiecta facile diluunt̃,primū qdē,qa lꝫ aliqđ malū naturę vitari non poſſit,vt mors, pōt tamē differri,⁊ ſub hac ſpe pōt eē cōſilium non de ipſa,ſed de euitatiōe illius.Scđm vo,qm̄ lꝫ malū natu-rę ſemper imineat,nō tamē ſemp iminet de ppinquo,⁊ ideo nō ſemp timet̃:ſed aliqñ,dum ipm imaginamur, vt ppinquū. ¶ Deiceps quęri pōt,cū timor ſit ex ima-ginatione futuri mali,⁊ malū ſit duplex,culpę, ⁊ pęnę. vtrū timor ſicuti eſt ex imaginatione futuri mali pęnę. ſit etiã ex imaginatione futuri mali culpę.Dōm p ſolō-ne id,qđ oīno ſubiacet poteſtati noſtrę nullo pacto ha-bere rōnem terribilis.qm̄ id ſoluꝫ eſt terribile,cuiꝰ cau-ſa eſt extra.Et qm̄ malū culpę ppriaꝫ,ac p ſe cãm habꝫ ipſam humanã volūtatem:ideo malū culpę per ſe terri-bilis rōnem habere nō pōt,ſed vtrū ſaltē per accñs rō-nem terribilis hr̃e poſſit:viri pͥſtantes cōcedūt,qm̄ cuꝫ humana volūtas ab aliquo exteriore iclinari poſſit ad peccandū,ſi illud inclinãs vim habeat magnã ad incli-nandū,timor eē poterit de malo culpę,quatenus ab ex-terna cã induci pōt.Sꝫ mihi videt̃ eū qui ſic timet,nō timere maluꝫ culpę,nec per ſe,nec p accidēs,qm̄ nunq̃ꝫ malū culpę eſt,niſi in noſtra poteſtate.Qua rōne fit,vt in caſu nō malū ipm culpę,ſed ſeductionē,(quę pōt eē cauſa mali culpę)qs timeat.timere auteꝫ ſeductionem, neqꝫ per ſe,neqꝫ per accidens eſt timere malum culpę. ¶ Poſt hęc q̃ri poteſt,vtrū timor timeri poſſit:cōmu-

Utrū timor ſit de malo naturę.

Utrū timor ſit de malo culpę.

Utrū timor timeri poſſit.

nis opinio eſt,timoꝛē vno mō timeri poſſe,alio modo
nō.Naʒ timoꝛ quatenus ꝑficitur ex cauſa externa,time
ri pōt.timoꝛ eni(q̄tenus eſt affectus qdaʒ ꝯſequēs ima
ginationē futuri mali eminētis) timeri pōt:ne.vʒ.imi/
neat neceſſitas timēdi ꝓpter incōgruētiā alicuius excel
lentis mali.quatenus ꝟo timoꝛ ſubiacet rōni,quę pōt
timoꝛem repellere,timoꝛ timeri non pōt.Eo q̄ ad nos
attinet ipm̄ repellere.Hęc autē poſitio meo iudicio nō
eſſet pol'is,niſi imaginemur duos timoꝛes,alterum q̄ſi
p̄ntem,alteruʒ q̄ſi futurū,nam ſic p̄nti timoꝛe hō pote/
rit futurū timoꝛem timere.¶ Sʒ hęc poſitio ambigua
eſt,p̄mo q̄ nullus eſt timoꝛ tā ꝓpiquus,quin eē poſſit
aliquis ꝓpingoꝛ,⁊ ſic qua rōne timoꝛē futurū per p̄ntē
timemus,ſic p̄ntem ꝑ aliū p̄ſenteʒ magis timebimus,⁊
ſic erit ꝓceſſus in infinitū in timoꝛib⁹.Deinde ſi futurū
timoꝛē timemus,de illo futuro erit imaginatio,⁊ cogni
tio,⁊ ſic lʒ nō ſit coꝛpoꝛal'r p̄ſens,erit p̄ſens per imagi/
nationē,⁊ app̄henſionē,⁊ ſic nullus alius requirit̄ p̄ter
ipm̄ ad timenduʒ.Propterea dōm,(vt Auicē.dicit,)in
ijs,quę ſunt talia per denoīationeʒ eē ſtāduʒ ad ea,quę
ſunt talia ſ̄m eſſentiam,⁊ q̄ nos timemus terribilia ti/
moꝛe,timoꝛē nō timebimus alio timoꝛe,ſed ſeipſo.Et
ſic dici pōt timoꝛē nō timeri,ſed eſſe id,quo timemus.
ſed q̄ eſt id,quo timemus,ideo ipſe ſua eſſentia timet̄,
ſicuti intellectio nō alia intellectione,ſed ſeipſa intelli/
git.¶ Deinceps quęri pōt,vtrū inſueta atq; repentina
mala ſint terribilioꝛa:Uidet̄ eni p̄mo aſpectu q̄ non,
qm̄ quę ſubitaria ſunt,minus cōſiderari p̄nt.Sed tāto
quippiā timet̄ magis,quāto magis cōſiderat̄.Scribit
eni Ari.libꝛo ethicoꝝ 3° aliquos videri foꝛtes ob igno
rantiā,q̄ ſi nouerint aliter eē,q̄ȝ credāt,ſe in fugam po/
nunt.Qua rōne fit vt repentina minus timeant̄,q̄ mi/
nus veniunt in cōſiderationē.Dōm mala inſueta atq;
repentina ꝑ ſe eē terribilioꝛa,per accn̄s ꝟo minus terri
bilia cęteris malis iminētibus,q̄ autē per ſe terribilio/
ra ſint,declaratur p̄mo ex eo,q̄ malū iminens(cum re
pente,ac inſuetę euenit)appet magis.omnia eni coꝛpo/
ralia ⁊ bona,⁊ mala,quāto magis cōſiderant̄,tāto mi/
noꝛa apparēt.Unde queādmoduʒ ꝓpter diuturnitateʒ
doloꝛ p̄ſentis mali mitigatur,vt 3° tuſculana ū q̄onum
ſcribit Cicero,ita quoq; ex p̄meditatione minuitur ti
moꝛ futuri mali.Declarat̄ etiā 2°,ex eo q̄ repentinū ⁊
inſuetum auget timētis imbecillitatē,quatenus ſubtra/
hit remedia,q̄bus hō pōt ſe parare ad repellēdū futuꝝ
malum,quę remedia adhiberi nō poterūt,quādo ex ꝓ/
pinquo maluʒ occurrit.Qꝛ ꝟo per accn̄s minus cęteris
terribilia appareāt,declaratur qm̄ magnitudo mali,cū
latet,nō terret.veluti cū hoſtes parāt inſidias:quę ſi di/
ligenter cōſiderarent̄,fierēt terribiles.q̄ ꝟo ignoꝛātia
accidit magnitudini maloꝝ ꝓpter inſuetū,⁊ repētinuʒ
eſſe,ideo per accidēs pōt videri minoꝛ.Dixit Ariſto.ſu
peri⁹ oium timēdoꝝ ea eē terribilioꝛa.ſʒ q̄cūq; ſi pecca
uerint,coꝛrigi nō p̄nt,aut q̄ auxilia nō ſūt,aut nō faci/
lia:ꝑ q̄ ꝟba īduit ea,q̄ n̄ h̄n̄t remediū,eē magis timēda
ſʒ h̄ vr̄ eē ꝯ ea,q̄ etiā ipſe dixit eē neceſſariū ad timoꝛē
remanere aliquā ſpem ſalutis.ſed in malis,quę non ha
bent remedium,nulla ſalutis ſpes remanet.hꝰ ergo ma
la nullo pacto timent̄.¶ Circa ſol'onem p̄mo declare/
mus,mala,quę nō habēt remediū,eē maxime timēda,
ſc̄do quo mō maxime timēda,⁊ quo mō nullo pacto ti/
mēda.De p̄mo dicamus obiectū timoꝛis,vt ſupius di/
ximus,eſſe malū,qua rōne fit,vt id q̄ꝺ facit ad ipſi⁹ ma
li accremētū,etiā faciat,ad ipſius timoꝛis auctionē:ma
luʒ aūt augetur nō ſolū ipſius mali ſpē,ſed etiā circun/
ſtātijs.Inter cęteras autē circūſtantias diuturnitas,vel

Utrū īſueta ⁊ repētina ſint terribilioꝛa.

perpetuitas facere videt̄ magis ad augumētum mali.
igit̄ mala quę nō h̄n̄t remedia,ſunt maxime mala.naʒ
ex quo ſunt irremediabilia ſunt perpetuo ⁊ ſemꝑ ma/
la.Quę ꝟo ꝑpetuo mala ſunt,videt̄ maxime mala.qm̄
ſi pati in aliquo tēpoꝛe eſt tātū maluʒ,idē pati in duplo
tēpoꝛe,erit duplū malum.qua rōne fit,vt idē pati tem/
poꝛe infinito(q̄ꝺ eſt ꝑpetuo pati)habeat quodāmō in/
finituʒ augumētuʒ mali,igit̄ hꝰ mala ſunt maxīe timē/
da.Nā cum careāt remedijs,vident̄ ꝑpetua,hęc de pꝛi
mo.Sed quo mō timenda,⁊ quo mō nō,exponam⁹:⁊
dicamus,vt ſuperius diximus,non eſſe timoꝛē ſine ſpe
aliqua ſalutis,aut per euitationē ipſius mali,aut ꝑ poſt
poſitionē,atq; ꝓrogationem.Tūc cū aliq̄s venerit ad
hęc,vt a ſpe oīno ſalutis ſit deſtitutus,hęc nō timet.At
cuʒ venerit ad hęc,vt remāſerit aliqua ſpes ſalutis,vel
per ꝓrogationē,vel per poſtpōneʒ,tūc hęc ſunt terribi
lia,⁊ maxime terribilia.¶ Poſt hęc de cauſis timoꝛis
diſſerendū.Ex vna eni parte videt̄ odium potius cā ti
moꝛis q̄ȝ amoꝛ,qm̄(vt dixit Ariſt.)illi magis timent̄,a
quibus mala aliq̄ nobis iminere expectamus.ſʒ ex eo
q̄ ab aliquo expectam⁹ mala,videmur magis ad odiū
ꝓuocari,q̄ȝ ad amoꝛē.Qua rōne fit,vt timoꝛ magis ab
odio q̄ȝ ab amoꝛe ꝓficiſcat̄.Ex altera ꝑte videt̄ amoꝛ
magis cauſa.qm̄ nulli dubiū eſt non aliaʒ eē metuendi
cām,niſi ne id,q̄ꝺ amamus,aut adeptū amittamus,aut
non adipiſcamur ſperatū.qua rōne fit,vt oīs timoꝛ ꝓfi
ciſcatur ex eo,q̄ aliq̄d amamus.quare amoꝛ erit timo
ris cauſa.Dicamus eo mō,quo ſuperius diximus,timo
rem poſſe intelligi h̄re duas cauſas,alteraʒ via neceſſa/
rię p̄ſuppōnis,alterā via depēdentię eius,q̄ꝺ ſeq̄tur ad
id,q̄ꝺ p̄cedit.Uia q̄dem neceſſarię p̄ſuppōnis amoꝛ ti/
moꝛis eſt cā,nam ne id,q̄ꝺ amamus,aut adeptū amitta
mus,aut non adipiſcamur ſperatū,timemus.Unde ꝓ/
pterea q̄ aliquid amamus,timemus,ne.vʒ.amittam⁹.
Quare nō erit timoꝛ,niſi p̄ſupponatur amoꝛ alicui⁹,cu
ius amiſſionē timemus.via ꝟo depēdentię,malum ap
pꝛęhēſum,vt futurū de ꝓpinquo eſt cauſa timoꝛis.Nā
hmōi malū eſt obiectū timoris,obiectuʒ ꝟo cā eſt,a q̄
dependet actus.q̄re via depēdentię non amoꝛ,ſed ma
lum hꝰ eſt cauſa timoꝛis.Obiectū ꝟo diluit̄,qm̄ lʒ ab
odio,⁊ ab amoꝛe ꝓuocemur ad timoꝛē,magis ab amo
re,qm̄ amoꝛ etiā via p̄ſuppōnis eſt cauſa odij (vt ſupe/
rius dictū eſt)⁊ nō ecōuerſo.Quare amoꝛ magis cā vi/
det̄:q̄ȝ odiuʒ.Simili rō dici pōt defectuʒ eē cām timo/
ris,qm̄ niſi in timēte p̄ſupponeret̄ defectus,non time/
ret.Uñ Ariſto.dixit,diuitias,vires,amicoꝝ multitudi/
nem,atq; poteſtatē timoꝛeʒ excludere.quare in oī timo
re p̄ſupponitur defectus,aut in his oibus,aut in aliqui/
bus.q̄ via p̄ſuppōnis defectus eſt cā timoꝛis.Uia autē
efficiētię,cauſa timoꝛis eſt virtus,⁊ vires,⁊ cętera,q̄ in
textu ſunt enumerata.Hęc eni cū app̄hendūtur,vt ma/
la,quę nocere p̄nt de ꝓpinquo,q̄bus cuʒ difficultate re
ſiſtimus,cauſa eſt effectrix timoꝛis.Hęc pauca de cau/
ſis timoꝛis.¶ Sed effectus timoꝛis ſunt cōtractio,cō/
ſilium,tremoꝛ.De cōtractione pʒ,p̄mo q̄dem ex parte
animę,deinde ex ꝑte coꝛpoꝛis.Ex ꝑte aię quidē,qm̄ ti/
moꝛ ꝓficiſcitur ex imaginatiōe alicuius futuri mali im/
minētis,vt ſępius dictū eſt,q̄ꝺ cum difficultate repelli
pōt.Aliquid aūt cuʒ difficultate repelli ex virtutis debi
litate ꝓficiſcitur.At virtus debilis,quāto magis eſt de/
bilis,tanto ad paucioꝛa ſe pōt extēdere,qua rōne fit:vt
ex imaginatione,q̄ timoꝛē efficit,appetitus ꝯhat̄.nec h̄
caret exemplis,p̄mo q̄ videmus in moꝛiētibus n̄āʒ ꝯ
here ſe ad interioꝛa ꝓpter virtutis imbecillitatē.deinde
in ciuitatib⁹ quādo ciues timēt,retrahūt ſe ab exterioꝛi/

De cauſis ti moꝛis.

De effectib⁹ timoꝛis.

bus.quãtoqȝ pñt recurrũt ad interioꝛa.Ex pte ꝟo coꝛporis,nam ſm ſilitudinez cõtractionis,q̃ ptinet ad animalẽ ipm appetitũ,ex timoꝛe fit ex parte coꝛpoꝛis contractio caloꝛis ⁊ ſpirituũ ad interioꝛa.De cõſilio autem eſt q̃ſtio,nã(vt Cicero libꝛo tuſcul.qõnum 4° dicit)timoꝛ eſt excutiẽs excogitata,⁊ mẽtem a ſuo loco remouet.igit̃ timoꝛ magis impedit,q̃ȝ faciat cõſiliũ.ꝑ altera parte Ariſt.ſupius dixit timoꝛẽ facere cõſiliatiuos.Dicẽdum aliquẽ dici bifariã cõſiliatiuũ,vel ꝓpter quãdã ſollicitudinẽ,vel diſpõnem:quę eſt quaſi ſibi calcat ad concitãduȝ in ꝯſilijs.Et hoc pacto timoꝛ eſt cauſa cõſilij:cõcitat eni ad ꝯſiliũ vt ꝑ ipſum acgramus viã euadẽdi a malo futuro:qđ de ꝓpinquo iminet.Alio modo aliqs dicit̃ ꝯſiliatiuus ꝓpter habitũ acquiſitũ ex frequẽtibus actibus adhibitis circa cõſilia:⁊ hoc pacto nec timoꝛ,nec affectus aliqs cõſiliatiuos facit. Immo homini affecto ſm aliqnã paſſionẽ videtur impedimẽtuȝ in conſulẽdo:qm̃ id qđ timet videt̃ maius, vel minus q̃ȝ ſit ſm veritatez.Ex his pȝ ſol͛o ad obiecta.De tremoꝛe etiã pȝ,nam(vt Cicero inqt libꝛo tuſcul.qõnum 4°)timoꝛem ſequunt̃ tremoꝛ,palloꝛ,atqȝ dẽtium ſtrepitus, vnde Terẽtius,Totus parmeno tremo.Cã autem eſt, qm̃ in timoꝛe q̃dam cõtractio fit.caloꝛis ⁊ ſpirituuȝ(vt diximus)ab exterioꝛibus ad iterioꝛa,vbi exterioꝛa remanẽt rigida.Et ꝓpter hoc in timẽtib⁹ accidũt tremoꝛ, palloꝛ,⁊ ſtridoꝛ dẽtium.Sed videt̃ timoꝛ oẽm operationẽ humanã exterioꝛẽ impedire,qđ quomõ ſit,exponamus:⁊ dicamus,opationez hois exterioꝛem effici ab aĩa tãq̃ȝ a p̃mo mouẽte,⁊ a mẽbꝛis coꝛpoꝛeis tãq̃ȝ ab iſtrumẽtis.Qua rõne fit,vt bifariã hois exterioꝛ operatio impediri poſſit,aut defectu inſtrumẽtoꝝ, aut defectu p̃ncipalis mouẽtis.Ex parte inſtrumẽtoꝝ qdeȝ coꝛpoꝛaliũ timoꝛ quãtũ eſt de ſe eſt aptus ipedire exterioꝛem hois operationẽ,ꝓpter defectum caloꝛis,qui ex timoꝛe accidit ſemꝑ in exterioꝛib⁹ mẽbꝛis.Ex pte ꝟo animę,ſi timoꝛ fuerit modeſtus,quaſi ſit ratiõe regulatus, facit ad bene,cõſulteq̃ȝ operãdũ,quatenus efficit quandã ſollicitudinẽ,ꝑ qnã homo diligentius cõſultat,atqȝ operat̃.At ſi timoꝛ vſqȝ adeo excreſcat,vt rõnẽ perturbet,ipedict opationẽ hois fere oẽȝ.Hacten⁹ de timoꝛe.

DE AVDACIA AC FIDVCIA, DEQVE ARTE INDVCENDI FIDVCIAM ATQVE AVDACIAM IN TIMENTIBVS.

Quoniaȝ autẽ patet qđ timoꝛ ſit, ⁊ quę timenda,⁊ quo mõ ſe habẽtes ſinguli timeãt: ex his etiaȝ manifeſtũ erit quid ſit audere,⁊ in quibus audeant , ⁊ quo pacto audentes affecti ſint.

audere θαρρειν confidere fidere,

Nunc volens agere de audacia,quę alio nomine etiã confidentia,vel fiducia dicit̃,p̃mo continuat hęc,q̃ dicturus eſt,cum eis,quę dixit,⁊ p̃mo repetit ea,quę ptractauit:⁊ dicit.[Qm̃ autẽ pȝ quid timoꝛ ſit,⁊ quę timenda,⁊ quo mõ ſe habẽtes ſinguli timeant,]⁊ quales ſubaudi ſint quos timent, deinde addit ea,quę nunc vult agere,⁊ dicit.[Ex his ẽt manifeſtũ erit qđ ſit] θαρρειν. ideſt audere,vel cõfidere,vel fidere,[⁊ in qbus] ſ.reb⁹ [audeãt ⁊ quo pacto audẽtes]ſiue fidẽtes[affecti ſint.] ⁊ ſubaudi quo mõ ſe habeãt illi,cõtra quos audẽt.Hec eni ſunt illa,quę de omni paſſione dicere ꝓpoſuit.

Et quoniam audacia contraria eſt timoꝛi, ſit,vt ſpes ſit cum imaginatione rerum ſalutarium,q̃ ꝓpe adſint,cuȝ terribilia vel nõ ſint,vel longe abſint.

Proſeqtur de his,quę ꝓpoſuit,⁊ pꝛimo definit audaciam,quę gręce dicit̃ θαρσος/latine etiã confidentia,⁊ dicit.[Et qm̃ audacia eſt cõtraria timoꝛi.]⁊ ſubaudi timoꝛ eſt triſtitia ex imaginatione futuri mali cũ fuerit ꝓpe,[ſit,vt]audacia[ſit ſpes cũ imaginatione rerũ ſalutarium,q̃ ꝓpe adſint,]dico q̃ ꝓpe adſint,[cum terribilia vel nõ ſint,vel longe abſint.]Terribilibus eni non exiſtentibus,vel longe exiſtẽtibus,res ſalutares ꝓpe eẽ imaginamur.Hęc eſt definitio audacię,quę pȝ ex definitione timoꝛis,qui cõtrarius eſt audacię.

Sunt autez in quibus confidẽdum eſt,⁊ pericula,cum longe ab ſint.⁊ ea,in quib⁹ cõfidimus,cum fuerint pꝛope.⁊ coꝛrectiones ſi ſint.⁊ pꝛęſidia, vel multa,vel magna, vel vtrũq̃ȝ.

in qb⁹ ꝯfidendum θαρραλεα auſibilia. ea in qb⁹ cõfidimus θαρραλεα ſcđa.

Secũdo exeqtur de ijs,in qbus eſt cõfidendum,quę gręce θαρραλεα dicũtur,in veteribus trãſlationib⁹ auſibilia.p̊ qdẽ gñatiȝ:⁊ dicit.[Sũt autẽ in qbus confidẽdum eſt]ſubaudi p̃mo qdem generatim,[⁊ pericula,cũ longe abſint,]ſcđo ſunt,[⁊ ea,in quibus cõfidimus,cũ fuerint ꝓpe.]id ⁊ ſecũda cũ fuerint ꝓpe.3° ſunt,[⁊ coꝛrectiones ſi ſint,]⁊ non multationes,⁊ pęnę moꝛtales. Cõfidimus eni quoties ꝓpter delicta nos nõ moꝛtales pęnas:ſed coꝛrectiones eſſe paſſuros putauerimus. 4° ſunt,[⁊ p̃ſidia vel multa,vel magna, vel vtrũqȝ,]quia multa ſimul ⁊ magna.Hęc generatim ſunt ea , in quibus confidimus.

Et ſi neq̃ȝ iniurijs affecti ſint,neq̃ȝ iniurijs affecerint.

Tertio oſtẽdit hoĩes,erga quos nos audemus ſpeciatim:⁊ aſſignat loca,quoꝝ p̃mũ affert:⁊ dicit.[Et ſi neqȝ iniurijs affecti ſint].ſ.ab alijs, [neqȝ]ipſi [iniurijs]eos [affecerint,]hi ſunt audentes,atqȝ cõfidentes in tales: quos neqȝ affecerunt iniurijs,neqȝ iniurijs ab eiſdem ſunt affecti.Nam ſi non affecerint,nõ habent quos timeant.ſi non affecti,cũ non ſint experti,nõ timent. vel ſi nõ affecerint,quom nõ affecerunt,nõ timent eos.Si non ſunt affecti,minime eos timere debẽt,affecti enim timẽt quãdoqȝ ꝓpter mutuũ timoꝛem.

Et aduerſarij,aut non ſint oĩno,aut nõ habeant potẽtiam,aut ſi potẽtiam habeãt,amici ſint,vel benefactoꝛes,vl͛ beneficio affecti , vel ſi plures ſint qui in eiſdem cõferunt,aut maioꝛes,aut vtrũq̃ȝ.

Aſſignat 2ᵐ locum:⁊ dicit.[Et]audemus cõtra aduerſarios,cum[aduerſarij,aut nõ ſint oĩno].i.cum aduerſarij nullius momẽti ſunt,quos iniurijs affecimus:[aut] ſi fuerint alicuius momẽti,[nõ habeant potẽtiaȝ].ſ.dominicã,vel ciuilẽ:[aut ſi potẽtiã habeãt,]quos iniurijs affecimus:[amici ſint]nobis,[vl͛ benefactoꝛes]noſtri: [vel beneficio affecti] ſ.a nobis.oĩa hęc faciũt,vt in tales cõfidamus.etiã facit ad fiduciã:vel[ſi plures ſint,q in eiſdem cõferunt.]nã cum plures fuerint complices, aut fautoꝛes,cõfidimus ꝓpter numerũ.[aut]ſi non plures complices vel fautoꝛes fuerint,ſed pauci[ſi aut maioꝛes]ſint potẽtia,⁊ facultate confert:[aut vtrũqȝ,]naȝ ſi fuerint fautoꝛes plures,⁊ maioꝛes faciũt ad fiduciã.

Ipſi ꝟo audentes ſunt,ſi ita ſe habeant,vt in multis obtinuiſſe putent,⁊ nõ paſſos eẽ.

Quarto oſtẽdit quo mõ affecti audeãt,⁊ aſſignat pri

mum locũ:⁊ dicit.[Ipſi ꝟo audẽtes ſunt.ſi ita ſe habe-ant,vt in multis obtinuiſſe putẽt,⁊ nõ paſſos eẽ]aliqđ,ſcꝫ periculum,nam inexꝑti periculoꝝ audent.

¶ **Aut ſi ſępius in pericula deuenerint,⁊ eua ſerint.**

¶ Aſſignat 2^m locum,⁊ dicit.[Aut ſi]in multis obtinue rint,[⁊ ſępius in pericula deuenerint,]in qbus exper-ti ſunt dãnoſa,[⁊ euaſerint.]euaſio eni facit audaciã.

¶ **Bifariã eniꝫ increduli homines fiunt,aut quoniaꝫ experti non ſunt,aut quoniã auxi-lia habẽt. Ueluti in periculis marinis,⁊ qui inexperti tẽpeſtatum ſunt,confidunt de fu-turis. ⁊ qui auxilia habẽt,ꝓpter experiẽtiã.**

¶ Aſſignat cãm eorum,quę dixit:⁊ dicit.[Bifariã eni] ἀπειθεῖς.i.[increduli]ſubaudi timoris[fiũt hoies,aut quoniã experti nõ ſunt].ſ.pericula,[aut quoniã auxilia habent,]per quę putãt euadere,⁊ declarat exẽplo nau-tarũ:⁊ dicit.[Ueluti in periculis marinis ⁊ qui inexꝑti tempeſtatũ ſunt,confidũt de futuris,]⁊ audẽt in maris pericula,[⁊ qui auxilia hñt,]vt naucleri[ꝓpter experi-entiam,]per quam euaſerunt,⁊ inuenerunt auxilia,cõ-tra talia etiam audent.

¶ **Et cuꝫ non terribile paribus ſit,aut mino-ribus,⁊ quibus meliores ſe eſſe putãt. Pu tant autẽ ijs,quos ipſos,aut eorum pares, aut etiam meliores ſuperarunt.**

ſuperarunt κεκρατή κασιν dñantur.

¶ Aſſignat 3^m locum:⁊ dicit.[Et].ſ.cõfidunt,[quando] ipm terribile,[nõ terribile paribus eſt,aut]nõ eſt terri-bile[minoribus:aut]non eſt terribile ijs,[qbus melio res ſe eẽ putant.]⁊ exponit eos,qb⁹ meliores ſe eẽ pu-tãt:⁊ dicit.[Putãt autẽ ijs]ſe eẽ meliores,[quos ipos, aut eoꝝ pares,aut etiaꝫ meliores ſuperarũt].ſ.in ſilib⁹.

¶ **Et ſi plura ⁊ maiora ſibi ineſſe arbitrant̃, quibus cum excedant,timendi ſunt. Ea aũt ſunt pecuniarum multitudo,corporum vi-res,regionis,amicorum apparatuum belli-corum,aut oĩum,aut maximorum.**

¶ Aſſignat 4^m locum:⁊ dicit.[Et]ſubaudi confidũt,[ſi plura].ſ.auxilia,[⁊ maiora ſibi ineẽ arbitrant̃,quib⁹cũ excedant,timẽdi ſunt]ab hoſtibus,cõtra quos pugnãt. ⁊ exponit auxilia,⁊ dicit.[Ea aũt].ſ.auxilia ſunt, pecu-niaꝝ multitudo,]nã pecunia eſt neruus belli.[corpoꝝ vires].ſ.eoꝝ militũ,qbus vtet̃ ad belluꝫ. Nã victoria ſperanda eſt in viribus militũ.vires etiã[regionis,]nã cum regio,quę cuſtodit̃,fuerit inexpugnabilis,qui eaꝫ cuſtodiũt,audent.[Amicoꝝ]cõfederatoꝝ vires etiã fa ciunt ad cõfidentiã,potiſſimum ſi fuerint fideles,vires [apparatuũ bellicoꝝ aut]oĩum.ſ.ꝑ mare, ⁊ terraꝫ,[aut maximorum].ſ.vel per mare,vel per terram.

¶ **Et ſi neminem iniurijs affecerũt,aut non multos,aut non tales,quales metuerent.**

¶ Aſſignat 5^m locum:⁊ dicit.[Et]homines cõfidũt,ſi ne mineꝫ iniurijs affecerũt,aut nõ multos,aut nõ tales,q̃-les metuerent,]nam qui ſic ſe habent,amãtur ab omni-bus,vel a pluribus.

¶ **Et vl̃iter ſi ea,quę ad deos ſunt,nobis ip-ſis bene ſe habeant,⁊ quantum ad cętera,⁊ quãtum ad ea,quę a ſignis,⁊ eloquijs.**

¶ Aſſignat 6^m locuꝫ a fauore diuino:⁊ dicit.[Et vl̃r]cõ fidimus,[ſi ea,quę ad deos ſunt,nobis ipſis bene ſe ha beãt,]bene dico ſe habeãt,[⁊ quãtuꝫ ad cętera].ſ.q̃ nõ exterius apparent,vt rectitudo cordis,⁊ bonę affectio-nes,qbus mouemur ad amãdum deum.[⁊ quãtum ad ea].ſ.exteriora,quę[a ſignis,⁊ eloquijs,]accipiunt̃ a ſi-gnis qdem,vt ſunt tẽpla/arę/ſtatuę/elemoſynę,⁊ id ge-nus. Ab eloquijs ꝟo,quãtum ad orationes,⁊ pſalmos, ⁊ cantus.qui eniꝫ in his omnibus bene ſe habẽt,audẽt. nam habent deum pro ſe.

¶ **Nam ira audere facit. Non iniuſta autem facere, ſed iniuſta pati,iram efficit. Deum autem arbitrantur auxiliari ijs, qui iniurijs vexantur.**

¶ Or autẽ qui habet deum ꝓ ſe vltorem cõfidat,ꝓbat, ⁊ ſumit tria per ordinem:⁊ dicit.[Naꝫ ira audere facit] hoc nõ ꝓbat,ſed accipit pro explorato, Deinde accipit 2^m,⁊ dicit.[Nõ iniuſta autẽ facere,ſed iniuſta pati,irã efficit,]vt ſuperius ꝓbatũ eſt, Deinde accipit 3^m,⁊ dicit. [Deuꝫ aũt arbitrant̃ auxiliari ijs,qui iniurijs vexant̃] ex ijs tribus vult habere eũ,q hꝫ deum ꝓ ſe,eẽ audacẽ. Reſoluit̃ aũt textus in ſyll'os,quoꝝ primus eſt,ira fa-cit audere,iniuſta pati facit irã.igitur iniuſta pati facit audere. Scđs iniuria vexatis deus auxiliatur:qui iniu riam patit̃,iniuria vexat̃.igit̃ ei qui iniuriã patit̃,deus auxiliat̃. Fortaſſe melius adaptari põt text⁹ iſte,vt po nat Ariſt.locũ 7^m qui eſt,ꝙ iniuria vexati audeant,qm̃ habẽt deum vltorẽ. Et tũc ꝟbum[nam]nõ ꝓ redditiuo cauſę,ſed ꝓ copulatiuo legendũ eſt,hoc pacto,⁊ ira au dere facit. Deinde obiter exponit cãm irę,⁊ dicit.[Nõ iniuſta aũt facere,ſed iniuſta pati,irã efficit.]Deide red dit cãm quare ira audere facit,⁊ legat̃ ꝟbuꝫ[autem]ꝓ redditiuo cauſę,hoc pacto dico iraꝫ facere audere, quia deũ arbitrant̃ auxiliari iniurijs vexatis:]q̃les ſunt ira-ti.g̊ irati audẽt,qa habent deũ fautorem. Sic eni legen-do verba hęc,textus aptari poteſt:ſinauteꝫ aliter vide-bitur,relinquo eis,q volunt aliter intelligere.

¶ **Et cũ ꝑuenientes,aut nihil ſe pati,aut paſ-ſuros,aut obtẽturos arbitrant̃. Et de terri-bilib⁹,⁊ de ijs,qbus cõfidũt,dictuꝫ eſt.**

¶ Aſſignat vltimũ locũ,⁊ dicit.[Et]confidunt,[cũ ꝑue-nientes]ſunt,naꝫ hi,[aut nihil ſe pati,aut paſſuros, aut obtenturos arbitrant̃.]qui eni ꝑmo inuadunt,audent. qa aut ſe nihil'pati,aut nihil paſſuros arbitrant̃,aut ar bitrãtur ſe eẽ obtenturos ſupra eos,quos primo inua-dũt:demũ epilogat,⁊ dicit.[Et de terribilibus,⁊ de ijs, quibus cõfidunt,dictũ eſt.]Artẽ ꝟo reducendi timen tes ad audaces,nõ expoſuit Ariſt.qm̃ pꝫ ex ijs,quę an-tea dixerat:facimus eni audaces iudices eo mõ ꝑparan do ꝟbis,⁊ oĩonibus ipſos,vt ſunt,qui audẽt,⁊ aduerſa-rios,vt ſunt,in quos audemus:per loca,⁊ res,qb⁹ nos cõfidimus,de qbus ſatis dictuꝫ ſit. ¶ Sed circa caput ꝑſens,videnda ſunt nõnulla de audacia,quoꝝ primuꝫ eſt illud,qđ Ariſto.dicit. Audaciaꝫ eẽ cõtrariaꝫ timori, nam videt̃ hoc non eſſe verũ,nam vni vnũ eſt ꝯ̃riũ. ſed timori eſt cõtrariuꝫ fortitudo.g̊ non audacia. Dõm (vt ſuperius patuit)paſſiões animi habere duplicẽ cõ-trarietatem alteraꝫ ſm oppõnem boni,ac mali,⁊ h̃ pa-cto(vt Ariſt.inqt)timor ꝯ̃riatur ſpei,alterã ſm oppoſi-tionẽ acceſſus,⁊ receſſus a medio,⁊ ſic timori ꝯ̃riat̃ au-dacia ꝯ̃rietate extremi ad extremũ. Cõtrarietate ꝟo ex-tremi ad mediuꝫ timor ꝯ̃riatur fortitudo,dicit ẽt Ariſ. audaciã eſſe reſpectu maloꝝ,⁊ terribiliũ,cũ nõ adſunt, vel cũ ꝓcul adſunt. Ideo dubitat̃,qm̃ ſi hęc,q̃ Ari.dicit

eſſent vera,tũc audacia non ſeq̃ret̃ ſpes,qm̃ ſpes reſpi/
cit bonũ:⁊ audacia malũ.igit̃ altera non ſequit̃ alterã.
Dñm audaciã ſeq ad ſpem.naʒ ex eo ꝗa aliquis ſperat
ſuperare terribile,qđ iminet,audacter illud aggreditur.
Ad timorẽ ꝟo ſequit̃ deſperatio:ideo eniʒ aliqs deſpe
rat,ꝗa timet difficultatẽ,quę eſt circa bonum ſperãdũ.
Obiectuʒ autẽ diluit̃,qm̃ tunc ratio valeret,quãdo bo
num ⁊ malũ eſſent obiecta nulluʒ habẽtia inter ſe ordi
nem.Sʒ ꝗa malum hʒ aliqueʒ ordinem ad bonũ.(Eſt
enim poſterius bono,veluti priuatio habitu) ideo au/
dacia quę ſeq̃tur malũ,eſt poſt ſpem,quę ſequit̃ bonũ.
Ex ijs pʒ ſpem eſſe vnã ex cauſis audacię.Tertio dicit
Ariſt.inexꝑtos periculoꝝ eſſe audaces.Cõtra dubita/
tur,qm̃ tunc inexperiẽtia eẽt cauſa audacię.Sʒ inexpe
rientia eſt defectus ꝗdam.igit̃ defectus ꝗdam eſt cã au/
dacię.Pręterea/ira facit audere,iniuriã pati facit iram.
igit̃ iniuriam pati facit iram,ſed iniuriam pati ad defe
ctũ attinet.igit̃ audacia ex aliquo defectu ꝓficiſcit̃.Cõ/
trarium aũt dixit Ariſt.qui definiẽs audaciam dixit eẽ
ſpem cũ imaginatione reꝝ ſalutariũ ꝗ ꝓpe adſint,cuʒ
terribilia,vel nõ ſint,vel longe abſint.igit̃ nihil qđ ad
defectũ pertinet,eſt cauſa audacię.Dñm bifariã accipi
poſſe cãm audacię,aut quãtuʒ ad ꝓuocationeʒ ſpei,aut
quãtũ ad excluſionẽ timoris,Vterq; enim efficit auda/
ces,ſi quãtuʒ ad ſpei ꝓuocationẽ,hoc põt eẽ ex ꝑte ap/
petitiui motus,⁊ ex ꝑte trãſmutationis corporeę.Quã/
tum ꝗdem ad ſpei ꝓuocationẽ ex ꝑte appetitiui mot⁹,
ſpes fit per ea oĩa,q̃ faciũt nos putare victoriã adipiſci
poſſe ẜm ꝓpriã ꝗdem potẽtiaʒ,vtputa ẜm corporis vi/
res,experiẽtiaʒ in periculis,multitudinem pecuniaꝝ,⁊
alia eiuſmodi.Scđm autẽ potentiaʒ alioꝝ, vtputa ẜm
multitudinẽ amicoꝝ,⁊ quorũcũq; auxiliãtiũ, ⁊ p̃cipue
ſi hõ confidat in auxiliũ diuinũ.ſi ꝟo quãtũ ad trãſmu
tationem corporalẽ,ꝓuocat̃ ſpes,vel ex ijs,q̃ faciũt ca
liditatẽ circa cor:nã(vt ſcribit Ariſt.in libris de ꝑtibus
aĩaliuʒ)illi qui hñt paruũ cor ẜm ꝓportionẽ ſui corpo/
ris,audaciores ſunt.cõtra aĩalia,quę magnũ cor habẽt,
ꝗa calor nãlis non tãtũ põt calefacere magnam aulaʒ,
veluti paruã.In ꝓblematibus etiã aſſerit eos,ꝗ habẽt
magnũ pulmonẽ ſanguineũ audatiores eſſe ꝓpter cali/
ditatẽ cordis inde eueniẽtem.Dicit etiã ibidẽ vini ama
tores audaciores eẽ ꝓpter caliditatem vini.Hinc fit,vt
ebrietas conferat ad ſpem.Caliditas eniʒ cordis repel/
lit timorem,⁊ ſpem efficit ꝓpter cordis amplificationẽ.
Sin autẽ accipiat̃ cauſa audacię quãtũ ad excluſioneʒ
timoris,bifariã ſubdiuidit̃(vt dictũ eſt)aut q̃tũ ad ap/
petitiuũ motuʒ:⁊ ſic timor excludit̃ per remotionẽ ter/
ribiliũ,quę appropinquãt,vt ꝗa hõ nõ hʒ inimicos,cũ
nulli nocuerit:aut ꝗa non videt iminere periculum:aut
quãtũ ad corpus,ꝗa non hʒ cor frigidũ,nec eſt mutila/
tum,nec mancũ in neceſſarijs corpori,ꝑ q̃ pʒ defectuʒ
non facere audaciã niſi ꝑ accidẽs,q̃tenus hʒ adiunctaʒ
aliquaʒ excellẽtiam,vel verã,vel apparẽtem,aut ex ꝑte
alterius,aut ex ꝑte ſui.Ad hęc dixit Ariſt.iraʒ facere ad
audaciam,cõtra dubitat̃,ꝗa 3° ethicoꝝ ſcribit audaces
p̃ualentiores eẽ,⁊ valẽtiores ante pericula,in ipſis aũt
diſcedere.Dñm aliter eſſe in fortitudie,⁊ aliter in auda/
cia.In p̃ncipio enĩ interdũ hoĩes audaces ſunt.nam cũ
audacia ſit motus appetitus ſenſitiui, ſeq̃tur appᵃhẽſio/
nem ſenſitiuę virtutis.Virtus autẽ ſenſitiua nec colla/
tiua/nec inq̃ſitiua ſinguloꝝ eſt,quę circũſtãt reʒ:ſed ſu/
bitũ hʒ iudiciũ.Cõtingit aũt nõnũq;:vt ẜm ſubitariam
appᵃhẽſionẽ non poſſit ea oĩa cognoſcere:quę in re ipſa
difficultateʒ hñt:⁊ inde ſurgit motus audacię ad aggre
diendũ periculũ,quãdo ꝟo experit̃ ipm periculũ:⁊ co/
gnoſcit difficultatẽ,deficit.Cõtra aũt fortes:in p̃ncipio
enĩ vident̃ remiſſi.nã rõ ad hoc,vt diſcurrat ꝑ oĩa,quę
difficultateʒ afferũt in re ipſa,req̃rit tẽpus.Et hac rõne
vident̃ remiſſi:ſʒ poſt deliberationẽ rõnalẽ,ꝑſiſtũt:ꝗa
per electionẽ deliberauerũt:obiectũ ꝟo eſt ꝓ veritate.

¶DE VERECVNDIA, ET INVERECVNDIA, DEQVE ARTE INDVCENDI AVDITORES, ET IMPVDENTES AD VERECVNDIAM, ET PVDOREM.

¶In quibus autem verecundentur, ⁊ in q̃/
bus non verecũdentur, ⁊ apud quos, ⁊ quo
mõ ſe habentes,planum erit hinc.

¶De verecũdia ꝟo,⁊ inuerecũdia volens diſſerere,ꝓ/
ponit ea tria,quę de vnoquoq; affectu diſſerenda eẽ ꝓ/
poſuit.⁊ dicit.⌊In q̃bus aũt⌋.i.rebus hoĩes⌊verecũden
tur,⁊ in q̃bus non verecũdentur,⌋hoc eſt p̃muʒ,⌊⁊ apđ
quos⌋.ſ.hoĩes,verecũdentur,hoc eſt 2ᵐ.⌊Et quo mõ ſe
habẽtes⌋hoĩes ipſi verecũdent̃,hoc eſt 3ᵐ.⌊planuʒ erit
hinc⌋.¶Quo ꝟo ad ꝟba attinet verbũ verecundentur
gręce eſt αἰσχυνονται, ⁊ in veteribus trãſlationib⁹
leg̃it̃ erubeſcũt,⁊ ꝓpterea ſunt,qui nullã differẽtiam fe
cerũt inter verecũdari,⁊ erubeſcere,ſicuti nec inter ve/
recũdiam ⁊ erubeſcẽtiam.⁊ ego ita eſſe puto in p̃nti lo/
co,tamẽ ẜm p̃ſſam noĩum ſignificationem,ſicuti erube
ſcẽtia ⁊ verecũdia differũt:ſic erubeſcere ⁊ verecũdari.
Ambę tamẽ ſunt timoris ſpẽs,vt ſupius pʒ.ambę eniʒ
ſunt turpitudines q̃dam de malo,qđ in hoĩs oꝑatione
timeri põt.ambę opinionem lędũt,atq; officiũt.Diffe/
rũt tñ,qm̃ ſi turpitudo,quę opinionẽ lędit,timeatur in
actu,qui cõmittit̃,timor,qui de ea eſt,dicit̃ erubeſcen/
tia.Si auteʒ timeat̃ in actu iam cõmiſſo,timor,ꝗ de ea
eſt,dicit̃ verecũdia.Quare,vt ipſe timor accipit̃ cõiter
pro triſtitia,quę habet̃ tam ex imaginatiõe turpitudis,
quę eſt de malo,qđ eſt in oꝑatione hoĩs,q̃ꝫ ꝓ triſtitia,q̃
habet̃ ex imaginatione mali corruptiui ⁊ cõtriſtatiui,ẽ
genus ad hęc oĩa.At cũ timor capit̃ ꝓ triſtitia tm̃,quę
habet̃ ex imaginatione futuri mali corruptiui,vel con
triſtatiui eſt genus tm̃ ad illas duas ſpẽs timoris:quas
Ariſt.induebat in textu.Sʒ redeũdo ad ꝓpoſitum pro
p̃ſenti textu nõ facimus differẽtiaʒ inter erubeſcẽtiaʒ ⁊
verecũdiam,⁊ iter erubeſcere ⁊ verecundari, quia fuſe
hęc accipimus.

¶Sit igitur verecũdia dolor ꝗdam,atq; ꝑ/
turbatio ex malis,aut p̃ſentibus,aut p̃terit̃,
aut futuris,quę infamiam inferant.

¶Verecundia ęmula timoris eſt,atq; vernacula(vt di/
ctũ eſt,)vterq; enim dolor ⁊ ꝑturbatio ex imaginatiõe
mali ꝓficiſcitur.Verũ timor ex imaginatiõe futuri ma/
li corporis corruptiui,verecũdia ex imaginatione p̃te/
riti, vel futuri,vel pręſentis mali corruptiui famę, atq;
honoris:quã honoris glorięq; corruptionẽ viri glorioſi
lõge maiorem eẽ exiſtimarũt q̃ꝫ quę corporis eſt. Qua/
re recte dicit Ariſt.definiens verecundiã,⌊ſit igit̃ vere/
cũdia dolor ꝗdam,atq; ꝑturbatio ex malis, aut p̃ſenti/
bus,aut p̃teritis,aut futuris⌋.i.ex imaginatione malo/
rum,aut p̃ſentiuʒ,aut p̃teritoꝝ,aut futuroꝝ,⌊quę infa/
miã inferant,⌋⁊ honorem,ac gloriam corrumpant.Di/
citur autem verecundia gręce αισχυνη, quę ⁊ erube/
ſcentia,⁊ pudor interp̃tari põt:de quibus poſtea.

¶Inuerecundia ꝟo contemptus quidã co/
rum,atq; impaſſibilitas.

¶ Nunc definit inuerecundiam, ꝛ dicit.[Inuerecundia ꝟo eſt contẽptus quidam eoꝝ] .ſ. maloꝛũ, quę infamiã inducunt, [atq; impaſſibilitas] q̃dam .ſ. eoꝛũdam malorũ. Inuerecũdia gręce eſt ἀναισχυντία, quę etiaꝫ inerubeſcentia, atq; impudentia dici poteſt: de quibꝰ poſtea. nunc ſatis eſt explicaſſe quid ipſa ſit.

¶ Si itaq; verecũdia eſt, quę definita eſt, neceſſe eſt in ĳs malis qdeꝫ erubeſcere, q̃ vĩr turpia eẽ ipſi, vel ĳs, qui ſibi curę ſunt.

¶ Ex definitione verecũdię cõcludit ea, in qbus erubeſcimus generatim: ꝛ dicit.[Si itaq; verecũdia eſt: quę definita eſt,] hoc eſt, vt definiuimus, [neceſſe eſt in ĳs malis qdeꝫ erubeſcere, quę videnẽ turpia eẽ] aut ꝟbis, aut factis [ipſi,] qui erubeſcit, [vel ĳs] .ſ. filĳs, ꝓpinqs, vel amicis, [qui ſibi curę ſunt.] Hęc generatiꝫ de ĳs, in quibus homines verecundantur.

¶ Hmõi autẽ ſunt, quę a vitio opanẽ, vt ſcutum amittere, aut fugere, qm̃ e mętu.

¶ Speciatim ꝟo enumerat hęc mala, aſſerẽs eſſe, quęcũqꝫ a vitio, ab inexperiẽtia, a facultate, ac a vi proficiſcũtur. Et ṗmo enumerat, quę ꝓficiſcũtur a vitio, qđ eſt virtuti ꝯ̃riũ, ꝛ aſſignat ṗmum locũ: ꝛ dicit.[Hꝯ auteꝫ ſunt, quę] hoĩes ipſi [operanẽ a vitio, vt ſcutum amittere,] ſiue auertere, [aut fugere,] qꝺ autẽ hęc ꝓficiſcãtur a vitio, probat: ꝛ dicit.[Quoniam e mętu] ꝓficiſcuntur, qui eſt vitium contrarium foꝛtitudini.

¶ Et negare depoſitũ. qm̃ ex iniuſtitia eſt.

¶ Aſſignat 2m locũ: ꝛ dicit.[Et negare depoſitum] ꝓficiſcitur etiã a vitio: qđ eſt ꝯ̃riuꝫ virtuti, [qm̃ ex iniuſtitia eſt.] etiaꝫ ab illiberalitate: quę ſunt vitia ꝯ̃ria virtutibꝰ.

¶ Et cõmiſcere ſe qbus non opoꝛtet, vel vbi non opoꝛtet, vel quando non opoꝛtet, quoniam ex libidine.

libidine
ἀκολασία
intemperãtia

¶ Aſſignat 3m locum. ꝛ dicit.[Et] ſubaudi ꝓficiſciẽ a vitio [cõmiſcere ſe qbus nõ opꝫ,] vt cum matre: [vel vbi non opꝫ,] vt in ſacris tẽplis deo dicatis, vel in publicis locis, vt belue faciũt, [vel quãdo non opꝫ] vt tempoꝛe, quo hõ ęgrotat, vel aliud magis pręmit. Et aſſignat rõnem: ꝛ dicit.[qm̃] ſubaudi vitiuꝫ eſt, [qđ ex libidine] ꝓficiſcitur, quę eſt contraria temperantię.

¶ Et lucra ex paruis aſſequi, aut a turpibus, aut ab impotentibus, veluti a pauperibus, vel defunctis. Unde pꝛouerbiuꝫ quoq; eſt, vel moꝛtuo auferet. quoniam ab auaritia, ꝛ illiberalitate.

¶ Aſſignat 4m locum: ꝛ dicit.[Et] .ſ. ꝓficiſcitur a vitio. [lucra aſſequi ex paruis,] vt expoliare pauperes. [aut a turpibus,] vt expoliare moꝛtuos, [aut ab impotẽtibꝰ] vt expoliare infirmos. tñ Ariſt. ſubiũgit exempla ṗmoruꝫ duoꝝ: ꝛ dicit, dico a paruis, [veluti a pauperibꝰ] dico a turpibus, veluti [aut defunctis,] ꝓbat aũt hoc ꝑ ꝓuerbiũ, qđ dici ſolet de auaris, ꝛ dicit.[Unde ꝓuerbiuꝫ quoq; eſt,] καν ἀπονε κρου φέρειν. i.[vel moꝛtuum ferre] .i. videẽ adeo auarus, vt moꝛtuos expoliaret. cãꝫ autẽ quare hęc ꝓficiſcanẽ a vitio, exponit, ꝛ dicit, quoniam ſubaudi illa tria ꝓficiſcuntur [ab auaritia, ꝛ illiberalitate,] quę ſunt vitia contraria liberalitati, adeſt etiã cum tribus his iniuſtitia.

¶ Et nõ opitulari pecunĳs, cum poſſis, aut minus opitulari.

¶ Aſſignat 5m locum: ꝛ dicit.[Et] ꝓficiſcitur a vitio illiberalitatis [non opitulari] amicis [in pecunĳs,] vel qbus debes, [cum poſſis, aut minus opitulari] ſubaudi q̃ꝫ poſſis amicis, vel quibus debes.

¶ Et iuuari ab ĳs, qbꝰ minoꝛ facultas eſt.

¶ Aſſignat 6m locũ: ꝛ dicit.[Et] ſubaudi pꝛoficiſcitur a vitio illiberalitatis [iuuari ab ĳs, quibꝰ minoꝛ] .ſ. in pecunĳs [facultas eſt,] imo contra deberet facere. Rationabilius enim eſt pauperes habere a diuitibus, q̃ꝫ diuites a pauperibus.

¶ Et mutuũ accipere, cũ petere videtur.

¶ Aſſignat 7m locum: ꝛ dicit.[Et] ſubaudi pꝛoficiſcitur a vitio illiberalitatis [mutuũ accipere,] ab eo, cui pecuniam mutuaſti, [cum] ille ꝓpter neceſſitateꝫ adhuc [petere videẽ] mutuum aliud a te. Nimis eni illiberale eſt in tẽpoꝛe in quo qs petit a nobis auxilium vlteriꝰ, velle accipere mutuum, ſi quid ei mutuauimus.

¶ Et petere, cum exigere.

exigere
ἀπαιτεῖν
repetere.

¶ Aſſignat 8m locum: ꝛ dicit.[Et] ſubaudi pꝛoficiſciẽ a vitio illiberalitatis [petere] .i. vlterius mutuũ q̃rere ab amico [cum] ille vult: [exigere] mutuũ, qđ pꝛius mutuauerat. Ualde eni illiberale iudicabiẽ eo tempoꝛe petere vt mutuet aliquid, quando ille a nobis exigere vult, quod nobis pꝛius mutuauerat.

¶ Et exigere, cum petere.

¶ Aſſignat 9m locũ: ꝛ dicit.[Et] ſubaudi ab illiberalitatis vitio ꝓficiſcitur velle [exigere] ab amico mutuũ pꝛius ei factum, [cũ petere] .i. quando ille rurſus de nouo ꝑꝑ neceſſitatẽ vult [petere] aliud mutuum. Nec differt hic nonus locus a 7o, ſed eſt poſitus ab Ariſt. per ꝯ̃põnem octaui loci: vt clariꝰ oẽs intelligantur. tamẽ quę dicit in his tribus vltimis locis, duo ſunt .ſ. eẽ illiberale petere ab amico mutuum, quando ille repetit, ꝛ repetere mutuum ab amico, quãdo ille vult petere.

¶ Et laudare, vt videaris petere, etiam ſi repulſus nihil minus ſis. Nam illa omnia illiberalitatis indicia ſunt. Pręſentem auteꝫ laudare, adulationis.

¶ Aſſignat 10m locum: ꝛ dicit.[Et laudare] .ſ. ṗncipẽ vel diuiteꝫ, [vt videaris] ab eo [petere,] ꝛ accipere pecuniã [etiã ſi repulſus nihil minus ſis] ſubaudi turpiſſimũ ẽ. Et aſſignat rõnem oium, quę dixerat: ꝛ dicit.[Naꝫ illa omnia] .ſ. 7ꝰ 8ꝰ ꝛ 9ꝰ locus. [illiberalitatis indicia ſunt, pręſentem autẽ laudare,] vt eſt 10ꝰ locus, eſt indicium [adulationis.] Adulatoꝛes eniꝫ laudant, vt a pꝛincipibus pecuniam extirpent.

¶ Et bona qdem ſuperlaudare, pꝛaua auteꝫ delinire, ꝛ vehemẽtius cõdolere dolẽti, cętera q; hmõi. Nã adulationis ſunt ſigna.

¶ Aſſignat 11m locum: ꝛ dicit.[Et bona qdem] alicuius ṗncipis [ſuꝑlaudare] .ſ. magis q̃ꝫ ſint laude digna. [pꝛaua autẽ delinire] .i. excuſare, [ꝛ vehemẽtius condolere dolenti] ꝛ ſubaudi congaudere gaudenti, [cętera q; hꝯ] vt dicere ſe ſudare, ſi ęſtuat, ꝛ id genus, oia hęc ſunt turpiſſima, cuius rõnẽ aſſignat: ꝛ dicit.[Naꝫ] oia hęc ſunt [adulatiõis ſigna.] Adulatio aũt vitiũ ẽ ꝯ̃ affabilitatẽ.

¶ Et non perferre laboꝛes, quos aut ſenioꝛes, aut q in delitĳs viuunt, aut maioꝛe ſunt in poteſtate, aut omnino imbecillioꝛes. Nã hęc omnia mollitiei ſunt ſigna.

¶ Aſſignat 12m locum: ꝛ dicit.[Et nõ perferre laboꝛes] cuiuſcũq; generis ex ꝑte coꝛpoꝛis, [quos aut ſenioꝛes,

aut qui

aut qui in delitijs viuũt,aut]qui[maiore ſunt in poteſtate,aut oĩno imbecilliores]pferũt,turpe eſt,cuius rõnem affert:⁊ dicit.[Nã hęc omnia mollitiei ſunt ſigna] mollities autem vitium eſt contra continentiam.

¶ Et ab alio beneficia ſuſcipe,⁊ ſępius.

¶ Aſſignat 13^{m} locum,⁊ dicit.[Et ab alio beneficia ſuſcipere,⁊ ſępius,]eſt turpe,quia ſemper qui beneficia ſuſcipit,eſt inferior.

¶ Et quę bñfecit,exprobrare.Hęc enim oĩa puſillanimitatis,atq₃ deiectiõis ſigna ſunt.

¶ Aſſignat 14^{m} locũ:⁊ dicit.[Et q̃ bñfecit,exprobrare] eſt turpe,⁊ pudore dignũ,[nã hęc oĩa].ſ.pñs loc⁹,⁊ primus,⁊ alia id gen⁹[puſillanimitatis,atq₃ diectiõis ſigª ſũt.]puſillanimitas aũt vitiũ eſt ꝯ magnanimitatẽ.

¶ Et de ſe dicere,ac polliceri.

¶ Aſſignat 15^{m} locũ:⁊ dicit.[Et de ſe dicere].ſ.multa,[⁊ polliceri]ẽt multa,turpe eſt,ac erubeſcẽtię dignum.

¶ Et aliena ſua eẽ p̃dicare. Arrogãtis eni.

¶ Aſſignat 16^{m},⁊ dič.[Et aliena].ſ.opa vel labores, vel res geſtas,vel factas[ſua eẽ p̃dicare,]ẽt turpia ſunt,cuius rõnẽ aſſignat,⁊ dič.[Nã]hęc.oĩa ſunt vitia[arrogãtis.]arrogãtia autẽ vitium eſt cõtra magnanimitatẽ.

¶ Eodẽq₃ modo in cęteris moꝝ vitijs,opera,ſigna,comparia. Nam turpia ſunt/ ⁊ effectiua verecundię.

¶ Deide reddit locũ vl'em in oĩb⁹ vitijs:⁊ dič.[Eodẽq₃ mõ in cęteris moꝝ vitijs,]opera.ſ.vitioꝝ, [ſigna].ſ.vitioꝝ,[cõparia,]q̃ vitijs ęquiualẽt,oĩa hęc turpia ſunt, cuius rationem affert,⁊ dicit.[Naʒ]hęc omnia[turpia ſunt,⁊ effectiua verecundię.]

¶ Ad hęc eorum bonoꝝ eſſe exptem,de quibus oẽs,aut pares oẽs,aut plurimi participant. Pares ꝟo dico eiuſdeʒ gentis,ciuitatis,ętatis,ꝓpinquitatis,⁊ vl'iter in ęq̃litate conſtitutos. Turpe eniʒ eſt nõ participare, diſciplina aliquatenus,alijſq₃ ſil'r. Hęc autẽ oĩa magis,ſi eoꝝ in cauſa ſit ipſe vel p̃teritorum,vel p̃ſentium,vel futurorum.

¶ Hęc de locis a vitijs,de loco aũt ab inexperiẽtia dič.[Ad hęc]turpe eſt,⁊ ignominioſuʒ[eoꝝ bonoꝝ eẽ exptẽʒ,de qb⁹ oẽs,aut pares oẽs,aut plurimi pticipant.] Deide exponit pares,⁊ dič.[Pares ꝟo dico eiuſdẽ gẽtis]vt ſũt oẽs latini,[ciuitat̃]oẽs romani,[ętat̃]oẽs iuuenes,[ꝓpingtat̃].ſ.ſcipiões,vel lẽtuli,[⁊ vl'r i ęq̃litate ꝯſtitutos].ſ.quo ad dignitatẽ.exponit deiceps de q̃bus:⁊ dič.[Turpe eni eſt]eos tales[nõ pticipare,vt diſciplia aliq̃ten⁹ alijſq₃ ſil'r,]qb⁹ ſui pares pticipãt.addit qñ eſt turpi⁹:⁊ dič.[Hęc aũt oĩa magis].ſ.ſũt turpia,[ſi eoꝝ in cã ſit ipſe]eoꝝ dico.ſ.maloꝝ atq₃ turpiũ [p̃teritoꝝ vl' pñtiũ,vel futuroꝝ.] Hęc ab inexperiẽtia.

¶ Et patientes,aut paſſi,aut paſſuri q̃cunq₃ in ignominiam,atq₃ obprobrium ducunt, erubeſcunt.

¶ Nũc aſſignat locũ a vi,⁊ dicit.[Et patiẽtes, aut paſſi, aut paſſuri,q̃cũq₃ in ignominiam,atq₃ obprobrium ducunt,erubeſcũt,]potiſſimũ ſi ipſis non ꝯuenerint.

¶ Sunt autẽ hęc,quęcũq₃ adminiſteria,vel corporis,vel operum turpium ſunt:de quibus eſt contumeliaʒ pati,⁊ quę q̃dem ad libidineʒ,tã voluntaria,q̃₃ inuolũtaria. Quę ꝟo ad vim, inuolũtaria. Effeminatiõis eni eſt atq₃ ſeruilitatis perferre,⁊ non defendere. Ea igitur in quibus erubeſcimus,hęc, ⁊ huiuſmodi ſunt.

¶ Exponit ea,q̃ referunt̃ ad ignominiam,⁊ ad obprobriũ:⁊ dič.[Sũt aũt hęc q̃cunq₃ ad miniſteria vel corporis,]vt lenociniũ,macellũ,carnificiũ, et cętera vilia ſeruitia,q̃ explent̃ ꝑ corp⁹,[vl' opeꝝ turpiũ ſũt,de qb⁹ eſt ꝯtumeliã pati,⁊]inter turpia opa ſunt ẽt,q̃ [q̃dẽ ſũt ad libidinẽ,tã volũtaria,q̃₃ iuolũtaria.]nã in reb⁹ libidinis tã volẽtes,q̃₃ inuiti ſi ignominiã patimur:eſt turpe.vt ſi aliq̃s volẽs pateret̃ vxorẽ venire in adulteriũ: in ignominiã ꝓficiſceret̃.Etiã ſi inuitus aliq̃s hr̃et vxoreʒ adulterã,etiã ad ignominiaʒ ꝓficiſceret̃.Sic igitur quãtũ ad libidinẽ opa turpia ſunt pudore digna tã volũtaria,q̃₃ inuolũtaria.[Quę ꝟo ad vim].ſ.ſunt opera turpia,oĩa ſunt[iuolũtaria]turpia.Aſſignat rõnẽ ⁊ probat hęc oĩa quouis mõ eẽ turpia:⁊ dicit.[Effeminationis eni eſt,atq₃ ſeruilitatis ꝑferre]iniurias,[⁊ nõ defendere.]Quare q̃ ꝓfert iniurias tã volens,q̃₃ iuitus ignominiã patit̃,tũc epilogat:⁊ dicit.[Ea igit̃ in qb⁹ erubeſcimus hęc,⁊ hꝫ ſunt.]Quo ꝟo ad ea,quę dicta ſunt de turpibus ſm libidinẽ,dr̃iam nõ ignorabis. Naʒ turpia in rebus libidinis volũtaria,ſunt turpia ad rẽ ipſam,⁊ ad opinionẽ vulgi. Turpia aũt inuolũtaria ſunt turpia non ad rem ipſam,ſed ad opinionẽ vulgi.nihil eni põt dici ſimpl'r turpe alicui,qđ ille ſciẽs nũq̃₃ pateret̃.

¶ Quoniã autẽ verecũdia imaginatio eſt de ignominia, ⁊ de hac ſui gratia, ⁊ non euenientium,nemoq₃ de gloria curat,niſi ꝑꝑ opinantes, eos verecundari neceſſe eſt, quos multifaciunt.

¶ Aſſignat locũ 12^m, ⁊ dicit. [Et] eoꝝ, [quorum partes] ſunt [poſ̃es, ⁊ totũ eſt poſſibile.] deide aſſignat. 13. huic ꝯuerſum, ⁊ dicit [et] eoꝝ [quoꝝ totum] eſt [poſ̃e, partes quoqꝫ, vtplurimũ] ſunt poſ̃es. aſſignat exẽpla, ⁊ primo aſſignat exẽplũ primi, ⁊ dicit, [ſi eniꝫ ꝑtexta, caputium, ⁊ tunica,] quę partes ſunt totius veſtis, [fieri pñt indumentuꝫ quoqꝫ,] qđ eſt tota veſtis, [fieri põt.] hoc eſt exẽplũ. 12. loci, aſſignat exẽplũ. 13. loci huic conuerſi, ⁊ dicit, [⁊ ſi indumentũ,] qđ eſt tota veſtis, eſt poſ̃e, [etiaꝫ ⁊ ꝑtexta, ⁊ caputiũ, ⁊ tunica,] quę ſunt partes totius indumẽti poſſibiles erunt. poſſet hic videri, ꝑtexta, ⁊ tunica, ⁊ caputiũ quę partes indumẽti ſunt, ſed non eſt ad rem, ſatis eniꝫ eſt, vt Ariſto. ea velit eſſe partes, indumentuꝫ ꝟo totũ. ⁊ cum dixit [vtplurimũ,] reſpexit ad materiã ⁊ formã, quę licet ſimul fieri poſſint, ſeorſum nunquaꝫ.

¶ Et ſi vniuerſum genus eſt ex poſſibilibus fieri, ⁊ ſpẽs. ⁊ ſi ſpẽs, genus etiaꝫ. vt ſi nauẽ fieri poſſibile eſt, triremem etiam, ⁊ ſi triremem, nauem quocꝫ.

¶ Aſſignat 14^m locũ, ⁊ dicit. [Et ſi vniuerſuꝫ genus ẽ ex poſſibilibus fieri, ⁊ ſpẽs] ſubaudi erit ex poſſibilibus fieri, deinde aſſignat 15^m locũ, ⁊ dicit, [⁊ ſi ſpẽs] .ſ. eſt ex poſſibilibus, [genus ẽt] erit ex poſſibilib⁹, aſſignat exẽpla, ⁊ dicit, [vt ſi nauẽ fieri poſ̃e eſt,] quę eſt genus, [triremẽ etiã] fieri poſſibile erit: quę ſpẽs nauis eſt. [⁊ ſi triremẽ] fieri poſſibile eſt, [naueꝫ quoqꝫ] poſ̃e eſt fieri.

¶ Et ſi alteruꝫ eoꝝ, quę nata ſunt ad inuicem referri, ⁊ alterum. vt ſi duplũ, ⁊ dimidium, ⁊ ſi dimidium, duplum quocꝫ.

¶ Nunc aſſignat 16^m locũ, ⁊ dicit. [Et ſi alteruꝫ eoꝝ, quę nata ſunt adinuicẽ referri] .i. ⁊ ſi vnum correlatiuoꝝ eſt poſ̃e, ⁊ alteꝝ, [vt ſi duplũ] eſt poſ̃e, [⁊ dimidiũ] eſt poſſibile. ꝑ exẽplũ ꝟo induit 17^m locũ, ⁊ dicit, [et] .ſ. ecõuerſo, [ſi dimidiũ] eſt poſ̃e, [duplum quoqꝫ] eſt poſ̃e.

¶ Et ſi abſcꝫ arte ac ꝑparatione poſſibile eſt fieri aliqđ, id multo magis arte ac cura fieri poſ̃e eſt. hinc quocꝫ apud Agathonem dictũ eſt. atqui quę vos fortuna facitis, hęc nobis arte neceſſitatecꝫ fiunt.

¶ Aſſignat 18^m locũ, ⁊ dicit. [Et ſi abſqꝫ arte ⁊ ꝑparatione poſ̃e eſt fieri aliqđ, id multo magis arte, ac cura poſ̃e eſt fieri,] nã illud difficilius, hꝫ facili⁹ eſt. verbi cã, ſi poſſibile eſt debellare vrbẽ abſqꝫ arte, ⁊ cura, multo magis poterimus eaꝫ, ⁊ facilius debellare cura ⁊ arte. hoc probat authoritate Agathonis, ⁊ dicit, [hinc quoqꝫ apud Agathonẽ dictum eſt,] και μην, τα μεν γε τη τυχη πρασειν, τα δ᾽ημιν αναγκη και τυχη προσγινεται, ideſt atqui q̃ vos fortuna facitis, hęc nobis arte, neceſſitateqꝫ fiunt. at quę fiũt fortuna, fiunt ſine arte atqꝫ ꝑparatione, ⁊ fiunt, ergo multo facilius eadẽ agere poterimus arte atqꝫ pręparatione.

¶ Et qđ peioribus, aut minorib⁹ aut imprudentioribus poſſibile eſt, id cõtrarijs boruꝫ multo magis, vt Iſocrates dixit, graue eſſe, ſi qđ Euthymus didicit, vt ipſe non poſſit inuenire. de impoſſibilibus autem palã, qm̃ ex contrarijs horum ſunt.

¶ Aſſignat 19^m locũ, ⁊ dicit. [Et qđ peioribus, aut minoribus, aut imprudẽtioribus eſt poſ̃e, id ꝯrijs horum] .ſ. meliorib⁹, aut maiorib⁹, aut prudẽtioribus [multo magis] ſubaudi erit poſ̃e. probat hoc ꝑ dictum Iſocratis, ⁊ dicit, [vt Iſocrates dixit, graue eſſe ſi qđ Euthymus didicit] qui minor eſt, peior, ac imprudẽtior, [vt ipſe] .ſ. q maior, melior, ac prudentior eſt, [nõ poſſit inuenire] ac diſcere. qꝛ ꝟo de impoſ̃ibus loca non poſuit, dicit, [de impoſ̃ibus auteꝫ palam, qm̃ ex] locis [cõtrarijs horum ſunt] ſcilicet cognoſcibilia.

¶ DE FACTO VEL NON FACTO.

¶ Si ꝟo factũ aut non factũ ſit, ex hiſce conſiderandũ. primũ ſi qđ minus fieri aptũ eſt,

factū eſt, ⁊ qđ magis aptū ē, factū erit vtiq;.

¶ Cum dixiſſet de poſſi, ⁊ impoſſi, nunc proponit dicere de facto, vel non facto, ⁊ dicit. [Si vero factum, aut non factuʒ ſit ex hiſce] locis dicēdis [conſiderandum:] quorum primum affert, ⁊ dicit. [primū ſi quod minus fieri aptum eſt, factum eſt, ⁊ qđ magis aptū eſt] fieri, [factuʒ erit vtiq;.] vt ſi homicidiū minus aptuʒ fieri ſit, ⁊ factū eſt, adulteriū, qđ magis aptū eſt fieri, factum erit. ⁊ ſi factis offecit, verbis longe magis offeciſſe videt̃. nam factis officere minus aptum eſt fieri.

¶ Et ſi qđ poſterius fieri ſolet, factum eſt, ⁊ qđ prius eſt, factum eſt: vt ſi oblitus eſt, didicit quoq; aliquando.

¶ Aſſignat ſcđm locum, ⁊ dicit. [Et ſi qđ poſterius fieri ſolet, factū eſt, ⁊ qđ prius eſt, factuʒ erit, vt ſi oblitus eſt, didicit quoq; aliqñ.] non enim obliuiſci aliquis poteſt, niſi quę prius didicerit.

¶ Et ſi volebat, ⁊ poterat, fecit. nā oēs potentes, cū volūt, agūt. Impedimentū eni nullū.

¶ Aſſignat tertiū locuʒ, ⁊ dicit. [Et ſi volebat, ⁊ poterat, fecit,] ⁊ aſſignat cām, ⁊ dicit, [nam oēs potentes, cuʒ volunt, agunt.] dico potētes, qui tollere poſſunt omne impedimētū, ⁊ exterius, ⁊ interius. ꝓpea dicit, [īpedimētuʒ enim nullum] ſubaudi eſt, vbi eſt potentia apta tollere omne impedimentum.

¶ Et ſi volebat, ⁊ eoꝝ, quę extrinſecus ſunt, nihil prohibebat.

¶ Aſſignat locū quartū, ⁊ dicit. [⁊ ſi volebat, ⁊ eoꝝ] .ſ. impedimētoꝝ, [q̄ extrinſecus ſunt, nihil ꝓhibebat.] nā ex eo q: volebat, oē īpedimētū interius tollit̃. Et licet non poſſit tollere oē impedimētū exterius, tñ ſi nullum exterius impedimentū eſt, poteſt, quare ſi volebat, ⁊ eoruʒ, quę exterius ſunt, nihil prohibebat, oīno factum eſt. q: ſic volebat, ⁊ poterat.

¶ Et ſi poterat, ⁊ iratus erat.

¶ Aſſignat locū quintū, ⁊ dicit. [Et ſi poterat] ſic vt tollere poſſit oē impedimētū, [⁊ iratus erat] ꝯtra, ergo factū eſt, q: nullus iraſcit̃ ꝯ aliquē, quin velit ꝯ eum agere ad vltionem. omnis enim iratus vult, non autē contra.

¶ Et ſi poterat, ⁊ cupiebat. nam quę cupiūt, ea, vtplurimū, ſi poſſunt, efficiūt, praui qdeʒ ex incōtinētia, probi vero. q: ꝓba deſiderant.

¶ Aſſignat locuʒ 6m, ⁊ dicit. [Et ſi poterat, ⁊ cupiebat] .ſ. facere. ergo factū eſt, nā ſi poterat, nullū impedimentuʒ obeē poterit. [⁊ ſi cupiebat,] volebat, ergo fecit. ⁊ qm̃ cupere attinet ad appetitū ſenſitiuū, ⁊ velle ad appetitum intellectiuū, iō non ſemꝑ q cupit, vult. ⁊ ꝓpea addit, [nā quę cupiūt, ea, vtplurimū ſi pñt, efficiūt praui quidem] ⁊ improbi [ex incōtinentia, probi vero, q: proba deſiderāt.] dixit aūt [vtplurimū,] qm̃ appetitu ſenſitiuo aliqñ cupimus. ⁊ tñ voluntate nolumus. q: vero plerūq; hoīes ſequunt̃ ſenſualē appetitū, ideo dixit, [vtplurimum.]

¶ Et ſi facturus erat, ⁊ fecit. ꝓbabile eniʒ feciſſe ipſum, quod facturus erat.

¶ Aſſignat locuʒ 7m, ⁊ dicit. [Et ſi facturus erat, ⁊ fecit] igit̃. ſed qm̃ hic locus nō eſt neceſſarius: addit, [ꝓbabile enim feciſſe ipſum, qđ facturus erat.] dico [probabile,] qm̃ non neceſſario qđ quis eſt facturus hinc ad annum, faciet quare non neceſſario quod quis erat facturus, ipſum feciſſe.

¶ Et ſi facta ſunt, quęcūq; apta ſunt ante aliquid fieri, aut illius gratia: vt ſi coruſcauit, ⁊ tonuit. ⁊ ſi attentauit, ⁊ fecit.

¶ Aſſignat locū octauū etiā probabileʒ, ⁊ dicit. [Et ſi facta ſunt, quęcunq; apta ſunt ante aliquid fieri, aut illius gr̃a:] ꝯcludere ꝓbabiliter poterimus id factū eſſe. [vt ſi coruſcauit] qđ aptū eſt fieri ante tonitruuʒ, [et] ergo [tonuit, ⁊ ſi attētauit,] qđ aptū eſt fieri ante factuʒ [et] ergo [fecit.] eſt aūt locus iſte in volūtarijs ꝓbabilis, in nālibus aūt neceſſarius, qm̃ in nālibus, cuʒ adſunt oēs p̃parationes, mox forma fit. In volūtarijs aūt licet oēs pręparationes adhibeantur, tamē nō neceſſario fiet.

¶ Et ſi quęcūq; poſterius apta fuerant fieri, aut id, cuius gr̃a fiunt, factū eſt, prius quoq; ⁊ id, qđ eſt gr̃a huius, ante hoc factuʒ eſt. vt ſi tonuit ⁊ coruſcauit, ⁊ ſi fecit ēt attētauit.

¶ Aſſignauit locū nonuʒ, ⁊ dicit. [Et ſi quęcūq; poſteriꝰ apta fuerant fieri, aut id, cuius gratia fiunt, fcm̃ eſt, ⁊ id quoq; qđ gr̃a huius eſt, prius ante hoc factū eſt, vt ſi tonuit ⁊] ergo antea [coruſcauit, ⁊ ſi fecit, etiaʒ attentauit.] animaduerte in gręcis verbis noſtri codicis repiri verba ſuperflua, tamē in alio correpto codice ita ad verbū legitur, vt trāſtulimus.

¶ Horum autē oīuʒ alia neceſſaria ſunt, alia, vtplurimū ita ſe habēt. ex cōtrarijs aūt iſtorum patet ſi factum non ſit.

¶ Aſſignat drīaʒ inter hęc loca, ⁊ dicit. [horum autem] ſ. locoꝝ [oium alia neceſſaria ſunt] vt viſum eſt, [alia vt plurimum ita ſe hñt,] hoc eſt alia ꝓbabilia. deinde oſtēdit loca eius, qđ nō eſt factū, ⁊ dicit, [ex contrarijs autē iſtorum] locoꝝ [patet ſi factum non ſit.]

¶ DE FVTVRO.

¶ De futuro quoq; manifeſtū ex eiſdeʒ eſt. qđ nāq; in poteſtate, ⁊ volūtate eſt, erit.

¶ Cū aſſignaſſet loca eius, qđ factū eſt, nunc aſſignat loca eius, qđ eſt futuruʒ, ⁊ primo ꝓponit id, qđ intendit, ⁊ dicit. [De futuro quoq; manifeſtū eſt ex eiſdem] locis, quibus manifeſtū eſt id, qđ factuʒ eſt: mutatis tñ de p̃terito in futurū noībus, atq; verbis. deinde affert primū locū, ⁊ dicit, [qđ nāq; in voluntate, ⁊ poteſtate] ſubaudi alicuius eſt, illud [erit.]

¶ Et quod in cupiditate, ⁊ ira, ⁊ cogitatione eſt, ſimul cum poteſtate propter eadem.

¶ Nunc affert ſcđm locū, factū tñ ex pluribus locis eorum, q̄ dicta ſunt de ipſo facto, ⁊ dicit. [Et qđ in cupiditate, ⁊ ira, ⁊ cogitatione eſt, ſimul cū poteſtate,] hoc erit [ꝓpter eadē] .ſ. loca quę dicta ſunt de ipſo facto. verbū autē [cogitatione,] qđ gręce eſt λογισμω, hic addit̃ ad maiorem declarationē, ſuperius tamen non eſt additū: quoniam non erat neceſſarium.

¶ Et qđ eſt in appetitione faciendi vel cura: id erit. nam, vtplurimuʒ fiunt, magis quę curę ſunt, q̄ quę non ſunt.

¶ Aſſignat tertiuʒ locum, quē de ipſo facto non aſſignauit, ⁊ dicit. [Et qđ eſt in appetitione faciendi vel cura,] vt fiat, [id erit,] aſſignat rationeʒ, ⁊ dicit, [nam vtplurimum fiunt magis quę curę ſunt, q̄ quę non ſunt,] per q̄ dedit intelligere locum eſſe probabilem, ⁊ non neceſſariuʒ. conueniunt autē hę tres conſiderationes, quia omnes reſpiciunt cauſam efficientem.

¶ Et ſi iam facta ſunt, q̄ prius fieri apta ſunt.

vt ſi nubes cōdēſent, veriſimile eſt, vt pluat.

¶ Aſſignat quartū locū, ⁊ dicit. [Et ſi iaʒ facta ſunt, ea, quę prius fieri apta ſunt,] nam ita eſt, illud erit. [vt ſi nubes condēſent, veriſimile eſt, vt pluat.] nam nubiuʒ cōdēſatio eſt diſpō pręambula ad pluuiaʒ. differt aūt hęc conſideratio a prioribus, qr hęc reſpicit cauſam diſponētem. priores autem cauſam efficientem.

¶ Et ſi qđ gratia alicuius fit, factū eſt, veriſimile eſt, vt id quoqʒ fiat. vt ſi fundamentuʒ, ⁊ domus.

¶ Aſſignat tertiuʒ locum a cauſa finali, ⁊ dicit. [Et ſi qđ gratia alicuius fit, factū eſt, id] ſubaudi cuius gratia fit, [veriſimile quoqʒ eſt, vt fiat, vt ſi fundamentuʒ] factuʒ eſt, qđ eſt gratia domus, [et domus,] ſubaudi veriſimile eſt, vt fiat.

¶ DE AMPLIFICATIONE ET EXTENVATIONE.

¶ De amplificatione autem ac extenuatione rerū, deqʒ maiore atqʒ minore, omninoqʒ de magnis ⁊ paruis, ex ijs, quę dicta ſunt a nobis, manifeſtū. dictuʒ eſt enim in deliberatiuis ⁊ de bonorū magnitudine, ⁊ de maiore ſimpliciter atqʒ minore.

¶ Nūc de amplificatione atqʒ extenuatione, dicit. [De amplificatione autē ⁊ extenuatione reruʒ, deqʒ maiore atqʒ minore, oīnoqʒ de magnis ⁊ paruis,] qbus fit amplificatio atqʒ extenuatio, [ex ijs, quę dicta ſunt a nobis] libro pmo, [manifeſtum] eſt. [dictū eſt eniʒ in deliberatiuis ⁊ de bonorū magnitudine, ⁊ de maiore ſimpliciter, atqʒ minore:] p q̄ (vt diximus) fiūt amplificatio, ⁊ extenuatio. ergo non oportet vlterius dicere.

¶ Quare cum in vnoquoqʒ dicendi genere bonū ſit finis, vtputa vtile, honeſtū, ac iuſtū, perſpicuū omnibus eſt, horuʒ amplificationes eſſe ſumendas. Querere vo pręter hęc quicquā de magnitudine ſimplr, ac exceſſu, id verba incaſſum effundere eſt. Singularia eniʒ ad vſum pſtantiora vlibus ſunt. Ac de impoſſi quidem ⁊ poſſi, ⁊ factum ne ſit an non, ⁊ erit an non erit, inſuper de amplificatione ⁊ extenuatione reruʒ, hęc dicta ſint.

¶ Videt̄ aſſignare rationē quare ſuperfluū ſit dicere de amplificatione, ⁊ extenuatione, ⁊ dicit. [Quare cum in vnoquoqʒ dicendi genere bonuʒ ſit finis, vtputa vtile] in genere deliberatiuo, [honeſtū] in genere demonſtratiuo, [ac iuſtum] in genere iudiciali, [perſpicuuʒ omnibus eſt, horum] trium bonorū [amplificationes eſſe ſumendas] ſubaudi ⁊ extenuationes, ⁊ ſic non oportet generatim agere de amplificatione ⁊ extenuatio, quia ſpeciatim agere de amplificatione ⁊ extenuatione illorum triuʒ bonorū ſatis eſt. ppterea ſubdit, [quęrere vo pter hęc quicqʒ de magnitudine ſimplr ac exceſſu] i. quęrere vo amplificationē ⁊ extenuationem cōes pter illas applicatas illis tribus bonis, [id verba incaſſum effundere eſt,] cuius cām aſſignat, ⁊ dicit, [ſingularia eniʒ] ideſt extenuationes, ⁊ amplificationes particulares particularibus bonis applicatę [ad vſum] rhetoricorū [pręſtantiora vlibus ſunt.] vlibus dico amplificationibus atqʒ extenuationib⁹ ſm ſe acceptis. Animaduerte tn̄ tu Ariſto. non negāt cōem amplificationē ⁊ extenuationē omnibus generibus dicendi, ſed vult quęcūqʒ dici pnt de cōibus amplificatione, ⁊ extenuatione eſſe dicta, cū dicebat̄ de illis trib⁹ bonis. ⁊ ppea eſſe vanū dicere aſſerit de illis cōibus ſeorſuʒ. nō ſic aūt eſt de alijs cōibus. ſ. de poſſi, ⁊ alijs, qm̄ de eis nō eſt dictū ſufficienter tunc, cuʒ dicebat̄ de tribus generibus dicendi. Egidius vo laborat circa hoc, ſed non mihi placet id, quod dicit.

¶ DE EXEMPLIS.

¶ Reſtat auteʒ de omnibus perſuaſionibus cōmunibus dicere. qm̄ de proprijs iam dictū eſt. ſunt aūt cōmunes perſuaſiones genere duę, exemplū, ⁊ enthymema. nam ſententia pars enthymematis eſt.

¶ Nunc de cōibus pſuaſionibus, ⁊ pmo pponit ſuā intētionē, ⁊ dicit. [Reſtat aūt] ſubaudi poſt hęc [de oibus pſuaſionib⁹ cōibus dicere,] dico de cōibus, [qm̄ de proprijs] vnicuiqʒ generi applicatis p loca ppria [iaʒ dcm̄ eſt,] deinde exponit cōes pſuaſiones, ⁊ dicit, [ſunt autē cōes pſuaſiones genere duę exēplū, ⁊ enthymema.] ſed dices nōne rhetor perſuadet per ſniam: ergo ſnia eſt cōmunis perſuaſio, rn̄det, ⁊ dicit, [naʒ ſnia pars enthymematis eſt,] vt poſtea patebit. Quia igitur ſnia in enthymemate claudit̄, vt pars reſeruat̄ in ſuo toto, ppea ſentētia non facit tertiū genus perſuaſionis aliud ab exemplo, ⁊ enthymemate.

¶ Primū igitur de exēplo dicamus, qm̄ inductioni ſile eſt. Inductio aūt principium.

¶ Propoſita intentione, exequit̄, ⁊ primo de exēplo, de quo dicit. [Primū igit̄ de exēplo dicam⁹, qm̄ inductioni ſile eſt,] inductio aūt eſt pn^m, quo vtit̄ rhetor ad perſuadendū. igit̄ exemplū eſt ſile principio. Quo mō vo exēplū ſit ſile inductioni, ⁊ ſimile principio, dcm̄ eſt primo huius. Inductio eni eſt pn^m, quo inueſtigamus vle, ⁊ cum exēplū ſit inductioni ſimile, erit ēt ſile principio, qm̄ ⁊ ſi per exemplū vle inueſtigari perfecte nō poſſit, tamē aliquo modo vniuerſale inueſtigat̄ per ipſum exēplum. ⁊ ppterea eſt ſimile principio.

¶ Exemplorum vo ſpecies duę ſunt, altera ſi res pręteritas dicis, altera ſi ipſe fingis. ⁊ huius aliud ſimilitudo, aliud apologi, ſicut Aeſopi, ⁊ Libij.

¶ Nūc ſubdiuidit exēplum, ⁊ dicit. [Exemplorū vo ſpecies duę ſunt, altera ſi res pteritas] atqʒ a te vel ab alijs geſtas [dicis,] quatenus ex pteritis, rebuſqʒ geſtis argumentamur p exēplū. [altera ſi ipſe fingis,] vtputa quaʒ p noſmetipſos facimus, cōponimus, ac fingimus. quaʒ ſubdiuidēs dicit, [⁊ huius aliud ſimilitudo,] quę gręce παραβολη parabula dī, [aliud apoligi, ſicut Aeſopi, ⁊ Libij.] ⁊ qr nos cōponimus tam parabulas, qʒ apologos, ideo exēpla a nobis ficta dicunt̄. differt autē fabula ab apologo, nam fabula, quę ad delectationē, ⁊ vtilitatē inuenta eſt, rerū eſt nec verarū, nec veriſimiliuʒ, vt ꝙ daphanę verſa ſit in laurū. Apologus autē nō differt a fabula, ſed tantū addit, vt pter id ꝙ ſit res ficta, ⁊ non veriſimilis, vt fabula, allegorice tamē aliquid cōtineat, qđ ad vitā, ⁊ mores ptineat, vt ſunt Aeſopi, ⁊ Libij fabulę. Aeſopus enim ⁊ Lybius fabularum huiuſmodi actores ſunt. quare perſpicuum eſt apologos, atqʒ fabulas eſſe res fictas, ac ſi eſſent res geſtę.

¶ Exemplū aūt tale qđ eſt, vt ſi quiſpiam dicat oportere apparatū aduerſus regeʒ fieri,

qui faciat ne potiatur ęgypto. naꝫ ſi Darius nō prius traiecerit, ꝙ̄ ęgyptū cęperit, ⁊ cum cępiſſet, traiecit, q̄re ⁊ nūc ſi cęperit, traiciet. non ergo eſt ei permittendum.

¶ Exeqtur nunc de exēplo, vt eſt res geſta, ⁊ dicit. [Exēplum aūt tale quid eſt,] vtputa ſi ſumat̄ pro re geſta, [vt ſi qſpiā dicat oportere apparatuꝫ aduerſus regem,] qui nūc inuadit ęgyptū, [fieri, qui faciat ne potiat̄ ęgypto,] hęc enim eſt ꝯcluſio deliberāda, deinde tāgit argumentū exēplare, quo ꝓbat̄, ⁊ dicit, [nam ſi Darius nō prius traiecit] ad nos [ꝙ̄ ęgyptuꝫ cęperit, ⁊ cum cępiſſet, traiecit. non ergo eſt ei permittendū,] vt. ſ. inuadat ęgyptum, ⁊ capiat, nam ſtatim ad nos traiciet. ¶ Quo vo ad verba attinet, licet exēplum ſit triplex. vꝫ. res geſta, parabula, ⁊ apologus, tñ per excellentiā res geſta dr̄ exempluꝫ. nam apologus ⁊ parabula non habēt rōneꝫ exēpli, niſi vt res geſtas ficte rep̄ſentat. ꝓpea cuꝫ phs loquit̄ de exēplis ſine additione, de rebus geſtis itelligit. ¶ Quo vo ad exēpla attinet, in veteribus trāſlationibus eſt aliud exēplum Xerſis, qđ eſt, [⁊ iterū Xerſes non prius traiecit ꝙ̄ caperet, cum aūt cępiſſet, traiecit. quare ſi cęperit, traiciet quoqꝫ. non ergo ꝑmittendū.] hoc autem exemplum in nullo codice gręco ex noſtris legimus, tamē ſi legatur, non erit inutile.

DE PARABVLA: SIVE SIMILITVDINE.

¶ Similitudo vo, ⁊ Socratica eſt, vt ſi qs dixerit non oportere magiſtratus ſorte eligere. Simile enim eſt, ac ſi qs athletas ſorte conſtituat nō eos, qui certare poſſint, ſed qui ſorte euenerint. aut ex nautis eum, qui debet gubernare, oportere ſorte fieri: q̄ſi itaqꝫ non oporteat ſorte ſed ſcientia conſtituere.

¶ Nunc de ſimilitudine, q̄ gręce parabula dr̄, dicit. [Similitudo vo ⁊ Socratica eſt,] ideſt q̄ ſimilitudo ē Socratis, interrogatus eniꝫ Socrates ab Athenienſibꝰ ſintne magiſtratus ſorte, an ſcīa eligēdi, rn̄dit eos eſſe eligēdos ſcīa, ꝓponit tñ ꝯcluſionē, ⁊ dicit, [vt ſi quis dixerit nō oportere magiſtratus ſorte eligere,] ſubaudi rn̄dendum eſt ꝙ ñon, ꝓbat per parabulā, ⁊ dicit, [ſimile eniꝫ eſt] eligere magiſtratus ſorte, [ac ſi quis Athletas ſorte cōſtituat, non eos, qui certare poſſint, ſed qui ſorte euenerint,] aſſignat ſecundā parabulam Socratis, ⁊ dicit, [aut] ſubaudi ſimile eſt ac ſi quis dixerit [ex nautis euꝫ oportere ſorte fieri, qui debet gubernare] concludit id, qđ habet̄ ex his parabulis, ⁊ dicit, [quaſi itaqꝫ] Socrates velit dicere [vt nō oporteat ſorte, ſed ſciētia] ſubaudi magiſtratus [ꝯſtituere.] nam ſicuti non opꝫ athletas vel nautas ſorte eligere, ſed ꝯſilio, ⁊ ſcientia, ſic nō oportet magiſtratus eligere ad gubernandū ſorte, ſed ſciētia. ¶ Quo vo ad verba attinet, illa verba [quaſi itaqꝫ non oporteat ſorte, ſed ſcientia cōſtituere,] in antiquo codice, (quem habebat antiquus tranſlator,) ſic leguntur: ως δη τον λαχοντα, αλλα μη τον επισαμενον. ideſt quaſi itaqꝫ ſorte aſſequenteꝫ, non aūt ſcientē, ⁊ tūc intellige quaſi itaqꝫ oporteat magiſtratum ſorte factuꝫ eſſe, non aūt ſcientē eſſe, qđ ſubaudi tanꝙ̄ falſum eſt putandum. prima tamen ſcriptura clarior eſt.

DE APOLOGO SEV FABVLA.

¶ Apologus vo, vt qui Steſixori ad Phalarim, ⁊ Aeſopi de Demegoro. Nam Steſixorus quidē, cuꝫ Imerei Phalariꝫ Imperatorē, (qui eſſet exercitus dux,) ꝯſtituiſſent, cuſtodeſqꝫ corporis daturi eēnt, poſtꝙ̄ alia diſſeruiſſet, apologū eis dixit, quo mō equus ſolus prata obtinebat, quorꝫ (cuꝫ ceruus adueniens paſcua deuaſtaſſet,) volens ceruuꝫ punire, hoīem interrogauit, ſi poſſet cum ipſo ceruū punire. Ille aūt ait, ſi acceperis frenuꝫ: ipſeqꝫ aſcenderim in te, haſtam tenens. Cū vo conſenſiſſet, aſcendiſſetqꝫ vlciſcēdi cā, ipſe iam homini ſeruiuit, ita aūt ⁊ vos videte inquit, ne volētes hoſtes vlciſci, ⁊ eadē patiamini cū equo. nam frenuꝫ quidem iam habetis, qui elegiſtis Imperatorem, vt dux exercitus eſſet. Si autem cuſtodiam quoqꝫ dederitis, aſcendereqꝫ permiſeritis, ſeruietis iam Phalaridi.

¶ Nunc agit de apologo, ⁊ dicit. [Apologus vo] ſubaudi eſt, [vt] ille [qui] fuit [Steſixori ad Phalarim] ideſt contra Phalarim: quo Imereis perſuaſit non eſſe concedēdos cuſtodes corporis Phalaridi. [et] vt fuit Apologus [Aeſopi de Demegoro,] quo perſuaſit Samis, vt non occiderent Demegoruꝫ ducem. deinde exponit Apologum Steſixori, ⁊ dicit, [nam Steſixorus quidē, cum Imerei Phalariꝫ Imperatorē (qui eſſet dux exercitus) cōſtituiſſent, cuſtodeſqꝫ corporis daturi eſſent,] per quos ſeruaretur, [poſtꝙ̄ alia] ꝙ̄ pluraliſſima [diſſeruiſſet, apolagum eis dixit, quo modo equus ſolus prata obtinebat, quorꝫ (cuꝫ ceruus adueniens paſcua deuaſtaſſet) volens ceruum punire] atqꝫ vlciſci, [hominē interrogauit] atqꝫ [conſuluit, ſi poſſet cū ipſo] .ſ. homine, atqꝫ fauore hominis [ceruum punire] atqꝫ vlciſci. [Ille autē] .ſ. homo [ait] poſſes ſubaudi [ſi acceperis frenum, ipſeqꝫ in te aſcenderim haſtaꝫ tenens] manu [cum vo] equus [conſenſiſſet, aſcendiſſetqꝫ] ſupra equum [vlciſcēdi cauſa] .ſ. vt puniret ceruū, [ipſe] .ſ. equus [iam homini ſeruiuit.] deinde apologium accōmodat ad ꝓpoſitū, ⁊ dicit, [ita autē ⁊ vos videte inquit, ne volētes hoſtes vlciſci eadem patiamini cuꝫ equo] ideſt ne ea patiamini, q̄ paſſus eſt equus. ſ. vt ſeruiatis Phalaridi, vt equus ſeruiuit homini. cuius rationē affert, ⁊ dicit, [naꝫ frenū quidem iam habetis, qui elegiſtis imperatorem, vt dux exercitus eſſet,] nam Imperator eſt frenum ciuium. [ſi autē cuſtodiaꝫ quoqꝫ dederitis,] ⁊ milites, quibus ſeruetur, [aſcendereqꝫ] ſupra vos [permiſeritis.] dare enim cuſtodes eſt permittere vt Phalaris aſcēdat, [ſeruietis Phalaridi.] nam ille erit plenarius dominus, vos autē plenarij ſubditi. In hunc ergo modum Steſixorus argumento ſumpto ab apologo equi dicitur perſuaſiſſe Imereis ne permitterent Phalaridi cuſtodes. Hoc eſt primum exemplum.

¶ Aeſopus vo cū in Samo populi ductorē ad mortē iudicatū patrocinaretur, dixit. vulpem cū fluuiū tranſiret, in foueaꝫ decidiſſe, cum aūt multo tēpore exire non poſſet, conflictari muſcaſqꝫ caninas plurimas ei iſediſſe Errinaceus aūt erranteꝫ cum eam inſpexiſſet, miſertum eſſe, atqꝫ rogaſſe, ſi vellet, vt

ab ea

ab ea caninas muſcas euelleret. cūqꝫ ipſa ne gaſſet, cām miratus q̄rebat. tunc illa iam inquit, hę de me ſaturatę parum ſanguinis trahunt. ꝙ ſi has tu excuties, fameſcentes venient alię, quę qđ mihi ſanguinis reſtat, totū ebibēt. ita igitur nobis quoqꝫ o viri Samij, iſte quidē nihil amplius nocebit, cū diues ſit, ſi autem interimetis, pauperes alij locum eius occupabunt, qui vos abſorbebunt communia furando.

⁋ Cum induxiſſet Steſixori apologum ad Imereos, nūc inducit apologū Aeſopi ad Samios, ⁊ primo ꝓponit caſum, pro quo apologū inducit, ⁊ dicit. ⌊Aeſopus ꝟo, cum in Samo populi ductorem ad mortem iudicatum patrocinaret̄, dixit.⌋ ⁊ concionatus eſt eum nō eſſe interimendum adducēs ad propoſitū oſtendēdū apologū, deinde Aeſopi apologum deſcribit, atqꝫ narrat, ⁊ dicit, ⌊vulpem cum fluuium tranſiret, in foueam decidiſſe,⌋ ſiue in lacunā quandā, ⌊cum autē multo tēpore exire non poſſet⌋ ab ea fouea, ibi ⌊cōflictari,⌋ atqꝫ dolere, ⌊muſcaſqꝫ caninas plurimas ei īſediſſe.⌋ ¶ Quo ꝟo ad verba attinet verbū muſcas caninas gręce eſt κυνοραίσας, quas Egidius vult eſſe arundines, quoniam in lacunis arundines ſunt. rei veritas tamē eſt cynorę ſtas eſſe muſcas caninas, quę ſanguinē ab animalibus exugunt. ⌊Erynaceum autē errantē⌋ dixit ⌊cum eam inſpexiſſet miſertum eſſe⌋ vulpi, ⌊atqꝫ rogaſſe⌋ .ſ. vulpem, ⌊ſi vellet, vt ab ea caninas muſcas euelleret, cūqꝫ⌋ vulpes ⌊negaſſet, cauſam miratus quęrebat⌋ .ſ. Erinaceus, ⌊tūc illa iam inquit, hę de me ſaturatę parum ſanguinis trahunt, ꝙ ſi has tu excuties, fameſcentes venient alię, quę quod mihi ſanguis reſtat, totum ebibent.⌋ Hęc eſt fabula. deinde apologū hunc adaptat ad propoſitū, ⁊ dicit, ⌊ita igitur nobis quoqꝫ o viri Samij⌋ accidet ſubaudi ſi hunc occideritis, ⌊iſte quidē nihil amplius nocebit, cum diues ſit, ſi aūt⌋ hunc ⌊interimetis, pauperes alij locum eius occupabunt, qui vos abſorbebunt, cōmunia⌋ .ſ. bona, atqꝫ publicas ciuitatis diuitias ⌊furando.⌋ Sic igitur per apologū Aeſopus Samijs perſuaſit, ne populi rectorem interimerent.

⁋ Huiuſmodi ꝟo apologi ad populū maxime accōmodati ſunt, habētqꝫ hanc pręſtantiam. nam cū difficile ſit res p̄teritas ſimiles inuenire, apologos facillimum eſt. Fingere nāqꝫ opus eſt, vt ⁊ ſimilitudines, modo poſſis ipſum ſimile perſpicere, qđ quidem philoſophia facile pręſtat.

⁋ Cum expoſuiſſet apologos per exempla, nunc cōparat hęc adinuicē, ⁊ primo apologū ⁊ ſimilitudinē, ⁊ dicit. ⌊Huiuſmodi ꝟo apologi ad populū maxime accōmodati ſunt,⌋ queādmodū ſubaudi ipſę ſimilitudines. deinde exponit pręſtantiam quā habent apologi, ⁊ ipſę ſimilitudines, ⁊ dicit, ⌊habētqꝫ⌋ .ſ. apologi ipſi ⌊hāc pręſtantiā, nam cum difficile ſit res p̄teritas ſimiles inuenire,⌋ ex quibus .ſ. exempla cōſtant: ⌊apologos facillimū eſt⌋ inuenire. ⌊Fingere enī opus eſt⌋ ad conficiendum apologos, qđ ⌊facillimū eſt.⌋ dico facillimū eſſe apologos inuenire, ⌊vt ⁊ ſimilitudines, mō poſſis⌋ .ſ. ex philoſophia ⌊ipſū ſimile perſpicere,⌋ per qđ fit ſimilitudo. ideo addit, ⌊qđ quidē philoſophia facile pręſtat.⌋ per philoſophiam enim poſſumus inuenire ſimilia, quibus fiunt ſimilitudines, ⁊ res, quibus fiūt apologi. Hoc aūt ita eſſe Ariſto. teſtatur primo metaphyſice, cum diceret fabularū amatorē eſſe quodāmodo philoſophum. Erunt igitur inter apologū ⁊ ſimilitudinē hę cōparationis, prima quidē ꝙ vtraqꝫ ſit ad populū maxime accōmodata, ſecūda ꝟo ꝙ vtrāqꝫ ſit inuenire facillimum, cum ſit in poteſtate noſtra philoſophica ea facere, atqꝫ fingere. Exempla ꝟo non ſic.

⁋ Facilius igit̄ eſt inuenire ea, quę ſunt per apologos, ad conſultandū aūt res geſtę multo vtiliores ſunt. quippe cum, vtplurimum futura pręteritis ſimilia ſint.

⁋ Secūdo comparat apologos, ⁊ ſimilitudines ad exēpla, ⁊ dicit. ⌊Facilius igit̄ eſt inuenire ea, quę ſunt ꝑ apologos⌋ ſubaudi ⁊ per ſimilitudines, vt dcm̄ eſt, q̄r ea inuenire eſt in noſtra poteſtate, ⌊ad cōſultandū autē res geſtę,⌋ q̄ ſūt exēpla, ⌊vtiliores ſunt.⌋ cuius rōnē affert, ⁊ dicit, ⌊quippe cum, vtplurimum futura p̄teritis ſimilia ſint.⌋ cum, vtplurimū omnia circulo redeant. eſt igit̄ cōparatio ꝙ apologi, ⁊ ſimilitudines ſint exēplis inuentu faciliores. exempla aūt ad conſultandū vtiliora.

⁋ Exemplis ꝟo quaſi demōſtrationibus eū vti oportet, qui enthymemata non habet. ei ꝟo qui habet, quaſi teſtimonijs poſt enthymemata, vtendum.

⁋ Nunc cōparat tertio exempla ad enthymemata, ⁊ dicit. ⌊Exēplis ꝟo quaſi demr̄onibus⌋ .i. ꝓbationibꝰ ⌊eū vti opꝫ, qui enthymemata non hꝫ,⌋ nā in oī gn̄e dicēdi, cū orator non hꝫ enthymemata, vtet̄ exēplis quaſi demōſtrationibꝰ, atqꝫ ꝓbationibus ⌊ei ꝟo⌋ .ſ. oratori ⌊qui hꝫ⌋ .ſ. enthymemata ad perſuadendū, ⌊vtendū eſt exemplis poſt enthymemata⌋ a ſe facta, ⌊quaſi teſtimonijs.⌋ Qđ faciunt legū doctores, naꝫ confirmāt ſuas ꝓbōnes per ſilīa, q̄ olim in ſimilibus caſibus ſunt determinata.

⁋ Cum enim proponūtur, ſimilia inductionibus ſunt. Inductio aūt orationibus oratorijs p̄terqꝫ in paucis non eſt idonea.

⁋ Cū dixiſſet exēpla nō eſſe ꝑponēda enthymematibꝰ, cū orator hēat enthymemata, nūc illđ ꝓbat, ⁊ dicit. ⌊Cū enī⌋ exēpla ſubaudi enthymematibꝰ ⌊ꝓponunt̄,⌋ ſilīa iductionibꝰ ſunt, nā vt inductio ꝓponit̄ ſyll'o ad ꝓbādū aliquā ꝓpōnē ſyll'i, ſic eēt exēplū, cū ꝓponeret̄ enthymemati in orōne, ꝓponeret̄ enī ad ꝓbandū aliq̄d aſſumptū in enthymemate. deſtruit q̄ſi ꝯn̄s, ⁊ dicit, ⌊inductio aūt⌋ .i. exēplū ꝓpoſitū enthymemati, veluti ꝓponit̄ inductio ſyll'o, ⌊orōnibꝰ oratorijs p̄terqꝫ in paucis nō eſt idonea,⌋ ſolū enī exēplū eēt ꝓponēdū (vt inductiio) ante enthymema, cū audientes eſſent ineruditiſſimi, maxīe inepti ad intelligēdū. ḡ exēpla nō ſunt enthymematibus ꝓponēda ab eo, qui hꝫ enthymemata.

⁋ Poſtpoſita ꝟo teſtimonijs. teſtis autē ad fidē vbiqꝫ vtilis. quaꝓꝑ pręponēti multa dicere neceſſe eſt. poſtponēti aūt vnum etiam ſufficit. naꝫ teſtis probus vel vnus ſatiſſacit. quot igit̄ ſpēs exemplorū ſint, ⁊ quo pacto, ⁊ quādo ipſis vtendum, dictum eſt.

⁋ Nunc oſtēdit eū, q̄ enthymemata hꝫ, oportere exempla poſtponere: ⁊ dicit. ⌊Poſtpoſita ꝟo⌋ .ſ. exēpla ipſis enthymematibꝰ, ſimilia ſunt ⌊teſtimonijs,⌋ q̄ adduci ſolēt poſt ꝓbationes. ⌊teſtis aūt ad fidē vbiqꝫ vtilis eſt,⌋

⁊ ſic ſi in fine ponit̃ exẽplum, nõ erit inutile. ⁊ qꝛ (vt dictũ eſt) aliqñ exẽpla poni pñt ante enthymemata, vt patuit in caſu ſupius expoſito, ideo aſſignat dr̃iã inter exẽpla cum ꝓponunt̃, ⁊ cum poſtponuntur, ⁊ dicit, ⌊quapp ꝓponenti⌋.ſ. exẽpla enthymematibꝰ, ⌊multa dicere neceſſe eſt, ⌋eo qꝛ tũc tenẽt locũ inductionis, quę fit in multis. ⌊poſtponẽti aũt⌋.ſ. exẽpla enthymematibus ⌊vnum ẽt⌋.ſ. exẽplũ inducere ⌊ſufficit, naȝ teſtis ꝓbus vel vnus ſatiſfacit.⌋ ⁊ qꝛ exẽplũ in fine poſituȝ ſe hȝ, vt teſtis probus, ideo vnum ſufficit, atqȝ ſatiſfacit. nihil enim aliud videt̃, cum inducit̃ exẽplum poſt enthymemata, q̃ȝ cõfirmare id, quod dictuȝ eſt, per teſtem probum, at teſtis ꝓbus ẽt ſi ſit vnus, facit fidem. ⁊ ſic pȝ dr̃ia inter exẽpla ꝓpoſita, ⁊ poſtpoſita. hęc autẽ, (quę Ariſto. hic dixit) potiſſimũ habẽt locũ in genere iudiciali, naȝ in genere deliberatiuo exẽplum vbiqȝ collocatũ ſemper eandẽ viȝ hȝ. in genere v̾o demõſtratiuo exemplo raro vtimur, ⁊ cũ vtimur, omni loco (vbi fieri cõtingit ꝓbationeȝ per ipſum) vti poſſumus conuenienter.

¶ DE SENTENTIA.

¶ De ſententiaꝝ aũt ſermone, ſi quid ſententia ſit, dixerimus, facile patebit quibus de rebus, ⁊ quãdo, ⁊ a quibus idoneum ſit in orationibus ſententijs vti.

¶ Dicit Egidius hic Ariſt. determinare de enthymematibus quo ad ſuas partes. qm̃ determinare de ſententijs eſt determinare de enthymematibꝰ quo ad ſuas partes. Sed hoc non vr̃ bene dictũ, qm̃ ſi ita eſſet, enthymema nõ poſſet cõſtare, niſi ex ſentẽtijs, qd̃ falſum eſt, naȝ enthymema interdũ ꝯſtare põt ex ꝓpõnibus, quę nõ ſunt ſnię. licet eniȝ ſnia eſſe non poſſit, niſi ſit pars enthymematis, vt ſupius dictũ eſt, tñ pars enthymematis eẽ poteſt, quę nõ eſt ſnia. Melius ergo dicamus, Ariſto. nũc agere de ſentẽtijs, qm̃ ſentẽtia eſt vnũ de principalibus intentis ab ipſis rhetoricis. nam licet ſnia ſit pars enthymematis, tñ rhetor vtitur ſnia in orationibus, vt ꝓprio inſtrumẽto ꝑſuadendi. ideo ꝓponit intẽtionẽ ſuaȝ, ⁊ dicit. ⌊De ſentẽtiaꝝ aũt ſermone, ⌋atqȝ narratione, ſubaudi diſſerẽdo, ⌊ſi qd ſentẽtia ſit, dixerimus, facile patebit quibus de rebus ⌋eſt ſnia, ⌊⁊ qñ ⌋vti debemus ſententia in orationibus, ⌊⁊ a quibus ⌋authoribus ⌊idoneũ ſit ſententijs vti. ⌋in orationibus. ergo proponit tria dicere de ſententijs ⁊ de quibus rebus ſint, ⁊ qñ debemus in oratione ſentẽtijs vti, ⁊ ad quos attineat vti ſententijs. hęc autẽ tria non exeqtur, niſi poſtq̃ȝ dixerit qd ſentẽtia ſit.

¶ Sententia igit̃ eſt enuntiatio quidẽ, non tñ de ſingularibus, vt qualis quidaȝ Iſphicrates ſit, ſed de vl̾ibus, nec de omnibus vl̾ibꝰ, vt eſt, qm̃ rectuȝ curuo contrariũ eſt, ſed de quibuſcũqȝ actiones ſunt, quęqȝ ad agendũ eligenda, vel fugienda ſunt.

¶ Nunc ꝓſequit̃, ⁊ primo definit ſentẽtiã, veruȝ anteq̃ȝ ea, quę Ariſto. dicit, ꝓſequamur, de nomine ſnię diſſerẽduȝ eſt: ⁊ dicẽdũ ſentẽtiã apud authores multis modis accipi, interdũ eniȝ pro eo, qd̃ animus ſentit, iuxta illud Saluſtij, nemo eſt in ciuitate, cui non liceat libere ſniaȝ ſuã dicere: hoc eſt ꝓnuntiare, qd̃ hȝ in animo. vñ Quintilianus libᵒ 8ᵒ ſcribit ſniaȝ veteres qd̃ aĩo ſenſiſſent, vocaſſe. Sic eniȝ ⁊ iuraturi ex animi noſtri ſnia, ⁊ gratulãtes ex ſnia dicimus. Aliqñ accipit̃ pro iudicato ex lege, vt Marcus Portius Cato ſumpſit. Quintilianus etiaȝ libᵒ 10ᵒ, ſcribit ſniaȝ eſſe decretũ quoddã qd̃ de iudicio rei quęri ſolet. nõnunq̃ȝ pro eo, qd̃ verba ſonãt, vñ dicere ſolemus, hic ẽt obſcure loqtur, vt ex verbis eius ſentẽtia colligi poſſit. Ariſto. aũt hic ſentẽtias orationis lumina appellat, ꝑſertiȝ quę in clauſulis ſunt breuiter collecta, vt obſequiuȝ amicos, veritatis odium parit. vnde ꝓprie ſnia eſt verbũ graue grauiter ꝓlatũ a ſapiente, vt illa Biantis, magiſtratus viruȝ oſtendit. Et illa Enchili optimuȝ eſt menſura. qua rõne fit, vt ſentẽtia in ijs, quę agimus ita ſe habeat, quẽadmoduȝ definitio in ijs, quę contẽplamur. nam ſicuti definitio terminat rem, quã cõtẽplamur, ſic ſentẽtia terminat rem ipſam, quã agimus. Signo autẽ nobis eſt, quoniã dicere ſolemus ſentẽtiatuȝ definitũ eſſe. nam ſentẽtia quędã definitio videtur. hanc quoqȝ ob cãm, qui alioꝝ facta diſponunt, ac ſentẽtiant.ſ. qd fieri debeant, definitores appellant̃. quia v̾o (vt dictũ eſt) ita ſe hȝ ſnia in ijs, quę agimus, ſicuti definitio in hijs, quę contẽplamur, ⁊ qꝛ cõtẽplando vtimur ſyllogiſmo, agendo vel determinãdo quid agere debemus, vtimur enthymemate, fit, vt eo mõ ſe habeat ſnia ad enthymema, vt definitio ad ſyll̾m demonſtratiuuȝ, eſt aũt definitio triplex, vna principiũ ſyll̾i demonſtratiui, quã formalẽ logici dicunt, altera eſt ſyll̾i cõcluſio, quã materialẽ vocant, tertia eſt totus ſyll̾s demonſtratiuus, non differẽs ab ipſa demõſtratione, niſi ſola poſitione, qualis eſt definitio cõplectẽs vtrũqȝ, quare ⁊ ſentẽtia triplex erit, vna enthymematis ꝑncipiũ, altera v̾o cõcluſio, tertia deniqȝ totũ ipſum enthymema ſola poſitione differẽs. Sentẽtia quidẽ, quę dubia exiſtens hȝ cãm enthymematis cõcl̾o eſt. Snia v̾o quę eius cã eſt, enthymematis ꝑncipiũ eſt, cuȝ v̾o ambę hę ſine ordine enthymematico ponuntur, ⁊ fiat vna ſnia, vtrãqȝ continẽs, hęc erit totũ enthymema põne differẽs, qm̃ vniuerſa enthymematis virtus i huiuſmodi enthymemate ſeruat̃: quę tñ differt ab enthymemate, quatenus nõ eſt ordinata ad modũ enthymematis. Ariſto. tñ ſniaȝ hoc pacto intellectã definit, ⁊ dicit. ⌊Snia igitur eſt enuntiatio quidẽ non tamẽ de ſingularibus, vt qualis quidã Iſphicrates ſit, ſed de vl̾ibus, ⌋deinde exponit de quibus vl̾ibus, ⁊ dicit, ⌊nec de oĩbus vl̾ibus, ⌋qꝛ non de vl̾ibus, q̃ ſpectant ad ſciaȝ, ⌊vt eſt ⌋hęc ꝓpõ vl̾is ⌊qm̃ rectũ curuo eſt ꝯriũ. ſed de ⌋vl̾ibus ⌊qbuſcũqȝ actiones ſunt ⌋.i. ſȝ de vl̾ibꝰ, ⌊quęqȝ ad agẽdũ eligẽda vel fugiẽda ſunt. ⌋ergo ſnia eſt enũtiatio vl̾is vtilis ad eligẽda, vel fugiẽda ea, quę in vita cõtingũt: vel ſunt neceſſaria. dr̃ ⌊enuntiatio⌋ loco generis, qm̃ oĩs ſentẽtia eſt enũtiatio, ⁊ nõ ecõtrario, dr̃ ⌊vl̾is, ⌋non quidẽ ſigno vl̾i determinata, ſed indefinita, vt hęc difficile eſt ꝑmũ virtutes reuereri, qui ſemper ſcđa fortuna ſit vſus. ⁊ illa liber is eſt exiſtimãdus, qui nulli turpitudini ſeruit, ⁊ cętere id genus. omnes enĩ hmõi ſentẽtię enũtiationes ſunt vniuerſales infinitudine, non autẽ ſigno. dicit̃ ⌊vtilis ad ea, que eligere, vel fugere debemus in vita ⌋ad differentiã enuntiationũ, quę fiunt in ijs, quę ſcimus, atqȝ ſpeculamur. ꝓpter hãc cauſam, vt Cicero inquit libᵒ 4ᵒ rhetorices ad Herẽnium, ſentẽtia eſt oratio ſumpta de vita, quę aut qd ſit, aut qd eſſe oporteat in vita, breuiter oſtẽdit, vt egens ęque eſt is, qui non ſatis hȝ, ⁊ is, cui nihil ſatis põt eſſe. pp hanc cãm Hermogene ait, ſentẽtia eſt oratio generalẽ pronũtiationẽ habẽs hortans aliquã rem, vel dehortans, vel demonſtrãs, quale ſit aliquid. verũ oẽs hę definitiones vidẽtur diminutę, qm̃ tunc hęc eſſet ſentẽtia, amicis eſt bñfaciendũ, qm̃ eſt enũtiatio vl̾is, vtilis ad ea, quę in vita eligere vel fugere debemus. Sed hoc falſum vr̃. non eniȝ illa ſnia vr̃, cũ non ſit enũtiatio grauis, ꝓpea definitionibus ſupplẽdũ eſt, vt ſit ſnia enũtiatio grauis, atqȝ

ponderoſa.

ponderoſa, vl'is, atq; vtilis ad ea, quę ſunt eligenda vel fugienda in vita, per illam eniʒ particulam [grauis, atq; pōderoſa] differt ſentētia a cęteris enūtiationibus, quę licet demonſtrēt quid ſit agendū vel fugienduʒ in vita, tamen non ſunt graues, atq; ponderoſę, grauiter ꝓlatę a ſapiente.

¶ Quare cum enthymemata ſyllogiſmi ſint de iſtis, tam concluſiones enthymematū q; principia (ſyll'o ſemoto) ſententię fere ſunt.

¶ Ex his, quę dixit, cōcludit diuiſionē ſententiaꝝ, ⁊ aſſerit ſentētiā eſſe alterā, quę eſt enthymematis principiū, alterā vo, quę eſt enthymematis ꝯcluſio, ⁊ dicit. [Quare cū enthymemata ſyllogiſmi ſint de iſtis] ideſt de ijs, quę ſpectāt ad actiones, ⁊ ad mores a nobis eligendos, vel fugiēdos, dixit enthymemata eſſe ſyll'os, ⁊ tu intellige cōparatiue, q2 tantuʒ valet enthymema apud rhetores, quantū ſyll's apud phos. tunc cōcludit ⁊ dicit, [tam ꝯcluſiones enthymematuʒ q; pncipia ſentētię fere ſunt ſyll'o ſemoto,] nam licet ſnię ſint cōcluſiones, vel principia enthymematū, q2 tñ non eſt in enthymemate ſyllogiſticꝰ ordo, ideo dixit [ſemoto ſyll'o.] ⁊ dixit [fere,] qm̄ non ōis ſentētia eſt principium vel cōcluſio enthymematis, q2 non illa, quę eſt totū enthymema pōne differens. vel q2 nō illa, quę virtute ingredit̄ enthymema. quę enim virtute enthymema ingredit̄, nō eſt ꝑs enthymematis ſm ſubſtātiā, ſed ſm virtutē: hęc eſt diuiſio.

¶ Ut illud, oportet virum, qui omni ex parte prudens eſt, non nimiuʒ in ſapientia liberos erudire. Hęc igitur eſt ſentētia, appoſita aūt cauſa, quaʒ ob rem, erit enthymema totum, nam ad ocium (qḋ pter aliud habent) pernicioſam ēt ſibi hominum inuidiam trahunt.

¶ Nunc aſſignat exēpla ſentētię, quę eſt principiū, ⁊ ſentētię, quę eſt ꝯcluſio, ⁊ ſentētię, quę eſt totū enthymema pōne differens: ⁊ dicit. [Ut illud, oportet virū, qui oī ex parte prudens eſt, nō nimiū in ſapientia liberos erudire. Hęc igit̄ eſt ſentētia,] quaſi cōcluſio. deinde oſtēdit qm̄ ſentētia eſt enthymema totū, ⁊ induit ſentētiam, quę eſt quaſi cōcluſio, ⁊ dicit, [appoſita auteʒ cauſa quā ob rem] eius ſentētię, quę dicta eſt, ⁊ ſimul cum ea copulata, [erit enthymema totū,] deinde affert cām apponendam, ⁊ dicit, [nam ad otium qḋ] ſeorſum [pręter aliud] agendū [habēt, pernitioſam ēt ſibi hominū inuidiā trahunt,] ⁊ ſic habēt duo. ſ. otium, quo vacant ab agendis, ⁊ inuidiā, quā ſibi comparant maximā. quare prudens vir non dʒ nimium in ſapientia liberos erudire: qḋ etiā Plato ꝓbauit in Gorgia. Si igit̄ dicatur non opʒ virū prudentem liberos nimiū in ſapientia erudire, quia reddūtur ꝓpter otiū inepti actionibus, ⁊ q2 inuidiā ſibi cōparant, habetur totū enthymema, ⁊ duplex ipſa ſententia etiam induitur.

¶ Et illud, nō eſt vir aliquis, qui oībus in rebus felix ſit. Et nullus hominuʒ liber eſt, nā aut pecunijs, aut fortunę ſeruit.

¶ Aſſignat ſcōm exemplū, ⁊ dicit. [Et illud] ſubaudi ſententia eſt, quę eſt cōcluſio. vʒ. [non eſt vir aliqs, qui omnibus in rebus fęlix ſit,] cui cōcordat illud, nemo ex oī parte beatus. deinde addit ſniam ſecundā, quę eſt cōcluſio etiā, ⁊ dicit, [⁊ nullus hominū liber eſt.] deinde aſſignat ſentētiam, quę eſt cauſa, ⁊ dicit, [nam aut pecunijs ſeruit,] ſi ſubaudi fuerit diues, [vel ſeruit fortunę,] ſi fuerit infortunatus, ⁊ pauper, ſi ergo hęc omnia coniungant̄, dicet̄, nullus hō liber eſt, ⁊ nullus hō fęlix eſt, q2 vel pecunię, vel fortunę ſeruit. ⁊ hoc pacto erit totū enthymema pōne differens: in quo habent̄ duę ſentētię q̄ ſunt concluſio, ⁊ alia ſententia, quę eſt cauſa.

¶ Si itaq; ſententia eſt id, qḋ dictuʒ eſt, quatuor ſententię ſpecies eſſe, neceſſe eſt.

¶ Cum Ariſto. aſſignaſſet definitionē ſentētię, ⁊ vnam eius diuiſionē, nūc rurſus ſentētię diuiſioneʒ aſſignat, ⁊ reducit diuiſionē ad ordinē diuidēdo ⁊ ſubdiuidēdo, ⁊ oſtendēdo diuiſionē ſuperius aſſignatā eſſe ſubdiuiſionē, ⁊ reducēdo diuiſionē ad bimēbrem, vt eſt natura diuiſionis, ⁊ primo accipit ſpēs ſnię eſſe quatuor, cuʒ non accipit̄ diuiſio per ordinē, ⁊ dicit. [Si itaq; ſnia eſt id, qḋ dictuʒ eſt,] ideſt vl'is enuntiatio grauis vtilis ad ea, quę agimus in vita, [quatuor ſentētię ſpecies eſſe neceſſe eſt,] vt patebit.

¶ Nam aut cum epilogo erit, aut ſine epilogo. Quęcūq; quidē cuʒ epilogo ſunt, demōſtratione egent. Quęcūq; vo nihil admirabilis habent, ſine epilogo ſunt.

¶ Cum accepiſſet intentionē, nunc per diuiſionē, ⁊ ſubdiuiſionē ꝓcedendo ſm naturā diuiſionis per bimembrē ſectionē dicit. [Nā] ſnia quę definita eſt, [aut cū epilogo erit] .i. cū rōne poſterius aſſignabili, [aut ſine epilogo] .i. aut ſine rōne. eſt aūt hęc diuiſio ęqualis huic, ꝙ oīs ſnia ſit aut manifeſta non egens ratione, aut erit dubia vel obſcura egens rōne. Hęc diuiſio ꝓbari pōt ꝑ rationē generis, q2 oīs enūtiatio eſt aut manifeſta ſimpl'r, aut ſimpl'r dubia. enūtiatio quidē ſimpl'r manifeſta, nō eget epilogo, hoc eſt rōne. enuntiatio vo ſimpl'r obſcura, ac dubia eget epilogo ac rōne. ſed ſnia eſt enūtiatio. igit̄ ſnia erit aut egens rōne, aut ſine rōne. deinde exponit mēbra, ⁊ dicit, [q̄cunq; quidē] ſnię [cū epilogo ſunt, demr̄one egent,] vt ſunt, quę ſimpl'r dubię ſunt. [quęcūq; vo nihil admirabilis habent,] nihilq; dubij, [ſine epilogo ſunt:] atq; ſimpliciter manifeſte. ¶ Quo vo ad verba attinet, epilogus, eſt ratio, quę ſiue ante, ſiue poſt aſſignetur de ſententia, ſemper intelligit̄ quo ad intellectū poſt. qm̄ ſemper prius eſt enūtiatio, poſt ſcōm intellectū eſt illius rō. ꝓpea rōnem appellauit epilogum.

¶ Harū aūt, neceſſe eſt alias quidē qm̄ pręcognitę ſunt, nullo egere epilogo: vt illud, bene ualere pręſtātiſſimum hoībus eſt, naʒ id, vt nobis videt̄, ita iaʒ multis vī. Alię (ſimul cū dicunt̄) patent ꝑſpicientibus, vt illud, nemo amator eſt, qui non ſemper amet.

¶ Nun: ſubdiuidit ſententiam, quę non eget epilogo, ꝙ ſit altera nota omnibus hominibus tam ſapientibus, q; inſapientibus. altera vo, nota tantū ſapientibus, qui ex terminis poſſunt perſpicere veritateʒ ſententię: ⁊ dicit. [Harum autē] .ſ. ſententiarum, quę non egent epilogo, [neceſſe eſt alias quidē (quoniaʒ pręcognitę ſunt)] ac ꝑ ſe notę, [nullo egere epilogo, vt illud, benevalere pręſtātiſſimum hominibus eſt, nam id vt nobis] .ſ. ſapiētibus [vī, ita iam multis] ideſt inſapiētibus [vī.] ergo ſententia, quę non eget epilogo, alia eſt, quę omnibus nota eſt ſ. nobis ſapientibus, ⁊ multis ideſt vulgaribus, qui ſunt inſapientes: deinde aſſignat aliud mēbrum, ⁊ dicit, [alię (ſimul cum dicūtur)] atq; pronuntiant̄, [patent perſpicientibus] ideſt ſapientibus, qui ꝑſpiciūt vim terminorū, [vt illud, nemo amator eſt, q nō ſemꝑ amet.] verbuʒ eni amator gręce eſt, ερασ_της, qui ſonat ſemper amantē.

qui eniꝫ nunq̃ vacat ab amore, hic grece dicit̃ ἐραστής, ideſt amator. recte igit̃ dicit Ariſto. alie aũt ſimul cuꝫ ꝓferunt̃ ⁊ termini perſpicuunt̃, atqꝫ cõſiderantur patent ꝑſpicientib⁹ terminos, atqꝫ terminoruꝫ vires. ⌊vt illud, nemo amator eſt, qui nõ ſemper amet, ⌋ naꝫ ex vi illius termini amator, pꝫ neminem amatorẽ eſſe, qui non ſemper amet. ſed qm̃ vulgares non perſpiciunt vires terminoꝝ, hac ratione tales ſentẽtie non ſunt eis note.

Earuꝫ vo q̃ cũ epilogo ſunt, alie pars enthymematis ſunt, vt nunq̃ decet natura prudentẽ virũ eſſe. alie vo enthymematice quidem ſunt, enthymematis autem pares non ſunt: que quoqꝫ maxime probantur.

Nunc ſubdiuidit ſñias, que ſunt cum epilogo, ⁊ dicit. ⌊Earũ vo, que cuꝫ epilogo ſunt, alie pars enthymematis ſunt, ⌋ cuius exẽplũ affert, ⁊ dicit, ⌊vt nunq̃ decet natura prudentẽ virũ eſſe, ⌋ hec eniꝫ q̃ cũ epilogo eſt, ⁊ nõ eſt totũ enthymema, pars enthymematis eſt. Qr aũt hec ſit cũ epilogo, pꝫ, q̃ vir prudens eſt habitu, exercitatione, ⁊ experientia prudẽs, non aũt natura. nã lꝫ aliqs oriri poſſit cum quadaꝫ maiore, vel minore aptitudine ad prudentiã, nullus tñ dr̃ ex natura prudens, ſed habitu, exercitatione, atqꝫ experientia. aſſignat aliud mẽbrum, ⁊ dicit, ⌊alie vo enthymematice quidẽ ſunt ⌋ .i. ipſuꝫ enthymema, ⌊enthymematis aũt pars nõ ſunt, ⌋ q̃ ſunt totum ipſum enthymema, ⌊que quoqꝫ ⌋ (vt Ariſt. inquit) ⌊maxime probant̃. ⌋ nam continẽt ſñiaꝫ cum ſua rõne.

Huiuſmodi aũt ſunt in quibus cauſa explicatur eius, qδ dicit̃. vt in illo, iram ĩmortalẽ ne ſerues, mortalis cum ſis. nam dicere non oportere quidẽ ſeruare iram ſemper, ſententia eſt. adiectuꝫ vo, cum ſis mortalis, quam ob rem dicit.

Nunc aſſignat exẽpla eaꝝ ſñiaꝝ, que cũ epilogo totũ enthymema ſunt, ⁊ dicit. ⌊Huiuſmodi autẽ ⌋ .ſ. ſñie, q̃ totum enthymema ſunt, ⌊ſunt in quibus cã explicatur. vt illo ⌋ exẽplo, qδ dicitur, ⌊iram ĩmortalẽ ne ſeruies, mortalis cum ſis. ⌋ tũc exponit hanc enthymematicã ſñiaꝫ, ⁊ dicit, ⌊nam dicere nõ oportere quidẽ ſeruare iram ſemper, ⌋ ſentẽtia eſt, que eſt enthymematis concluſio. ⌊adiectũ vo, cũ ſis mortalis, quaꝫ ob rem dicit, ⌋ qδ eſt enthymematis principiũ, que ſi ſimul cõiungant̃, erit totũ enthymema ordine differens. hec de primo exemplo.

Cui ſimile eſt, mortalia mortalẽ, non ĩmortalia mortalẽ curare oportet, perſpicuũ igit̃ eſt quot ſint ſententie ſpecies, ⁊ quibus vnaqueqꝫ rebus accõmodetur.

Aſſignat ſcδꝫ exẽplũ, ⁊ dicit. ⌊Cui ⌋ exẽplo ſupius aſſignato ⌊ſimile eſt ⌋ illud, ⌊mortalia mortaleꝫ opꝫ curare, nõ ⌋ auteꝫ ⌊ĩmortalia mortalẽ opꝫ curare. ⌋ Huic equale eſt illud Socratis, que ſupra nos, nihil ad nos. Id vo ⌊mortalia mortalẽ opꝫ curare, ⌋ eſt ſententia, que eſt enthymematis cõcluſio. ſed id, ⌊non ĩmortalia mortalem opꝫ curare, ⌋ eſt ſentẽtia, que eſt enthymematis principium. tunc epilogat, ⁊ dicit, ⌊perſpicuuꝫ igitur eſt, quot ſint ſentẽtie ſpecies, ⁊ quibus rebus vnaqueqꝫ accõmodetur. ⌋ Hactenus de ſententijs apertis.

Nam de dubijs quidẽ, aut admirabilibus non ſine epilogo. Sed aut ꝓpoſito epilogo ſñia vtemur, vt cõductione, vt ſi qs dixerit, ego igit̃, (qm̃ nec inuidiã pati opꝫ, neqꝫ ocioſuꝫ eſſe, cõducit,) non oportere erudiri aſſero. Aut hoc ꝓpoſito, reliqua poſtponem⁹.

Cum dixiſſet de ſentẽtijs claris, nũc dicit de ſentẽtijs obſcuris, ⁊ p̃mo dicit de ſentẽtijs dubijs, ⁊ admirabilibus, q̃ ſunt obſcure ex parte rei. deinde dicit δ ſentẽtijs obſcuris ex p̃te ſermonis, q obſcure ꝓfert̃. de p̃ma parte dicit, ſit de ſentẽtijs claris ſic dictũ. ⌊nã de dubijs qdẽ aut admirabilib⁹ non ſine epilogo, ⌋ dici põt. deinde exponit locũ epilogi in ipſo enthymemate, aſſerẽs epilogũ .i. rõnẽ poſſe ꝓponi, ⁊ poſtponi in ſentẽtijs obſcuris ex p̃te rei, ⁊ dicit, ⌊ſed aut ꝓpoſito epilogo ſñia vtemur, vt ꝯcluſione. ⌋ ita vt epilogus ſit p̃mo loco poſitus, ſñia vo ſit, vt ꝯclõ ſcδo loco poſita. ⁊ dat exẽplũ, ⁊ dicit, ⌊vt ſi qs dixerit ⌋ pro exẽplo ⌊ego igit̃, (qm̃ nec inuidiã pati opꝫ, neqꝫ ocioſuꝫ ee ꝯducit,) ⌋ hec eſt epilogus .i. rõ ſentẽtie, ⌊nõ oportere erudiri aſſero. ⌋ Hec eſt ſñia pro concluſione, vbi pꝫ epilogũ p̃cedere. ſñiaꝫ vo ſequi. ¶ Quo vo ad exemplũ attinet, vt ſuperius diximus, ſapientes patiunt̃ inuidiam, qm̃ vñr excellere ceteros hoies, qua hoies ſunt, ſapere eniꝫ hois eſt, quare qui excedit hoieꝫ in ſapiẽtia, cum excedat hoieꝫ in rõne hois, vĩ pati inuidiã, naꝫ qui velit (vt Martialis inquit) ingenio cedere, rarus erit. ẽt q̃ ſunt ocioſi in vmbraculis ſemper phie vacantes: ⁊ ſic ſunt inutiles. deinde oſtẽdit ecõuerſo poſſe poni epiloguꝫ: ⁊ dicit, ⌊aut h̊ ⌋ .ſ. ſñia, ⌊ꝓpoſito, reliq̃ ⌋ .ſ. epilogũ ⌊poſtponemus ⌋ hoc pacto, Ego igit̃ aſſero nõ oportere nimiuꝫ erudiri, qm̃ nec inuidiam pati opꝫ, nec ocioſum eſſe ꝯducit. Quare in obſcuris ſentẽtijs obſcuritate ſe tenẽte ex parte rei, epilogus põt ſentẽtie p̃poni, ⁊ poſtponi. qm̃ non refert quouis modo ponatur.

Que vo non admirabiles, ſed immanifeſte ſunt, he ſunt rotũdiſſime, ſi quam ob rem poſtpoſueris.

Deinde exponit ſñias obſcuras ex parte ſermonis, ⁊ dicit. ⌊Que vo nõ admirabiles ⌋ .ſ. ex parte rei obſcure ſunt, ⌊ſꝫ ſunt imanifeſte ⌋ ex p̃te ſermonis, ꝑꝑ obſcuritatẽ Xboꝝ, ⌊he ſunt rotũdiſſime ⌋ .i. dilucidiſſime, ⌊ſi quã ob rẽ poſtpoſueris, ⌋ ⁊ ſñiaꝫ ꝓ ꝯclõne ꝓpoſueris. nã facilior ẽ declaratio ꝑ poſtpoſitionẽ cãe, q̃ ꝑ p̃poſitionẽ.

Accõmodantur autẽ his laconica dicta, ⁊ enigmata, vt ſi quis dicat, quod Steſicorus apud locros dixit, non oportere cõtumeliatores eſſe, ne cicade humo cantent.

Nũc oſtẽdit ea, q̃ hmõi ſentẽtijs accõmodant̃, ⁊ dicit. ⌊Accõmodant̃ autẽ his ⌋ .ſ. ſentẽtijs, in qbus poſtponit̃ epilogus, ⌊laconica dicta, ⁊ enigmata: ⌋ ſunt autẽ laconica dicta, q̃ breuib⁹ atqꝫ ſentẽtioſis verbis dicunt̃, quorũ ꝯria ſunt attica dicta, q̃ multis atq̃ grauib⁹ verbis dicũtur. Ænigmata vo ſunt obſcure allegorie q̃ nõ niſi verbis pluribus explicari poſſunt. ⁊ exponit ꝑ exẽplũ, ⁊ dicit, ⌊vt ſi qs dicat, qδ Steſicorus apud locros dixit, non oportere ⌋ vos locri, q gubernatis, ⌊ꝯtumeliatores eſſe ⌋ populariũ ſubditoꝝ, ⌊ne cicade humo cantent. ⌋ prima pars huius eſt ſñia, ſcδa pars eſt enigma, ſed cã ſñie. per cicadas eniꝫ ſubditos intelligit, ⁊ ꝑ cãtare humo .i. in terra murmurare, quaſi dicat vos dñi locrenſes, qui gubernatis, non debetis eſſe contumeliatores ſubditoruꝫ, ne ſubditi murmurent.

Sententias aũt dicere etate prouectis maxime idoneũ eſt. ⁊ qdẽ de rebus, quarũ quis experientiam habet. nam qui tantus non eſt,

cum

eum decet ſententias dicere, ſicuti fabulas. qui aũt de ijs, quoꝝ vſum non hʒ, ineptus, atqʒ indoctus eſt.

Nunc docet perſonã, quę idonea eſt vti ſentẽtia, ꝛ dicit. [Snias aũt dicere ętate prouectis maxime idoneuʒ eſt.] nõ eniʒ quęuis perſona vti põt ſnia, quis eniʒ ferat puerũ, aut adoleſcentẽ, aut ẽt ignobilẽ dicere ſnias. quare ſnias ꝓnũciandas eſſe arbitrat̃ Ariſt. nõ niſi a viris, in qbus ꝛ authoritas, ꝛ experiẽtia eſt, vt rei pondus etiã ꝑſona cõfirmet. ideo ſubſcribit, [ꝛ quidẽ de rebus, quarũ qs experientiã hʒ, nã q tãtus non eſt] ſʒ paulo minoris authoritatis vir, [eũ decet ſentẽtias dicere,] quę ſunt ſubaudi [ſicuti] eſt dicere [fabulas.] hic eniʒ qꝛ minoꝛ ẽ, dicere põt ſnias fabuloſas, atqꝫ apologicas. [qui autem de ijs] .ſ. ſententijs, [quoꝝ vſum non hʒ] ſubaudi dicit, [ineptus atqʒ indoctus eſt,] ꝛ temerarius.

Signum aũt, qm̃ moroſi maxime ſentẽtiarum fictores ſunt, facileqꝫ enunciant.

Qꝛ aũt viri graues debeãt ſnias enunciare, probat a ſigno, ꝛ dicit. [Signũ aũt] ſubaudi ꝙ viri graues ſint ſentẽtiaꝝ ꝓnũciatores, eſt, [qm̃ ἀρχαῖοι, ideſt moroſi maxime ſentẽtiarum fictores ſunt, facileqʒ] ſentẽtias ipſas [enũciant.] ſunt autẽ ἀρχαῖοι moroſi, qui nimis exacte oĩa fieri expoſcũt, vnde actore Seneca, ſenectus moroſa eſt, qꝛ multoꝝ morũ intra ſe diuoꝝ experiẽtiã hʒ.

Vniuerſal'r aũt dicere, qð vl'e non eſt, conquęſtioni cõuenit, atqꝫ aduerſitati, ꝛ his, aut cum inceperit, aut cum demonſtrauerit.

Nunc aſſignat tẽpus, qñ vtile eſt vti ſentẽtijs, ꝛ dicit. [Vl'r autẽ] id generaliter aũt, ꝛ quaſi pro maiore parte [dicere, qð vl'e non.] ideſt dicere ſniaʒ, quę nõ eſt vl'is, ſed indefinita, [cõqueſtioni] .i. lamẽtationi, [atqʒ aduerſitati cõuenit,] in hoꝝ enim tꝑe maxime ſolẽt dici ſnię. nã hoĩes grauati tũc ꝑꝑ aduerſitates, nõ niſi breuia ꝑcipiunt: [ꝛ his] cõuenit dicere ſnias, [aut cuʒ inceperit] .ſ. ꝑponendo ſniaʒ, ꝛ poſtea addẽdo epilogum, [aut] e conuerſo [cuʒ demonſtrauerit] .ſ. pręponendo epilogum, ꝛ poſtponẽdo ſentẽtiam. vtroqʒ eniʒ modo ſolent oratores vti ſententijs in illis caſibus.

Verum ꝑuulgatis ẽt ſentẽtijs, atqꝫ cõibus vti oportet, ſi vtiles ſunt. nam (cuʒ cões ſint) quaſi oẽs confiteant̃, recte ſe habere vident̃.

¶ Aſſignat 4^m exemplu3:⁊ dicit.[Et p̃dones quide3 acquiſitores ipſi ſeipſos nũc vocãt,]vt epitheto honeſtiore ſe nũcupent,quo in modo Hiſpani omnium furaciſſimi,cum prędantur,ſe verbo Hiſpano buſcare dicunt. Et cum ciuitates,quas gubernant,tyrãniçant,dicũt verbo Hiſpano ſe puecbiare:ideo concludit.[Quapp licebit dicere iniuriatũ erraſſe,]qui eni iniuriam facit,errat contra leges,[⁊ errãte3 iniuriari,]qa qui errat contra leges,iniuriat.[furatu3 quoq3 ⁊ accepiſſe,⁊ rapuiſſe,]verum alterum eſt minus malũ,minuſq3 turpe dicere.Eſt enim iniuriari minus turpe,cum fortes hoies quãdoq3 iniurient.errare vo turpius:cum nemo dicet ſe errare, iniuriari vo,ita.Pręterea accipere non eſt turpe,rapere ⁊ furari turpe eſt.

capulos κώπας gladiatores gladioꝝ capientes.

¶ Qđ vo Telephus apud Euripidem dicit,regnare capulos,⁊ in Myſiam delatus, indecoru3 eſt,quia maius eſt id,quod eſt regnare q3 ſm dignitatẽ,nõ igit occultius eſt.

¶ Ultimo rep̃hendit metaphorã Telephi:⁊ dicit.[Qđ vo Telephus apud Euripidẽ dicit,⁊ in Myſia3 delatus]i.tũc cũ deferet in Myſiã,[regnare capulos indecorum eſt,]⁊ metaphora eſt nimis remota,[qa mai⁹ eſt id,quod eſt regnare,q3 ſit ſm dignitatem]capuloꝝ,nõ [igit]ſic dicere[eſt occultius,]quia tranſlatio eſt manifeſte diſſona.Unde hic annotari poteſt primus loc⁹ deſtructiuus metaphorę,vt dicamus metaphoram nõ eẽ decentem,quę accipitur ab eo,quod eſt ſupra dignitatẽ rei.Hoc pacto oium hominum furaciſſimu3 non recte diceremus regem latronum,quonia3 regnare excedit ipſum furari in dignitate,⁊ pręſtantia.

¶ Fit autem in ſyllabis quoq3 error,cu3 ſuauis vocis ſigna non fuerint,veluti Dionyſi⁹ chalcęus in elegijs poeſim clamore3 calliopes appellat.Nam vtraq3 voces ſunt.

¶ Hic eſt ſcđs locus deſtructiuus metaphorę,q talis eſt, cum metaphora accipit ab aliquo,in quo conueniũt nimis tenuiter,non eſt rhetorica,neq3 conueniens rhetoricis orõnibus.S3 cur hũc locum appellat errorem in ſyllabis,dici põt hunc locũ fieri errore ſyllabaru3,quia ſyllabę,ex qbus cõſtat vox,in qua cõueniunt,non ſunt ſigna ſuauis vocis in ſignificando,quoniam ſola voce ꝯueniunt cõparata,⁊ nullo alio.vñ dicit.[Fit aũt in ſyllabis quoq3 error,]ex qb⁹ vox fit,[cũ ſyllabę nõ fuerit ſigna,]ſiue ptes[vocis ſuauis]in ſig̃ndo.Uox enim dr̃ ſuauis in ſig̃ndo,q̃ties ſig̃t aliqđ cõe,in q̊ cõparata recte aſſiĺari pñt.vñ dicere poſſum⁹ locũ hũc accipi ab iſuauitate vocis in ſig̃ndo,⁊ tũc erit talis,cũ cõparata in nullo alio ꝯuentũt,niſi i ſyllabis vocis,metaphora nõ erit ꝯueniẽs,⁊ ponit exẽplũ:⁊ dic̃.[Ueluti Dionyſi⁹ chalcę⁹ i]ſuis[elegijs,poeſi3 appellat clamorẽ]ipſi⁹[calliopes] ſic eni fragor arboꝝ dici poſſet poeſis,qa ẽ,clamor.Deinde reddit rõnẽ:⁊ dicit.[Nã vtraq3 voces,]tã clamor, q3 poeſis calliopes ſunt.Clamor enim eſt vox hominũ, ⁊ poeſis eſt vox calliopes.

¶ Et quę non per ſignificantes voces fit,friuola eſt.

¶ Hic ẽ 3⁹ loc⁹ đſtructiuus,q talis ẽ,metaphora,q̃ fit p voces nõ ſig̃ntes,friuola ẽ rhetoricis,vt q̃ dr̃ đ hoie pęnit⁹ inutili,ac oino inualido,ꝙ ſit buf/vł baf/h.n.friuola metaphora ẽ,qm̃ buf/⁊ baf/ voces ſunt nõ ſigñantes.

¶ Pręterea non longe,ſed ex propinquis,⁊ his,quę eiuſdem generis ſunt,inominata nominare per tranſlationem oportet,quod pnuntiatũ patet,qm̃ propinquum eſt.

¶ Hic ẽ 4⁹loc⁹,⁊ põt legi affir^ue,deſtru^ue vo talis ẽ,trãſlatio,q̃ p remota colligit,rhetoricis nõ ꝯuenit.dic̃.[P̃. nõ lõge,ſ3 ex ppinqs,⁊ his,q̃ eiuſdẽ gñis ſũt,inoiata nominare p trãſlatiõe3 op3,qđ pnũtiatũ,]cũ ſic p ppiqua trãſfert,[p3,qm̃ ppinquũ ẽ,]⁊ ex ppinqs accepıu3.

¶ Ut in illo comprobato ęnigmate,viru3 vidi Pyrichalcum viro conglutinatum.Innominata eni3 affectio eſt,ſed ambo additio quędam ſunt,κολλυσιν/igitur colleſim/ ideſt ꝯglutinationẽ dixit cucurbitulę adhęſiõe3.

¶ Qđ dixerat đcłat p exẽplũ cuiuſdã ęnigmati:đcłat eni trãſlationẽ,q̃ accipit ab aliq̊ eiuſdẽ gñis,eẽ ꝯgruã.Ubi ãnotatiõe dignũ,fuiſſe nomẽ cuiuſdã viri ab igne ⁊ ęre, q dicebat Pyrichalc⁹,q i q̊dã ęnigmate p cucurbitula accipit.enigma erat,ανδρεῖ ιδον πυριχαλκον επανερι κολλησαντα.i.virũ vidi Pyrichalcũ viro ꝯglutinatũ:pyrichalcũ.n.qđ erat nomẽ viri cuiuſdã,p cucurbitula trãſfert,⁊ ſic de vtroq3 veꝝ ẽ,qm̃ ſiue pyrichalc⁹ p viro,ſiue p cucurbitula accipiat,ſemp applicari dr̃ viro.vñ dic̃.[Ut i illo cõprobato ęnigmate]qđ ſubdit dicẽs,[viꝝ vidi pyrichalcũ,viro ꝯglutinatũ,affectio eni] cõmunis viro ⁊ cucurbitulę[innominata eſt,ſ3 ambo.] ſc3 ta3 applicatio pyrichalci ad viru3,q3 amplicatio cucurbitulę ad virum[additio quędam ſunt,]ergo de cucurbitula,⁊ de pyrichalco dici poteſt,ꝙ ſit applicat⁹ viro,ppterea ſubdit.[Colleſim igitur]in ęnigmate.ideſt conglutinationem,[dixit]per metaphoram[cucurbitulę adhęſionem.]Hęc igitur eſt bona tranſlatio,quoniã non eſt a nimis remota comparatione.Nam applicatio pyrichalci,cum accipitur pro viro,⁊ cum accipitur pro cucurbitula,eiuſdem generis eſt.

¶ Et oino ex comprobatis ęnigmatibus metaphoram congruenter accipere poſſumus. Metaphorę eni3 obſcurę ſunt.quare palã, qm̃ bene tranſlatę ⁊ a pulchris.Pulchritudo autem nominis,hęc quidem ſicut lycymnius dicit,in ſonis,aut ſignificato eſt,turpitudo quoq3 ſimiliter.

¶ Nūc aſſignat locū affirmatiuū quaſi vlem ex ęnigmatibus, ⁊ poteſt aſſignari tertius ſi conſiderentur oīa loca priora, ⁊ pōt aſſignari ſcđs, ſi cōſideret̄ locus p̄xim⁹. ⁊ dicit. [Et oīno ex comprobatis ęnigmatib⁹ metaphorā cōgruēter accipe poſſumus.] Eſt igit̄ ſcđs locus affirmatiuus, metaphora, q̄ accipit̄ ex cōprobatis enigmatibus, eſt cōgrua rhetoricis. p̄bat h̄: ⁊ dicit. [Enigmata. n. metaphorę obſcurę ſunt.] igit̄ metaphorę, q̄ accipiūtur ab approbatis ęnigmatib⁹, ſunt rhetoricis cōgruę. Tūc cōcludit. [q̄re palā, qm̄] metaphorę, q̄ accipiunt̄ ab approbatis ęnigmatib⁹ [ſunt bn̄ trāſlatę, ⁊ a pulchris.] qn̄ volumus laudare, qn̄ v̄o volum⁹ vitupare transferunt̄ a turpib⁹. Deinde exponit, in q̄bus reb⁹ eſt nois pulchritudo, ⁊ dicit. [Pulchritudo autē nois hęc q̄dē ſic̄ lycimnius dicit, in ſonis eſt] .i. in ſonoritate vocū. Hoc eni nomen phauſina, quo ad ſonoritatem vocis pulchrius eſt, q̄ꝫ phęba, [aut ſignificato.] Hoc enim nomen phauſina quo ad ſignificatuꝫ eſt minus pulchrius q̄ꝫ phęba, q̄a ſignāt aurorā, phęba v̄o ſignificat Dianaꝫ, quę eſt Iouis ⁊ Latonę filia eodē partu cum Apolline genita. Addit. [Turpitudo quoqꝫ] .ſ. nois [ſimil'r] eſt in ſonoritate, ⁊ ſignificato. Ex ijs pꝫ locus. vꝫ. ꝙ metaphora, quę accipit̄ ex probato ęnigmate, congrua eſt rhetoricis.

Phauſina phęba.

¶ Adhuc auteꝫ tertium qđ ſoluit ſophiſticā rationeꝫ. Nō eniꝫ (vt inq̄t Bryſon) neminē eſt turpiter loqui, ſiquidē idem ſignāt ⁊ hocce pro hoccedicere: hoc enim eſt falſuꝫ. Eſt eniꝫ id falſum, cum aliud alio magis p̄prius ſit, ⁊ aptius, vt faciat rem ante oculos.

¶ Aſſignat tertium locum, ꝙ metaphora debet eē ex claris, ⁊ hoc dicit. [Adhuc autem tertiuꝫ,] vt metaphora ſit id, [quod] ſua perſpicuitate [ſoluat rationē ſophiſticā.] Cum enim aliquis non intelligit, facile capit̄ per ſyll'm ſophiſticum. ergo metaphora debꝫ eſſe perſpicua. Ex h̄ rep̄hendit cauillum Bryſonis, quo probabat nemineꝫ eſſe, qui turpiter loquitur, ideo dicit. [Non enim, vt inquit Bryſon, neminem eſt turpiter loqui,] etiam [ſi] ſupponatur ꝙ [ideꝫ ſignificet] τοδ'ε ideſt hocce pro τοδ'ε ειπειν. ideſt p̄ hocce dicere. Argumentabatur eni Bryſon qui dicit τοδ'ε, non turpiter dicit, quia τοδ'ε. ideſt hocce poteſt eſſe cōmune ad turpiter ⁊ ad pulchre dicendum. Utrūqꝫ eniꝫ illud pronomen τοδ'ε demonſtrare poteſt, ſed turpiter loqui idem eſt cum τοδ'ε. ideſt cum hocce, nam hocce poteſt illud demonſtrare, ⁊ ſic concludebat neminem turpiter loqui. Contra qđ dicit Ariſto. Hoc eni eſt falſum, vt idem ſignificet hocce, ⁊ hocce dicere, cuius rationeꝫ aſſignat. [Eſt eniꝫ id falſuꝫ, cū aliud alio magis p̄prium ſit, ⁊ aptius, vt faciat rem ante oculos] apertā ac perſpicuā, ⁊ ſic hocce dicere p̄pinquius eſt ad ſignificandum turpiter loqui q̄ꝫ hocce ſolum. Naꝫ h̄ pronomen τοδ'ε. ideſt hocce poteſt referre ⁊ dicere, ⁊ alia infinita, at hocce dicere, non eſt cōmune niſi ad ipꝫ loqui. Quare metaphora, quę ſumeretur ab tali obſcuritate, non congrueret rhetoricis orationibus p̄nimia ſui obſcuritate ac remotione. Ex ijs quę dixit perſpicuū eſt metaphoras, quę rhetoricis orationibus cōueniūt oportere eſſe ex p̄pinquis, deinde ex cōgruis, ⁊ demū ex manifeſtis, eiſqꝫ quę faciunt rem ante oculos.

¶ Pręterea non ſil'r ſe habens ſignāt hocce ⁊ hocce, qm̄ ſic etiam aliud alio pulchrius, ⁊ turpius exiſtimandum. Utraqꝫ enim honeſtum, ⁊ turpe ſignificant, ſed non inquātū honeſtum, aut inquantuꝫ turpe, aut hęc quidem ſic, ſꝫ magis ⁊ minus. Metaphorę v̄o hic a pulchris transferendę, aut a voce, aut a poteſtate, aut a viſu, aut ab alio quodā ſenſu.

¶ Neſcio quę velit Egidius, vt Ariſto. hic docet augere metaphoras, cum Ariſtoteles continuet demōſtrare obſcuritatem cauilli Bryſonis: dicit enim. [Pręterea non ſimiliter ſe habens ſignāt hocce, ⁊ hocce] nam primum hocce poteſt vnum ſignificare. ſcđm v̄o hocce poteſt ſignificare aliud, igitur cum ſit hocce valde ęquiuocum, ab eo non poteſt accipi metaphora. Or autem non ideꝫ ſignificent hocce, ⁊ hocce, probat. ⁊ dicit. [quoniam ſic etiam aliud alio pulchrius ⁊ turpius eſt exiſtimandum. [Utraqꝫ eni] illa. vꝫ. hocce ⁊ hocce [honeſtuꝫ ⁊ turpe ſignificāt,] aut accipi poſſunt ſignificare, [ſed] ſubaudi ēt accipi poſſunt, [non inquantum] ſignificāt [honeſtum, aut inquātuꝫ turpe, aut hęc quidē] ſic, aut dato ꝙ accipiantur ſignificare hęc ſic, [ſed magis ⁊ minus] ſignificare accipi poſſunt, ergo vt Bryſon ſyllogiçabat neminē turpiter loqui, poterimus exiſtimare, vt ꝯcludat aliquē alio loqui ⁊ turpius ⁊ pulchrius, quoniā hocce, ⁊ hocce poſſunt illa ſignificare q̄a ſup̄i⁹ dixit metaphoras aliqn̄ accipi a pulchris, aliqn̄ a turpib⁹, dic̄. [Metaphorę aūt a pulchris hic trāſferēdę,] ſubaudi trāſferunt̄ [aut a voce pulchra] .i. aut a pulchro ſm̄ voceꝫ, [aut poteſtate] .i. aut a pulchro ſm̄ v̄tutē, ⁊ poteſtatē, [aut a viſu] .i. aut ab eo, qđ eſt pulchrū ſm̄ viſuꝫ [aut ab alio quodā ſenſu] .i. aut a pulchro, quod eſt ſm̄ alium ſenſum.

¶ Quippe cū differat dicere, vt phauſinā roſeis digitis, magis q̄ꝫ phęniceis, ⁊ q̄ꝫ adhuc ineptius rubeis digitis.

De phauſina. phauſina ἠὼς aurora.

¶ Cū dixiſſet metaphoras, q̄ trāſferunt̄ a pulchris, trāſferri aliqn̄ a pulchris ſm̄ voceꝫ, aliqn̄ a pulchris ſm̄ viſum, aſſignat exēplū, qn̄ trāſferunt̄ a pulchris ſm̄ viſū, ⁊ exēplificat de phauſina nr̄a puella, quā p̄p̄ ai corpiſqꝫ pulchritudinē depimus. de q̄ diximus lib° de re aulica: hic ab Ariſt. ἠὼς nūcupat̄, q̄ alio gręco v̄bo phauſina dicatur, latine v̄o aurora. p̄p̄ea dicit. [Quippe cū differat dicere] vno mō pulchrū, ⁊ alio mō. [vt phauſinam magis] pulchre dicim⁹ ſi dixerim⁹ eā eē [roſeis digit] q̄ꝫ phęniceis, ⁊ q̄ꝫ adhuc inepti⁹] eā dicim⁹ eē [rubeis digitis,] oīa eni idē ſignāt, tn̄ cū voluerim⁹ laudare phauſinā a digitis, trāſferem⁹ colorē digitoꝝ a roſeo colore magis q̄ꝫ a phęniceo, vel rubeo. Dr̄ eni a gręcis ἠὼς ῥοδοδάκτυλος. i. phauſina roſeis digit, ⁊ φοινικοδάκτυλος. i. phęniceis digitis, ⁊ ἐρυθροδάκτυλος. ideſt rubeis digitis, ſed pulchrius dicetur phauſina, cum dixerimus, eaꝫ eſſe roſeis digitis.

¶ In epithetis etiam adiectiones tam a malo vel turpi facere poſſum⁹ vt matricida, q̄ꝫ a meliore, vt patris vltor.

¶ Ea q̄ dixit in metaphoris, ꝙ. vꝫ. poſſint trāſferri a meliore, ⁊ a peiore, idē exponit in epithetis: ⁊ dic̄. [In epithetis ēt, adiectiōes tā a malo, vel turpi facere poſſum⁹.] vt matricida] dicat̄ q̄ matreꝫ iteremit, [q̄ꝫ a meliore, vt] dicat̄ [p̄ris vltor.] idē h̄ ſignt, ſꝫ ſi dixerim⁹ eū, q̄ mr̄em interemit, matricidam turpem adiectionem facim⁹. Si autem vltorem patris, honeſtā appellationē dicemus.

¶ Et Simonides, cum ſibi nō multum mercedis afferebat, qui mulab⁹ vicerat, nolebat, carmen componere, quaſi contēnens in laudem

dem

dez ſemiaſinoꝝ id facere. Cum vo multum afferebat, componebat, ſaluete equorum pedibus expeditorum filię, lz etiam aſinoruz filię eſſent.

Aſſignat exemplum Simonidis: ⁊ dicit. [Et Simonides, cum ſibi non multum mercedis afferebat, qua mulabus vicerat] in ludis, qui fiebant per mulas, [nolebat carmen componere] de laudibus mularum, [quaſi contēnens in laudem ſemiaſinorum id facere]. Eſt eniz mula ſemiaſinus, quia generatur ex aſino, ⁊ equo. [Cuz vo multum] mercedis [afferebat, componebat] carmen in laudem mularum, ⁊ dicebat, χαίρετε ἀελλοπόδων θυγατέρες ἵππων. ideſt ſaluete equorum expeditorum pedibus filię, lz aſinorum etiam filię eſſent.

Ad hęc idipſum diminuere. Eſt autez diminutio, quę tam bonum ꝙ malum minus oſtendit, vt in babylonijs Ariſtophanes irridens dicit pro auro aurulum, pro veſte veſticulam, pro conuitio cōuitioluz, pro ęgrotatione ęgrotatiūculam. Cautū autē eē opz, ⁊ in vtriſqz ſeruare mediocritatem.

Cum docuiſſet laudare, ⁊ vituperare per metaphoras ⁊ epitheta, nunc docet diminuere laudes, ⁊ vituperationes, per hęc eadem: ⁊ dicit. [Ad hęc idipſuz,] ſcilicet laudare, ⁊ vituperare [diminuere poſſumus,] ⁊ ne ignores quid ipſa diminutio ſit, dicit. [Eſt autez diminutio, quę tam bonum, ꝙ malum minus oſtendit,] hanc ſuperius appellauit extenuationem, vt etiaz Cicero vocauit, quā per exemplum exponit: ⁊ dicit. Ut in babylonijs Ariſtophanes irridēs dicit pro auro, χρυσίδαριον. ideſt [aurulū, pro veſte] ἱματίδαριον. ideſt [veſticulam, ꝓ conuitio] λοιδορημάτιον. ideſt [conuitiolum, ꝓ ęgrotatione] νοσημάτιον. ideſt ęgrotatiunculam,] tunc affert pręceptum tam in amplificationibus ꝙ in extenuationibus: ⁊ dicit. [Cautum autem eſſe oportet, ⁊ in vtriſqz] .ſ. tam in amplificatione, ꝙ in extenuatione [ſeruare mediocritatem.] Nā ſeruare mediocritatem fere in oībus rebus laudatur: neqz enim nimia additio cōſonat,

De metaphora.

neqz nimia diminutio delectat. Sed quid metaphora ſit, ⁊ quot modis dicatur, in ludicris dilucide expoſuimus. tamen breuibus repetamus. Eſt enim metaphora verbum gręcum, latine autem tranſlatio: ⁊ (vt Cicero inquit) metaphora eſt, quę a propria ſignificatione ad nō propriaz, aut ſimilitudinis, aut decoris, aut neceſſitatis, aut cultus, aut emphaſeos gratia, tranſlatio fit, vt cū de Achille leonem dixero. Fit autem multifariā, vt Quintilianus inquit, aut in rebus animalibus, vt cum aliud ꝑ alio ponitur, veluti in illa clauſula, cum veniet leo, oēs beluas fugabit. Leo quidem ad regem, beluę ad tyrannos transferūtur. Scdo fit cū tranſlatio fit de inanimata ad inanimatam, vt e fontibus eoruz apud Ciceronē. libro pmo officioruz .i. abundante ſcientia. Tertio cū ex inanimatis ad animata, vt torrens eloquētię latinę .i. Cicero. Quarto cum damus actum ⁊ ſenſum inſenſatis, vt dolent montes. Cętera vo quęras in ludicris. Hęc de metaphoris.

De frigidis ſcurrilibus. ψυχρα frigida.

Frigida vo in dictione fiunt quadruplr ⁊ in noibus compoſitis, vt Lycophron multifacies cęlos, magniuerticis terrę, littus anguſtiuaduz, ⁊ vt Gorgias appellabat, Ptochomuſus adulator, ⁊ deierantes, debeneierantes, ⁊ vt Alcidamas refertus quidez animum repletum, ignicolorem viſum factuz, ⁊ finiferam putauit prōptitudinem ipſoruz fore, ⁊ finiferam perſuaſibilitatem orationū ſtatuit. Et purpuro color Thettali domus. Hęc eni oia ꝑpter cōpoſitionem poetica videntur, hęc quidem vna cauſa eſt.

Cum locutus eſſet de metaphoris, in pręſenti capite vult docere quonam modo frigiditas in dictione ipſa euitari poſſit per quę vult habere, quonaz modo ſcurrilia ſunt euitanda. Nam frigida ſcurrilia ſunt, vt libro de re aulica dictū eſt. Et primo declarat quot modis frigiditas in dictione ipſa contingere poſſit, ſed quid ſit frigiditas in dictione, non planum eſt. Ariſtoteles enim ψυχρα. ideſt frigida in dictione quatuor modis fieri autumat, ſed vnde frigida dicantur, non expoſuit, eſt itaqz dictionis frigiditas, quam barbari inſipiditatem alij abuſionem vocant, cum aliquo nimis licenter vtimur, vt fit, cum aliqua re vtimur contra id, ad quod eſt inſtituta, vt ſi in templo ciuilia negotia tractaremus, tēplo diceremur abuti. Hinc abuſiuum idem ei eſt, quod contra naturam, ac peculiarem vſum fit. Ariſtoteles autem frigidum hic non accipit pro eo, quod frigus habet: ſed pro eo, quod naturę noſtrę non conſonat, quomodo dicitur a Uirgilio frigidus, o pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Dicitur igitur dictio frigida, quoties conſtat ex ijs nominibus, ac verbis, quę non conueniunt proprię ac peculiari ſuę naturę, qua eſt. Ariſtoteles igitur hanc, ſiue abuſionem, ſiue inſipiditatem, ſiue frigiditatem quatuor modis in dictione accidere autumat, qm̄ quatuor modis naturę rhetoricę dictiōis nō ꝯueniūt: vñ dicit. [Frigida vo in dictiōe] .i. i orone, rhetorica [fiūt q̄druplr] quorū primū modū aſſignat: ⁊ dicit. [Et] ſcilicet primo [in nominibus compoſitis,] ideſt primo modo nominuz compoſitione: quę circūlocutio dicit: [vt Lycophron,] qui dicit, πολυπρόσωπον οὐρανὸν μεγαλοκορύφου γῆς ἀκτὴν στενόπορον. ideſt [multifacies cęlos, magniuerticis,] ſiue magniceruicis [terrę] arctiuadum in quibus verbis eſt triplex frigiditas, altera, cum nominando cęlos, dixit multifacies, altera, cum appellando terram dixit magniuerticē, vel magniceruicem. Tertia cum nominando mare ſiue littus dixit [arctiuadum,] ſiue anguſtiuaduz. Deinde aſſignat alia eiuſmodi ex Gorgia, ⁊ dicit, vt Gorgias appellabat πτωχομούσος, ideſt pauperſciꝰ adulator. Ptochomuſus enim ad verbuz latine pauperſcius dicitur. [Et] κατευορκισαντας quaſi [debeneierantes.] Deinde aſſignat alia eiuſmodi ex Alcidamas, qui [refertus quidē] ipſos vocabat χυμον πλησουμενην. ideſt [animum repletum, ignicolorem viſum factum. et] τελεσφορον ideſt [finiferam putauit prōptitudinem ipſorū fore.] prōptitudo eni oratoꝝ finifera eſt, [⁊ ſtatuit] ēt [ꝑſuaſibilitatē orōnū] τελεσφορον .i. finiferā, ⁊ κυανοχρων της θετταλου .i. [⁊ purpurocolor Thettali domꝰ, hęc enim oia ꝑꝑ compoſitionem poetica videntur]. Tunc epilogat hūc modum, ⁊ dicit. [Hęc quidez vna cauſa eſt.] ſcilicet frigiditatis in dictione rhetorica: quę (vt dixi) eſt compoſitio nominum.

Altera aūt priſcis vti, vt Lycophron Xerſem Pelorium viruz, ⁊ Sciron ſinnis vir, ⁊ Alcidamas, athyrma poeſi, ⁊ naturę ataſthaliā, ⁊ acrator mentis, ⁊ ira tethegmenō.

priſcis γλωτταις linguis.

¶ Hic aſſignat 2^{m} modum,quo accidit in orone frigiditas,⁊ eſt ob vſuȝ priſcoꝝ noium nimiū:⁊ dicit.[Altera] autē ſubaudi cauſa frigiditatis[eſt vti priſcis,]verbum priſcis grece eſt γλωτταις,latine vo linguis,nā nimio vſu linguaruȝ priſcarū accidit in orone frigiditas.⁊ ponit exempla,q̄ grece retuli,qm̄ apud latinos non valēt, ea eni que priſca ſunt apud grecos,in eadē ſignatiōe nō ſunt priſca apō latinos,pmū exēplū ſunt verba,que de Xerſe dixit lycophron,cum inquit.[Ut lycophron]appellādo Xerſeȝ]dixit πελωριον ανδρα.i.[igētē viꝝ] verū apud grecos peloriū eſt priſcū vocabulū, apō vo nos vbū igētem nō eſt priſcū.[et]alibi dixit hec verba σκιρων σιννις ανηρ, ſciron ſinnis vir,nominādo eni ſcironem dixit,ꝙ ſit ſinnis vir,modo apud grecos ſinnis vocabulum priſcum eſt,apud nos latio,vel nocuus non eſt vocabulum priſcum.Aliud exempluȝ ſunt verba Alcidame qui in quodaȝ loco dixit, αθυρμα τῆ ποιησει,hoc eni verbuȝ athyrma,qō apud latinos eſt ludus poeſi priſcuȝ eſt,ludus auteȝ apud nos non eſt priſcum.Alibi vo dixit[et] την της φυσεως ατασθαλιαν,[⁊ nature ataſthaliaȝ].i.ſupbiā vel ɔtumaciā,mō ataſthalia priſcū verbum eſt apud grecos,apud latinos aūt ſuperbia vel contumacia non eſt priſcum.[et]alibi dixit, ακρατωρ της διανοιας.ideſt impotens mētis, vbi patet acrator verbum apud grecos eſſe priſcum, impotens vo non apud nos.[et]alibi dicit, [ορρη τεθηγμενον.]ideſt ira exacerbatum , vbi te thegmenon verbum priſcum eſt apud grecos,exacerbatum vo nō eſt apud nos priſcum.ꝓpter hec perſpicuuȝ eſt hec exēpla non conſonare lingue noſtre,cum transferuntur in latinū.Poteris tamē apō latinos priſca his ſimilia plurima inuenire,que inuenias,ſi placet.

¶ Tertium autem in epithetis,cū aut lūgis,
impoꝛtunis ακαιροις alienis. aut inoppoꝛtunis,aut frequētioribꝰ vtimur.

¶ Nunc aſſignat 3^{m} moduȝ frigiditatis,⁊ hec fit epithetorum abuſu:⁊ dicit.[Tertium autē in epithetis.]ideſt tertia cauſa frigiditatis eſt epithetorum abuſu,quaȝ tripliciter accidere arbitratur,cum inquit.[Cuȝ aut lōgis, aut]ακαιροις.ideſt[inoppoꝛtunis,[ſed Georgius alienis expoſuit,[aut frequētioribus vtimur,]quid epithetum ſit,latini exponunt impoſitum.
De epithetis
Quod eniȝ greci dicunt επιθετον,nos adiectiuum,ſiue impoſitum appellamus.Imponit̄ autem,aut p̄teritis,aut a p̄ſentibꝰ accidētibus,nōnūq̄ etiaȝ a futuris Uirgil.Infelix Dido peſti deuota future.⁊ nūq̄ ponit̄ ſine ſubſtatiuo, in quo differt ab antonomaſia,vt ſaturnia.i.Dido.Sic igit̄ 3^{a} cauſa frigiditatis eſt vitium epithetorum.

¶ In poeſi eniȝ decet album lac dicere,in oratione enim,nonnulla quidem indecora ſunt, nōnulla autem,ſi ſint abūde,arguunt,ac patefaciunt poeſim eſſe.

¶ Exponit que dixerat,⁊ primo de epithetis inoppoꝛtunis,ideſt nō neceſſario addendis,⁊ dicit.[In poeſi eniȝ decet albū lac dicere,]vbi albū eſt inoppoꝛtunū epithetū,qm̄ nō nec̄io addit̄ lacti,ꝑꝑea dici pōt alienuȝ,qa albū nō eſt epithetū lactis,ſed eoꝝ,q̄ in ſui rōne non icludūt albedinē.Ego tn̄ ακαιρα,nō aliena,ſed inoppoꝛtuna rectius dicerē.Nā aliena epitheta apud grāmaticos ſūt q̄ ſubſtātiuo,cui adiūgūt̄,nō ɔueniūt,vt cū dr̄ dulce mare,frigidus ignis,⁊ id genus.Deide aſſignās cāȝ huius,⁊ alioꝝ dic̄.[In orone eni nōnulla qdē idecora ſūt] ſcȝ que ſunt inoppoꝛtuna,aut lōga:[nōnulla aūt,ſi ſint abūde].i.frequēter poſita,[arguūt/ac patefaciūt poeſim eſſe.]frequētia epitheta ſunt,aut cū eidē ſubſtātiuo plura ſynonyma addūtur:vt cū dicimus lignū albū,candiduȝ,niueum,⁊ id genus,aut foꝛtaſſe melius frequētioꝛa epitheta dici poſſunt,q̄ in orone ſunt crebꝛa,ſi ſingulis ſubſtātiuis ſuum daret̄ adiectiuum.

¶ Et qm̄ opȝ vti ipſa,(cum mutet moꝛeȝ) dictionem quoq̄ efficit externam.
externam ξενικην hoſpitalem

¶ Oſtēdit hic q̄lem dictionē faciat poeſis,qm̄ opȝ ea vti in ſoluta orone:⁊ dic̄.[Et qm̄]nōnūq̄ in ſolutis oronibus[opȝ vti ipſa].ſ.poeſi,[cū]talis poeſis in rhetoꝛicis oronibꝰ[mutet moꝛē,]qa ꝑuertit qō vſitatiſſimuȝ eſt in rhetoꝛicis oronibꝰ,ideo ɔcludit,[dictionē quoq̄]rhetoricā[efficit]ξενικην.i.[externā]⁊ hoſpitalē,q̄ nō ꝓpe ē rhetoꝛica.poeſis ḡ q̄ vtimur in rhetoꝛicis cū opꝰ fuerit, facit orone,in q̄ ipſa ponit̄ hoſpitalē,⁊ aduētitiam.

¶ Sed opoꝛtet mediocritatem ſeruare. qm̄ peius efficit q̄ȝ ſit temere dicere.quippe cuȝ partim non bene,partim male ſe habeat.
temere εικη foꝛtuito.

¶ Cū dixiſſet opoꝛtere aliqn̄ vti poeſi in ipſis oronibus rhetoꝛicis,ſaltē coacte,nūc dic̄ in tali poeſi.[Sȝ opȝ mediocritatē ſeruare qm̄]vti poeſi in extremo[peiꝰ efficit] ideſt rhetoꝛicā oronē peioꝛē facit,[q̄ȝ ſit]ipȝ[temere dicere,ꝙppe cū]ſubaudi ipȝ temere dicere,[ꝑtiȝ nō bene, ꝑtiȝ male ſe hēat.]at dicere oino poetice in extremo eſt ſemp maledicere.igitur poetice extremaliter dicere eſt peius dicere q̄ȝ dicere temere,cuȝ dicere temere aliquādo ſit non bene.

¶ Jccirco ea que Alcidamantis ſunt,frigida videntur. Nō eni vt bellarijs,ſed vt cibarijs vtitur epithetis valde crebꝛis.

¶ Nūc per viam cōſequentie oſtendit frigiditatē,q̄ accidit ꝑꝑ crebꝛi epitheta:⁊ dicit.[Jccirco ea,q̄ Alcidamantis]epitheta[ſūt,frigida vn̄r,]ſubaudi ꝑꝑ crebꝛitatē,cuius rōnē aſſignat:⁊ dicit.[Nō eni vt]υδισμασι.i.condimētis,ſiue[bellarijs,ſed vt cibarijs vtit̄ epithetis valde crebꝛis].¶ Quo vo ad rem attinet,bellaria ſunt cibi ſcōe mēſe,q̄ ad irritādā gulā iuēta ſunt,⁊ ꝑ metaphoꝛā epitheta cōparant̄ bellarijs, ſubſtātiua vo cibarijs,vel foꝛtaſſe loco bellarioꝝ meliꝰ dicerēmꝰ ɔdimēta,vl̄ ſapoꝛes,qm̄ epitheta addūt̄ ſubſtātiuis vt ſapoꝛes,q̄tenꝰ ſubſtātiuū reddūt iucūdius,qa igit̄ Alcidamas crebꝛis epithetis vtebat̄,videbat̄ eis vti non vt condimentis, ſed vt cibarijs ipſis,ideo erant frigida.

¶ Et maioꝛibus ⁊ patentibus.vt non ſudoꝛem,ſed humidum ſudoꝛem,nec in iſthmia, ſed in iſthmiarum ſolēnitateȝ,nec leges, ſed ciuitatum reges leges,nec veloci,ſed veloci anime impetu,nec ſcium,ſed nature captans ſcium,⁊ triſtem ſollicitudinē animi,nec gratie,ſed plebeie conditoꝛ,⁊ gubernatoꝛ audientium voluptatis,nec ramis, ſed ſylue ramis oculuit:nec coꝛpus tegebat, ſed coꝛpoꝛis pudoꝛē, ⁊ contra effingēs aī cupiditatē.
ꝫ effingens αντιμιμων

¶ Nūc loqt̄ de crebꝛis epithetꝭ,ſȝ patētibꝰ,ſunt eni q̄dā epitheta crebꝛa,q̄ nō ita patēt de ſuis ſubſtātiuis,h̄ autē crebꝛa patētia,cū h̄ qō ſūt crebꝛa patētia,ſūt ēt inoppoꝛtuna,ſiue aliena,iō loqt̄ de crebꝛis patētibꝰ,q̄ qa ſunt d̄ ſuis ſubſtātiuis patētia,ſūt inoppoꝛtūa:⁊ dic̄.[Et]q̄ ſubaudi ſūt Alcidamātꝭ,[maioꝛibꝰ].i.crebꝛioꝛibꝰ[⁊ patētibꝰ]⁊ ſbaudi alienis epithetꝭ,ſt̄ frigida,⁊ poetica,⁊ aſſigt̄
alr τιμιον honoꝛabilē.
exempla

exẽpla ex his ꝙ̃ dixit alcidamas:⁊ dic̃.[Ut nõ]ἰδ͂ρόντα .i.[ſudorẽ,ſꝫ]τον υγρον ιδ͂ροντα,[hũidũ ſudoreꝫ]in ꝗdã loco dic̃,vbi epitɯetũ illõ hũidũ,inopportunũ ẽ,⁊ patẽs de ſudore[Et]alibi cũ voluiſſet dicere i iſthmia.i. feſta,[nõ in iſthmia,]ſꝫ in την των ισθμινις πανγυριν.i.in feſtoꝝ ſollẽnitatẽ dixit,mõ in illo v̾bo ſõle nitatẽ itelligit̃ feſtoꝝ.Et cũ voluiſſet dicere leges,[nec] dixit[leges,ſꝫ ciuitatũ reges leges,]vbi inopportunum eſt addere ciuitatũ,qm̃ leges ſemper ciuitatum ſunt,⁊ in opportunũ eſt addere reges,qm̃ ſemper leges regũt.Et cum voluiſſet dicere veloci,[nec veloci]dixit,ſed dixit [veloci impetu aiẽ,]mõ in v̾bo veloci itelligit̃ ipetu,⁊ cum voluiſſet dicere ſciuꝫ,[nec ſciuꝫ]dixit:[ſed naturẽ captãs ſcium,]mõ in verbo ſciuꝫ intelligitur naturẽ ca ptans:[et]alibi dicẽs triſtẽ,dixit.[triſtẽ ſollicitudinem animi:]mõ in verbo triſtẽ itelligit̃ ollicitudo animi.ſꝫ cũ voluiſſet dicere[grẽ,]nec grẽ dixit,[ſꝫ]dixit[ꝯditoꝝ, ⁊ gubernatoꝝ plebeiẽ voluptatis audiẽtiũ,]mõ vel ꝯdi toꝝ vel gubernatoꝝ ſupfluit.⁊ in v̾bo grã itelligit̃ volu ptas,⁊ cum voluiſſet dicere ramis oculuit,[nec ramis] oculuit dixit:[ſꝫ ſylue ramis oculuit.]⁊ alibi,[nec corpꝰ tegebat]dixit[ſed corporis pudorem].i.pudẽda,[⁊ con tra effingẽs animi cupiditatẽ]mõ in occultatiõe corpis etiam pudendoꝝ erat occultatio,⁊ aduerſatio cupidita tis.igit̃ hẽc epitheta ſũt,tũ crebra patẽtia,tũ iopportũa.

¶ Idem autẽ ſimul ⁊ compoſituꝫ,⁊ epithe tum eſt,quare poema fit,⁊ ſic inuenerũt pra uitatis exceſſum. Quapꝑ poetice dicentes ob indecoruꝫ ridicula ⁊ frigida,confingunt, ⁊ obſcura componunt propter nugationeꝫ. Cum enim cognoſcenti ꝓponuntur,diluci ditatem obſcuritate diſſoluunt.

¶ Erga tu poſſes dicere hẽc epitheta eſſe inopportuna, ⁊ oblõga,ſtatim rñdens.[idem autẽ]ingt[ſimul]⁊ com poſituꝫ.i.longũ, ⁊ epithetum eſt.]Quid v̾o ſit longum epithetũ,in ſequẽti textu patebit.ꝓpterea concludit,[ꝗ re poema fit,]⁊ ſic tales oratores[inuenerunt prauita tis]ideſt frigiditatis[exceſſuꝫ,]tũc ꝗlia fecerint,ſubſcri bit.[Quapꝑ poetice dicẽtes ob idecoꝝ,ridicula ⁊ frigi da cõfingũt,⁊ obſcura cõponũt ꝑꝑ nugationẽ].i.ꝑꝑ in utilẽ eiuſdẽ repetitionẽ,cuius rõnẽ affert:⁊ dic̃.[Cũ eniꝫ cognoſcẽti]hẽc[ꝓponunt̃,diluciditatẽ obſcuritate]nu gatoria[diſſoluũt.]Quare hẽc euitanda ſunt in rhetori cis oꝛonibꝰ.Nã ſi hẽc cognoſcẽti obſcura ſunt ꝑꝑ nuga tionẽ,⁊ lõgoꝝ epithetoꝝ ꝯfuſionẽ,lõge magis ignoran tibꝰ erũt obſcura ⁊ inutilia:ꝙ̃ rõne fit,vt non ſint rheto rica,qm̃ rhetoricẽ orationes debent eſſe dilucidẽ.

¶ Utũtur auteꝫ homines cõpoſitis,cuꝫ ⁊ res innominata,⁊ dictio ad compoſitioneꝫ apta fuerit.vt χρονοτριβεῖν chronotribin,quod ſi crebrius fiat,omnino poeticum eſt.

¶ Nũc de lõgis epithetis ingt.[Utũtur aũt hoies cõpo ſitis].i.lõgis epithetis,in duplici caſu,[cũ ⁊ res inoiata fuerit,⁊ cum dictio].i.nomẽ vel verbũ aad alterum no men,vel verbũ,[ad cõpõneꝫ apta fuerit,vt]apõ grẽcos eſt hoc verbũ χρõνοτριβεῖν,qõ latine imorari,ſiue tẽ pus terere.Hoc eni cõponit̃ ex chrono/⁊ tribin.ideſt ex tẽpore ⁊ terere,⁊ addit,[qõ ſi crebrius fiat, oĩno poeti cũ eſt,]qm̃ erit duplex frigiditas ⁊ rõne lõgitudinis ſi ue cõpõnis,⁊ rõne crebritatis.Dicunt̃ autẽ lõga epithe ta cõpõne pluriũ,vt duripilũ,caprigenũ,candi rubrum vitiginũ:hẽc eni lõga ſunt,⁊ cõpoſita:grãmatici longin

qua,quẽ ⁊ nimis remota ſunt,dicunt,vt dirceus oedipꝰ. ideſt Thebanus a dirce fonte,vel ſerpenti genus a ſer pẽtis filiјs Thebaꝝ ꝯditoribꝰ.Lõgũ eſt etiã illud Uir gilij in 6°.Quem cõtra breuiter fata eſt amphiſia vates. lege Seruiũ ſuper verbo amphriſia.i.apollonia.

¶ Quapꝑ compoſita dictio ijs maxime vti lis eſt,qui dityrãbos conficiũt. Inflati nãqꝫ iſti ſunt. Priſca vera heroicis:dignitatẽ eni ⁊ magnitudineꝫ affert,metaphora aũt,iãbi cis,qbus(vt dictum eſt)nunc vtuntur. — *magnitudiez αυθαδ͂ες ſuperbum.*

¶ Cum dixiſſet hẽc de dictionibus,nunc qbꝰ vtiles ſint, demõſtrat:⁊ dicit.[Quapꝑ cõpoſita dictio].i.epitheuꝫ cõpoſitum ac lõgum,[ijs maxime vtilis eſt,]qui dityrã bos conficiunt,]⁊ aſſignat cãm:⁊ dicit.[Inflati namqꝫ iſti ſunt,]⁊ inflatis epithetum cõpoſitum eſt idoneum. [Priſca v̾o] ſ.dictio quẽ grẽce γλωτται dicunt̃,ἐπο ποιοις.ideſt heroicis idonea eſt,⁊ aſſignat rõnem:⁊ di cit.[Dignitatẽ eni ⁊ magnitudinem affert]priſca ipſa di ctio,quẽ heroicis idonea eſt.[Metaphora auteꝫ.]ideſt epithetum tranſlatitium competit[iambicis, quibꝰ(vt dictum eſt)nunc vtũtur.] — *De vtilitate epithetoꝝ a pud poetas.*

¶ Inſuper etiã quarta frigiditas in metapho ris fit,cum ⁊ ipſe non conueniunt,aut qm̃ ri diculẽ,quibus comici vtuntur,aut quoniaꝫ inflatẽ nimis,ac tragicẽ,aut quoniam obſcu rẽ,quia remotiores.

¶ Aſſignat quartaꝫ cãm frigiditatis:⁊ dicit.[Inſup etiã quarta frigiditas in metaphoris fit,cum ⁊ ipſẽ non con ueniunt,]quas non conuenire multifariam exponit, ⁊ dicit.[Aut quoniam ridiculẽ,quibus comici vtunt̃, aut quoniaꝫ inflatẽ nimis,ac tragicẽ,aut]tertio[qm̃ obſcu rẽ,qa remotiores,]⁊ a remotioribus deriuatẽ. — *De vſu meta phoraꝝ a po etis.*

¶ Ut Gorgias virides,⁊ ſanguineas res,tu autem hẽc turpiter ſeminaſti,⁊ male meſſui ſti. Poeticum enim nimis eſt.

¶ Ponit exemplũ de obſcuris metaphoris,quẽ a remo tioribus accipiuntur:⁊ dicit[Ut Gorgias,χλωρα και ἐναίματα πραγματα,συ δ͂ε ταυτα ανσχρωσ μεν εσπειρας,κακως δ͂ε εθεριας,ideſt virides res, atqꝫ ſanguineas,quas turpiter ſeminaſti,perperã quoqꝫ meſſuiſti.vel facula incidiſti,hoc enim(vt Ariſt.inquit) valde poeticum eſt:appellare enim ſemina virides res, ⁊ ſanguineas,valde poeticum eſſe videtur.

¶ Et Alcidamas phĩam propugnaculuꝫ le gum,⁊ odyſſeam pulcherrimũ humanẽ vi tẽ ſpeculum,⁊ nihil tale ludicrum poeſi af ferens. Cuncta eni hẽc parũ credibilia ſunt, propter ea,quẽ dicta ſunt. — *ꝓpugnaculũ επιτειχι σμα vallum. ſpeculum κατοπ τρον ludicrum αθυρμα*

¶ Deinde aſſignat alia exempla ex alijs metaphoris ob ſcuris:⁊ dicit.[Et Alcidamas]appellauit[phĩam].ſ.mo ralem ἐπιτειχισμα.ideſt[propugnaculuꝫ]vel vallũ [legum,⁊ odyſſeam appellauit pulcherrimum humanẽ vitẽ]κατοπτρον.ideſt[ſpeculũ,⁊ nihil tale ludicrũ affe rẽs,]qõ ſpeculum non eſt afferens ludicrum,ſed mode ſtiam,de quibus Ariſt.inquit.[Cũcta eni hẽc parũ credi bilia ſunt,ꝓpterea quẽ dicta ſunt].ſ.qa nimis poetica.

¶ Illud auteꝫ Gorgiẽ in irundinem cum ſu per eũ volãs ſtercus emiſerit,optime,ac tra gice dictũ eſt,dixit eni aui qdẽ o philomela,

ſi id fecerit,turpe non eſt,virgini aũt turpiſſimum. Recte igitur obiurgauit,quoniam nõ quod eſt,dixit,ſed quod fuit.

¶ Aſſignat vltimũ exemplũ ex Gorgia,ꝛ dicit.[Illõ aũt Gorgię in irũdinem,cũ ſuper euꝫ volans ſtercus emiſerit,optime,ac tragice dictũ eſt.Dixit eniꝫ]loquẽs Philomelę ſorori Irũdinis.αἰσχρον τε ω φιλομηλα ὀρνιδι μεν γαρ ει εποιησεν ουκ αισχρον,παρθενω,[aut quidem o philomela ſi id fecerit,turpe nõ eſt,virgini autẽ turpiſſimum,]dicit Ariſto.[recte igit̃ obiurgauit,]cõtra irũdineꝫ,[qm̃ non qõ eſt,dixit,]nõ enim eſt virgo,cũ ſtercus emiſit,[ſed qõ fuit].ſ.virgo. Hęc metaphora eſt obſcura,quoniam obſcure per auem intelligimus deuirginatam,ꝛ per virginem irũdinem.

De imagine εἴκως imago ſilitudo.

¶ Imago autẽ ꝛ metaphora eſt,paruꝫ enim differt. Nam cũ Achillem vt leonẽ irruiſſe dicit,imago eſt,cuꝫ vo leoneꝫ irruiſſe,metaphora. Cũ eniꝫ vterqꝫ virib⁹ excellat Achillem in leonem transferendo appellauit.

¶ Nũc de rhetorica imagine,q̃ gręce εικως dicit̃, latine ſimilitudo,a quibuſdã vo dicit̃ aſſimilatio, a Quintiliano vo lib° 8°.ſimilitudo atqꝫ cõparatio dicit̃:q̃(vt Ari. ꝛ Quintilianus aſſerũt)a metaphora differt ꝙ ſil'itudo comparet̃ rei,quã volumus exprimere: metaphora vo pro re ipſa dicit̃ .Uñ fit,vt in imaginibus vtamur notis aſſimilatiuis,nõ autẽ in metaphoris.Cõparatio eniꝫ eſt,cum dico feciſſe qd hoieꝫ vt hoieꝫ.Metaphora vo cum dico de hoie leo eſt.vñ Ariſt.dicit.[Imago auteꝫ ꝛ metaphora eſt].ſ.ſm rem.[Parũ enim]imago a metaphora[differt. Nã Achillẽ]ωσ δε λεον επωρουσεν.i.[vt leonẽ irruiſſe]poeta[dicit,imago eſt,cũ vo]dic̃[leonem irruiſſe,]eſt[metaphora,cũ eniꝫ vterqꝫ].ſ.Achilles ꝛ leo[viribus excellat,Achillem appellauit in leonem trãſferendo.]ergo metaphora ꝛ imago idẽ ſunt,nõ differẽtes niſi additiõe notę ſil'itudinis:ꝛ cõparationis.

¶ Utilis auteꝫ eſt imago etiaꝫ in oratione,ſꝫ raro. Poeticuꝫ eñi eſt,ferendę tamẽ ſunt ſicut metaphorę. Metaphorę eniꝫ ſunt,differentes eo,quod dictum eſt.

¶ De vſu imaginis pauca dicit Ariſt.ait eñi.[Utilis aũt eſt imago etiã in orõne ſoluta,ſed raro.poeticũ eñi eſt] frequens ſubaudi earũ vſus.[ferendę tñ].i.pmittẽdę tñ [ſunt]in rhetoricis orõnibus[ſicut metaphorę.]modicus eñi earuꝫ vſus,ꝛ opportunus illuſtrat orõnem,frequẽs vo obſcurat,ꝛ tedio cõplet.Continuus aũt in allegoriaꝫ ꝛ ęnigmata exit,vt de metaphoris dictũ eſt,imagines[eñi metaphorę ſunt differẽtes]a metaphoris[eo, qõ dictũ eſt].i.additione notę ſil'itudinis.Ex his pꝫ ꝙ q̃cũqꝫ in metaphoris dicta pbant̃,oia etiaꝫ in imaginib⁹ ſeruãda ſint,qm̃ imagines ſunt ipſę metaphorę nota cõparationis ſolũ addita,vt dictũ eſt.Et ideo,vt metaphora tũc fit,cũ ad vtrãqꝫ partẽ,cum ex ppoꝛtiõe,ꝛ ex ys,q̃ ſunt einſdem generis ſaltẽ analogici dicit̃,ſic imago fieri videtur.Eſt enim hęc vniuerſalis quaſi dignitas,ꝙ vꝫ.imago ſumatur in vtraqꝫ parte comparationis ex pportionalibus,ac ſimilibus.

¶ Sunt auteꝫ imagines, vt inqt Androtion ꝛ Idrieaꝫ,ꝙ ſimilis eẽt his,qui ex vinculis catulis. Illi eniꝫ irruẽteꝫ mordent, ꝛ Idrieã ex vinculis ſolutum infeſtum eſſe.

¶ De imaginibus exẽpla multa afferens Ariſt.illud Androtiontis pmuꝫ affert,qõ in Idrieã intulit:ꝛ dic̃.[Sũt autẽ imagines,]plurimę,quaꝝ pma eſt,[vt inquit Androtion in Idrieꝫ,ꝙ ſimilis eẽt ys catulis,qui ex vinculis]ſubaudi ſoluunt̃.[Illi eñi].ſ.canes προσπιπτοντα,vt nõnulli exponũt,cuꝫ[mordent,qui incidit].ſ.vincula,qbus ligãtur.[ꝛ Idrieã ſolutum infeſtuꝫ eẽ].ſ.ei,q ipſum ſoluit. Proſpiptonta eñi incidẽteꝫ exponũt.Sed ad verbũ irruẽteꝫ ſonat.tũc ſenſus eſt.[Illi enim].ſ.canes[mordẽt irruẽteꝫ]in ipſos,[ꝛ Idrieã ſolutũ infeſtuꝫ eſſe].ſ.irruẽti in ipm.Uerũ exempla hęc nõ facile exponũtur,qm̃ ſunt mutilata,q̃ intelligi nõ pñt,niſi ea vba intelligant̃,cũ qbus faciunt corpus,mõ illa nõ habemus. Imago tamẽ eſt canum ad Idrieã,vel contra.

¶ Et vt Theodamas aſſimilabat Archidamuꝫ Euxeno geometriam neſcienti,ꝛ ex pportionali,erit enim Euxenus, ꝛ Archidamus geometricus.

¶ Aſſignat 2m exẽplum:ꝛ dicit.[Et vt Theodamas aſſimilabat Archidamũ Euxeno geometriã neſciẽti,ꝛ ex pportionali]ita ad verbũ dicẽs, εστι γαρ και ο ευξενος αρχιδαμος γεομετρικος.ideſt[eſt enim Euxenus,et Archidamus geometricus].

¶ Et in republica Platonis,q mortuos ſpoliant,eos canibus ſimiles eſſe,q lapides mordent, ꝛ proijcientes non tangunt.

¶ Aſſignat 3m exẽplum:ꝛ dicit.[Et in republica Platonis,eos qui mortuos]expoliant dicit[canib⁹ ſimiles eẽ, qui lapides mordent,ꝛ pijcientes nõ tangũt.]Sic enim pãnos ꝛ cętera mortuorum accipiunt,ꝛ mortuos nõ tãgunt,neqꝫ accipiunt.

¶ Et vt Demoſthenes in blebem,ꝙ eẽt ſil'is nanclero robuſto qdem,ſed ſurdaſtro.

¶ Aſſignat 4m exempluꝫ ex Demoſthene:ꝛ dicit.[Et vt Demoſthenes in plebẽ ꝙ eſſet]inqt plebs[ſimilis nanclero robuſto qdeꝫ,]q̃tenus plebs eſt magnę potentię, vt nanclerus robuſtus,[ſed ſurdaſtro,]quatenus nõ eſt capax diſciplinę.Errauit autẽ Georgius,q trãſtulit ſubcuruo,qm̃ gręcus textus,quem habebat falſus eſt.Dicebat eñi ὑποκοφω,ſꝫ correctior hꝫ κυφω.i.muto,vel ſurdaſtro:qõ mihi conſonũ eſt,qm̃ ſic hꝫ vetus trãſlatio.

¶ Et illõ in carmina poetaꝝ, formoſis abſqꝫ pulchritudine ſimilia eſſe. Nam ꝛ illi,cũ defloruerint, ꝛ hęc ſoluto numero lõge alia,q̃ꝫ fuerint eſſe videntur.

¶ Aſſignat 4m exemplũ,ꝛ vt puto ex Demoſthene ẽt:ꝛ dicit.[Et illud in carmina poetarũ,]cuꝫ dixit.[Formoſis abſqꝫ pulchritudine ſimilia eſſe,nã ꝛ illi].ſ.formoſi, qui ſunt ſine pulchritudine,[cũ defloruerint].ſ.depoſitis ornamẽtis,[ꝛ hęc].ſ.carmina[ſoluto numero,]q eſt vt carminũ ornamẽtũ,[lõge alia q̃ꝫ fuerint,eẽ vident̃.]

¶ Et illud periclis in ſamios,aſſimilari ipos pueris,qui panẽ accipiũt,ſed plorãtes.

¶ Aſſignat 5m exemplum:ꝛ dicit.[Et illud periclis in ſamios,]qui dicit[aſſimilari ipſos pueris,qui panem accipiunt,ſed plorantes,]quod eſſe poterat,ex eo quia de benefactoribus murmurabant.

¶ Et in Boetos,ꝙ ilicib⁹ ſimiles eſſent. Nã ilices ſeipſas frangunt:Boeti autem aduerſus ſeipſos pugnant.

¶ Aſſignat 6m exẽplũ:ꝛ dicit.[Et]illud periclis[in Boetos,]

toſ,⌉dixit eniʒ⌊ꝙ ilicibus ſimiles eſſent,nam ilices,⌉arboꝛes altę ſunt,quę vento concuſſę⌊ſeipſas frangunt,⌉atq; deyciunt.⌊Boeti aũt⌉ſuperbia elati⌊aduerſus ſeipſos pugnãt,⌉atq; certant.Ilices Ariſto.grçco verbo appellat πρινους,ſed vtrum pꝛimus ſit ilex, in libello de ſignis tẽpoꝝ dictum eſt. Ibi enim diximus pꝛimuʒ eſſe aut ilicem,aut de genere ilicis.

¶Et iterũ Demoſthenes in plebem,ꝙ ſimilis eſſet ijs,qui nauſea laboꝛant.

¶Aſſignat 7m ex Demoſthene, ⁊ dicit.⌊Et iterum Demoſthenes in plebẽ,⌉dicebat⌊ꝙ⌉plebs⌊ſimilis eſſʒ ys, qui nauſea laboꝛant⌉qđ eſſe potuit, qꝛ ſicut qui nauſea laboꝛant,ſunt ingeti,ſic plebs illa ingeta erat,appetens ſemper euomere,qđ intra habebat.

¶Et vt Democrates oꝛatoꝛes nutricibus aſſimilabat,quę deglutientes cibuʒ,ſaliua pueros inungunt.

¶Aſſignat 8m exẽpluʒ,⁊ dicit.⌊Et vt Democrates,⌉qui⌊oꝛatoꝛes nutricibus aſſimilabat,quę deglutiẽtes cibũ, ſaliua pueros inungunt,⌉nam vt nutrices maioꝛeʒ cibi partẽ deglutiũt,⁊ de reſiduo,qđ eſt quaſi ſaliua,pueros inungunt,⁊ mitigant,ſic oꝛatoꝛes pecunias litigantium accipiunt,⁊ verbis eos leniunt.

¶Et vt Antiſthenes Cephiſodotum tenuẽ, Thuri aſſimilauit,ꝙ peremptus delectet.

¶Aſſignat 9m exẽplũ,⁊ dicit.⌊Et vt Antiſthenes,cephiſodotuʒ tenueʒ⌉coꝛpoꝛe,⌊Thuri aſſimilauit, ꝙ peremptus delectet,⌉ſicut Thus cõtritũ lętificat, Cephiſodotus enim moꝛtuus placebat populo.erat eniʒ tyrãnus.

¶Naʒ hęc oĩa ⁊ vt imagines,⁊ vt metaphoꝛas dicere licet.quare quęcũq;,vt metaphoꝛę dicta pꝛobantur,perſpicuũ,qm̃ etiaʒ ipſa imagines erunt, ⁊ imagines metaphoꝛę ratione indigentes.

¶Cum dixiſſet exẽpla imaginũ,pꝛobat illa eſſe bene dicta,⁊ dicit.⌊Nam hęc oĩa⌉exempla,quę ex authoꝛibus retulim⁹,⌊⁊ vt imagines,⁊ vt metaphoꝛas dicere licet,⌉igiť ſunt bene dicta, tunc cõcludit regulã vl̃em de imaginibus,⁊ dicit,⌊quare quęcũq;,vt metaphoꝛę dicta ꝓbanť,ꝑſpicuũ,qm̃ ẽt ipſa imagines erunt,⁊⌉econuerſo⌊imagines⌉erũt⌊metaphoꝛę rõne⌉ideſt nota ꝯparationis⌊indigentes,⌉addit enim imago ipſi metaphoꝛę notam cõparationis.naʒ metaphoꝛa accipiť cum aliqs introduciť ſub ſpecie alterius,vt ſi ſub ſpecie leonis intelligať imperatoꝛ.ſemper eniʒ in metaphoꝛa pꝛo vno alteꝝ exponitur,ſed imago(vt dictũ eſt)fit,cũ aliquid cõparatur ad aliud.vt ſi dicereʒ,leo eſt timendus,⁊ ꝑ leonem intelligerẽ Achillẽ,eſſet ibi metaphoꝛa. Sed ſi dicerẽ,Achilles, vt leo eſt timẽdus,eſſet imago. ergo omnis metaphoꝛa eſt imago,⁊ econuerſo. Sola differentia eſt additione notę aſſimilationis.

¶Veruʒ opoꝛtet metaphoꝛã,quę ex pꝛopoꝛtione ducitur, ⁊ ad vtrãq; partem, ⁊ in ijs,q̃ ſunt eiuſdem generis reddere: vt ſi phiala liberi patris ſcutum eſt, cõmode quoq; ſcutũ ipſum martis phiala dicetur. Oꝛatio igitur ex his componitur.

¶Vltimo exponit qualis eſt metaphoꝛa, quę ex ꝓpoꝛtione duciť,⁊ dicit.⌊Verũ opʒ metaphoꝛã,quę ex ꝓpoꝛtione duciť,⌉verbũ⌊quę ex pꝛopoꝛtione duciť,⌉nõ additur dr̃ię cauſa,qm̃ oĩs metaphoꝛa ex ꝓpoꝛtione ducitur.Sed potius addiť,vt definitio metaphoꝛę.dicit igitur talẽ metaphoꝛã opoꝛtere⌊⁊ ad vtrãq; partẽ,⁊ in ys, quę ſunt eiuſdeʒ generis reddere,⌉qđ exponit exẽplo,⁊ dicit,⌊vt ſi phiala liberi patris.ſ.bachi ſcutuʒ eſt,cõmode quoq; ſcutũ ipſum martis phiala diceť.⌉vt eniʒ phiala eſt ſcutũ bibentiũ,ſic ſcutũ eſt phiala bellantiuʒ,tunc epilogat,⁊ dicit,⌊oꝛatio igiť ex his cõponitur,⌉vt diximus,naʒ de imaginibus ea pręcepta ſeruanda ſunt,quę in ipſis metaphoꝛis ſeruãda eſſe notauit Ariſt. ex ys pʒ qualis eſſe debeat ſermo ſcurrilis,qui riſuʒ aptus eſt ꝓuocare.nã Ariſt.ſub ſermone frigido ſcurrilẽ contineri vult. Fit igiť pꝛimo ſcurrilis ſermo nominũ cõpoſitione,quę poetis cõuenit.Scđo fit vſu vocabuloꝝ pꝛiſcorum, vel aliaꝝ gentiũ,vel ſuperficialiũ atq; triuialium. Tertio fit ab vſu epithetoꝛum,vt cuʒ aut longis,aut inopoꝛtunis,aut crebꝛis ſcurra vtiť.Quarto ab vſu metaphoꝛaꝝ,vt cũ ſcurra vtiť metaphoꝛis,quę rei,de qua dicit,non ꝯuenerint,vel cũ vtiť metaphoꝛis ridiculis,aut nimis inflatis,aut obſcuris, ſimili modo abuſa imaginũ ſermo ſcurrilis fieri poteſt,cum imago nõ differat a metaphoꝛa:nec opʒ vt ſermo ſcurrilis oĩa hęc ſimul habeat,ſed vel omnia,vel plura, vel tot per quot poterit riſum pꝛouocare.

¶Initiuʒ autẽ dictionis latina lingua vti eſt, quod in quinq; continetur. De latinitate vel congruitate.

¶Geoꝛgius vtraq; lingua diſertiſſimus caput hoc eẽ autumat de latinitate,naʒ Ariſto.dicit.⌊Initiũ aũt dictionis,ελληνιζειν eſt,⌉mõ ελληνιζειν gręciçare ſiue gręca⌊lingua vti⌉latine ſonat.⁊ qꝛ nos ſumus latini,quod apud gręcos vti gręca lingua eſt initiuʒ.dictionis,apud nos erit vti latina lingua, Egidius vo non imperite caput vult eſſe de cõgruitate,nam cũ Ariſto.mõſtraſſet dictionẽ opoꝛtere eſſe pꝛopꝛiã,⁊ non frigidã,reſtat,vt demonſtret,opoꝛtere oꝛationẽ eſſe cõgruam, cõſonat aũt hęc expoſitio verbis Ariſto. quę vltimo loco ponẽtur. ſed vtcũq; caput inſcribať,reducendo oĩa,quę Ariſt. dicit ad noꝛmã,dicamus congruã,vel incõgruã dictioneʒ eſſe poſſe,aut ab ys,q̃ extrinſecus dictioni ipſi accidũt, vt cum male,vel bene clauſulę diſtinguanť,aut ab ys q̃ intrinſecus dictioni cõpetunt. Inſunt auteʒ intrinſecus ipſi dictioni clauſulę,⁊ clauſularum partes,quę ſunt nomẽ,⁊ verbuʒ,⁊ cętera oĩa,quę grãmatici appellant oꝛationis partes.Clauſularuʒ partes logici ſubdiuiſerunt, quatenus alias determinationes, alias determinabilia vocant.Determinabilia vo ꝓpꝛie tria eſſe autumãt nomẽ,verbũ,⁊ participiũ. Determinationes vo dicũt eſſe cęteras oꝛationis partes.Determinabilia quideʒ illa dicunť,qꝛ participium,atq; nomẽ pꝛo noĩe vel epitheto, aut ꝑpoſitione determinanť,verbũ aũt aduerbio. Coniunctiones vo coniungunt interdũ noĩa,verbaq;, atq; ꝑticipia,non nũq; clauſulas. ꝑpoſitiones autẽ caſus determinãt. Interiectiones deniq; ſigna ſunt affectiones erũpentis animi vocẽ.Significant eniʒ aut lętitiam,vt euax,aut amaritudinẽ,vt heu,vnde quot ſunt perturbati animi motus,tot voces reddunt.dictę quoq; interiectiones,ꝙ oꝛationẽ ipſaʒ interrũpant,vel ꝙ interiaciãtur,aut interponanť in oꝛatione. pʒ itaq; oꝛationis partes alias eſſe determinationes,alias eſſe quę determinãtur.⁊ licet de his ſpectet ad grãmaticos,quę tñ tãtus vir in doctrina non ſpꝛeuit, bꝛeuibus attingamus. Illud tñ attendẽdũ Ariſt.determinationes oẽs, quę ſunt pręter nomẽ,verbũ,⁊ participiũ,vocaſſe cõiunctiones,ꝙ eaꝝ officiũ in cõiunctione vel cõiungendo ꝯſiſtat. Vñ pꝛę-

mittens ſuaȝ intentionē dicit.[Initiū aūt] ⁊ potiſſimuȝ fundamētū, αρχη enim pro principali fundamēto accepit,[eſt vti latina lingua,]ideſt latinitate, vel cōgruitate:[qđ in quinqȝ] inſtructionibus vel locis [continetur,]vel in quinqȝ capitibus habetur.

⸿ Primū quidē in coniunctionibus ipſis, ſi aſſignauerit quis eas, vt aptę fieri ad inuiceȝ ſunt priores poſterioreſve: vt nōnulla efflagitant, quēadmodum ad ipſum quidem, ipſum autē, vel vero conſequitur.

⸿ Nunc Ariſto. exequit̄, ⁊ circa determinationes, quas hic Ariſt. ꝯiunctiones vocat, duo loca incōgruitatis notat, primū quidē circa ordinē coniunctionū, cum. vȝ. nō eo ordine in clauſulis collocant̄, vt pręcipit elegantia, ideo dicit.[Primū quidē].i. prima quidē incongruitas ſiue prim⁹ locus incōgruitatis a ꝑuerſo ordine ꝯiunctionuȝ[in cōiunctionibus ipſis eſt]cōiunctiones enim determinationes vocat oēs, quę ſunt ꝑter nomē, ⁊ verbū, ⁊ participiū. ⁊ exponit oppoſitū ꝑ ſuū oppoſituȝ. vȝ. incōgruitatē ꝑ cōgruitatē, ⁊ dicit.[ſi aſſignauerit qs eas,] vt[aptę fieri adinuicē ſunt priores, poſterioreſve vt nōnulla].i. vt nōnullę elegantię[efflagitant.] Id enim qđ in his expoſcit elegantia, in dictione ipſa ſtatuendū eſt. [vt qm̄ ad ipſum quidē, ipſum aūt, vel vero conſequit̄] ideſt elegantia efflagitat vt ſequat̄ ipſum aūt, vel ipſuȝ vero, ideo in clauſulis hic ordo eſt ſeruandus. Hęc enim dictio incōgrua eſt, aialium aliud vero irrationale, aliud quidē rationale, qm̄ ipſum quidē non primo loco acceptum eſt, hęc vero cōgrua aialium aliud quidē irrationale, aliud vero rōnale. Coniunctiones igit̄ eadē ratione, ⁊ prępoſitiones, ⁊ epitheta, ⁊ ꝓnomina, ⁊ aduerbia, ⁊ interiectiones cū nominibus, ⁊ verbis, ⁊ participijs, ⁊ cuȝ clauſulis ita ſtatuēda ſunt, vt elegantia pręcipit. Ariſto. eniȝ ꝑceptū, qđ de coniūctionibus ipſis tradit intelligēdū eſſe cēſet in oibus alijs ſm elegantię vſum. arbitror ēt ita de verbo, ⁊ noie eſſe ſubaudiendū. nam elegantia flagitat, vt verbū vltimo loco clauſulę cōſtituat̄, aliqn̄ poſt multas interpoſitas clauſulas, verū de his ad grāmaticos, ſatis ſit aūt nobis Ariſto. pręceptū expoſuiſſe. hęc de pma incōgruitate, cōgruitate ſatis. ⸿ Circa hoc primū pręceptū ſiue locū incōgruitatis multa dici pn̄t, vt ēt grāmatici dicūt, tn̄ quędā non ſunt ſub ſilētio prętereūda. quare dicamus tunc cōgruitatē fieri ab ijs, quę intrinſecus inſunt orationi, qn̄ fit ꝑꝑ dictiones, quibus, vt partibus materialibus oratio cōponit̄. Fit autē congruitas ab ijs, quę extrinſecus adueniūt, nō ſolū ex ijs, quę diximus, ſed ēt, qn̄ bene ſcribit̄, vt dictio ſit legibilis, ⁊ ad hoc ortographia ꝓdeſt, ac ēt bene proferat̄, ad qđ ꝓdeſt peritia accētuū vltra ea pręcepta, quę aſſignat Ariſto. ⁊ qr ſcriptura, ⁊ ꝓlatio ſunt accidētia, quę extrinſecus orationi accidūt, ideo fortaſſe hęc vocat Ariſto. q̄ extrinſecus ꝯpetunt orationi. Iterū dicamus apud Ariſto. eo tēpore tres partes orationis fuiſſe vſui nomē. vȝ. verbū, ⁊ coniūctionē, qm̄ cęterę ea ętate non erant repertę, qđ ex Quintiliano lib° p̊ titulo de grāmatica patet. quare de cōiunctionib⁹ Ariſto. loqui intelligere potes, non de determinationibus omnibus, quod ēt interpretatio Frācıſci philelphi etiā ſentit. Hęc de primo incongruitatis loco, dicta ſatis. ¶ Quo vero ad verba attinet in codice noſtro legunt̄ hęc verba και ο ετω, in alijs codicibus loco του ετω, legitur γαρ, ſed in codicib⁹ correctoribus nullum horuȝ habetur. ⁊ ſic tranſtulit Georgius, ⁊ mihi placet.

⸿ Oportet autem ita eas collocare, vt facile memoria teneātur, ⁊ neqȝ longo interuallo redire, neqȝ coniunctionē aliam prius q̄ꝫ neceſſariam reddere.

⸿ Aſſignat ſcōm locū incōgruitatis, qui ēt accipit̄ ab ipſis cōiunctionibus, quo ad ipſuȝ interuallū atqȝ multitudinē, ⁊ dicit.[Opȝ aūt ita eas].ſ. cōiunctiones [collocare; vt facile memoria teneant̄,]hoc autē vt inquit fit, cum[⁊ neqȝ interuallo longo redire]eſt, ideſt cuȝ neqȝ longo interuallo redimus.[neqȝ coniunctionē aliā]interponimus[prius q̄ꝫ neceſſariā]ſit[reddere,] cū enim inter principale verbū, ⁊ eius ſuppoſitū nomen, multę interponūtur coniunctiones cū difficultate redimus cōiungētes ſuppoſitū cū ſuo verbo. Pręterea cuȝ interponimus aliquā coniunctionē prius q̄ꝫ neceſſariaȝ reddamus, ēt cum difficultate redimus. Hinc grāmatici bene pręcipiūt non eſſe longam parentheſim interponēdaȝ, ⁊ ſententiam vno ſpiritu debere comprehendi.

⸿ Quod tamen quāuis rarius, commode fit hoc pacto, Ego vero poſtq̄ꝫ mihi nūtiatum eſt (venit eniȝ Cleon ⁊ rogans, atqȝ orans) profectus ſum, eos mecū accipiens. Nā hic multę ante redditioneȝ verbi interiectę ſunt coniunctiones, ꝙ ſi longior interpoſitio fiat ab eo verbo, quod eſt profectus ſum, obſcura erit oratio. Vnuȝ itaqȝ eſt, vt coniunctiones bene diſponantur.

⸿ Nūc ea, quę dixerat, exponit per exēplū, ⁊ dicit. [Qđ tn̄ quāuis rarius, cōmode fit hoc pacto, Ego vero poſtq̄ꝫ mihi nuntiatum eſt, (venit enim Cleon, ⁊ rogans, atqȝ orans) ꝓfectus ſum eos mecū accipiens.]hęc eſt clauſula, đ qua dicit,[nā hic].i. in hac clauſula[multę ante reddītionē verbi] ꝓfectus ſum,[interiectę ſunt cōiunctiones,]ideo vult hr̄e hanc eſſe obſcurā, ⁊ addit, [ꝙ ſi longior interpoſitio fiat ab eo verbo, qđ eſt ꝓfectus ſum,] oratio erit obſcura immo obſcurior. Tum epilogat primū locuȝ, qui accipiebatur ab interiectionibus, ⁊ dicit, [vnū itaqȝ eſt].ſ. locus,[vt cōiunctiones bene diſponātur.] Secabat̄ auteȝ hic locus, adhuc in duo particularia loca, de quibus hactenus.

⸿ Scōm vero cum per propria, ⁊ nō per ambientia vocabula dicimus.

⸿ Cum aſſignaſſet primū locū ab ipſis cōiunctionibus, nūc aſſignat ſcōm locū a ꝓprietate vocabuloꝝ, ⁊ dicit. [Scōm vero, cuȝ per ꝓpria, ⁊ non per ambientia].i. cōia [vocabula dicimus,]ꝓpria vocabula ſunt, quę rei ipſi accōmodata ſunt, ambientia vero, quę pluribus rebus ſunt cōmunia, non eniȝ ſi vellemus dicere hoīeȝ, cōmode diceremus aial, eſt enim aial cōe vocabulum, neqȝ ſi togam dicere vellemus, veſtē cōmode diceremus, verū cū latinitas vocabulū nō hȝ, per circuitionē orator deſcribere dȝ, vt de multis Cicero fecit.

⸿ Tertium non per ambigua niſi cōſulto ita quiſpiam faciat. qđ faciunt qui, cum nihil habent dicere, aliquid tamē ſe dicere ſimulant: vt in poeſi dicunt.

⸿ Nunc aſſignat tertiū locū ab ambiguitate vocabulorum, ⁊ dicit.[Tertiū]quo euitatur incōgruitas, eſt cum [nō per ambigua]dicimus, ambigua vocabula ſunt, q̄ in multiplicē ſignificationē trahi poſſunt, clauſulę etiā

ambiguę ſunt ſimil'r,quę in plures ſenſus referũtur, vt illud,ibis redibis non morieris in bello, ⁊ illud,aio te eiacida Romanos vincere poſſe.addit Ꝯo,[niſi cõſulto ita quiſpiã faciat,qȯ faciũt,qui cũ nihil hñt dicere].ſ. certi,[aliqd tñ ſe dicere ſimulãt,]vt videanť non deficere quęſitis.[vt in poeſi dicunt,]poetę enim ſępe ſcribunt,q̃ ignorant:tñ ex vbertate linguę dicũt, q̃ neſciũt.

¶ Ut Empedocles, decipit enim per circuitionem,cum ſit crebra.

¶ Nunc ponit exẽpla eoꝝ,qui vſi ſunt hac obſcuritate, ⁊ dicit,[vt Empedocles]vius eſt in ſua poeſi, ⁊ reddit rationẽ,⁊ dicit,[decipit enim] empedocles ipſe[per circuitionem]loquens,[cum]circuitio qua vtitur, [ſit crebra,]⁊ obſcura.

¶ Nunc aſſignat exẽpla metaphoraꝝ p̃oculariũ, quę accipiũtur per trãſumptionẽ. Diximus enim metaphoras eſſe p̃oculares, q̃cũq; ſignificanter ex op̱ationibus, quę nobis apparent, oſtẽduntur, quę bifariã ſunt, vel quę p̱ trãſumptionẽ ponunt aĩata aliquid gerere, vel quę per trãſumptionẽ ponũt inanimata ſignificãter aliq̃d facere, p̃mo igitur ponit p̃mũ exẽplum, qđ accipitur ex imitatione: ⁊ dicit. [Et Lycoleon p̱ Chabrio,] dixit [nõ erubeſcatis] ſubaudi dicere [ſupplicationẽ ipſi⁹] .ſ. chabrij [eſſe] ipſius [ęreaꝫ imaginationem,] q̃a ſupplicatio ſupplicantis videt̃ imago ſupplicãtis. dicit mõ, [metaphora eñi eſt] .ſ. p̃ocularis dicere ſupplicationem eſſe imaginẽ, [quę in p̃ſenti,] qm̄ eſt ſignificanter accepta ex operatione, q̃ nobis apparet in p̃ſenti, [ſed nõ ſemp̱,] q̃a nõ ſemp̱ eſt ſupplicatio [ſed] ſemp̱ eſt [preoculis] metaphora, qm̄ ſemp̱ accipit̃ ſignificanter ex op̱atione, q̃ nobis apparet in p̃ſenti. Oꝛ xᵒ ſit trãſumptiua ꝓbat. [q̃a periclitantibus ipſis ſupplicat imago] .i. ſupplicat ſupplicatio, q̃ trãſumptiue accipit̃ pro imagine, q̃ eſt quid [inanimatũ q̃ſi animatũ.] Sic igit̃ hęc metaphora preocularis eſt, qm̄ ſumit̃ ab operatione nobis manifeſta, quę eſt ſupplicatio ipſa, trãſumptiua xᵒ, quia vtit̃ inanimato p̱ animato, q̃a vtitur ſupplicatiõe, quę eſt res ipſa animata, p̱ imagine ęrea inaĩata per imitationem deniq;, qm̄ ſupplicatio per imitationẽ videt̃ ſupplicans.

¶ Et memoratio operum ciuitatum.

¶ Nũc aſſignat 2^m exẽplum metaphorarũ p̃ocularium trãſumptiuaꝝ ob cauſalitatẽ: ⁊ diç. [Et memoratio operũ ciuitatum] ſubaudi eſt laudatio ciuitatũ, nã opera trãſumptiue accipiũtur pro ipſis ciuitatibus, eſtq; metaphora preocularis, quia accipitur ab operibus nobis manifeſtis. Etiã eſt ob cauſalitatem, naꝫ opera ſunt cauſę laudis vel vituperationis eoꝝ, quoꝝ ſunt opera.

¶ Et omni modo paruũ ſapere curãtes. Curare enim augere aliquid eſt.

¶ Nunc aſſignat exẽplum metaphoraꝝ p̃oculariũ trãſumptiuarũ ob excellẽtiaꝫ quãdã, vt eſt illud. [Et omnĩ mõ paruũ ſapere curantes.] verbũ enim curãtes p̱ tranſumptionem dicit auctionẽ. [nam curare eſt augere aliq̃d,] nemo eniꝫ curat, niſi vt augeat. ergo accipere curare p̱ augere metaphora eſt per trãſumptionẽ, ⁊ p̃ocularis, q̃a accipitur ab operatione nobis manifeſta, ⁊ p̱ excellentiã, q̃a ſapere in nobis excelſum q̃ppiam eſt.

¶ Et qm̄ menteꝫ deus lumen accẽdit in anima. Ambo enim ſignificant aliquid.

¶ Egidius putat hęc exẽpla, quę Ariſto. nunc ponit eſſe exẽpla preoculariũ metaphorarũ vrbanarum, qđ ego non video. Nã omnis metaphora vrbana, ſiue ſit p̃ocularis, ⁊ efficax, ſiue quouis mõ, ſemper addit ſupra metaphorã nõ nihil ridiculi, qm̄ vrbanus ⁊ ſcurra ſemp̱ ꝓuocant riſum, vrbanus q̃dem per turpia non turpiter, ſcurra autem per turpia turpiter: vt libello de re aulica diximus ad phauſinaꝫ. Quare hęc exẽpla adaptari poſſunt ad p̃oculares trãſumptiuas. dicit. [Et qm̄ mentem deus lumen accẽdit in aĩa,] ꝙ autem ſit trãſumptiua, ꝓbat. ⁊ dicit. [Ambo eñi] ſcꝫ ⁊ mens, ⁊ lumen [ſignãt aliq̃d] idẽ metaphorice. Nã intellectus dicit aliq̃d manifeſtatiuũ,

⁊ lumen

⁊ lumen ſimiliter, veruꝫ lumen proprie accendit, mens autem metaphorice.

¶ Et nec bella diſſoluimus, ſed diſtulimus. Ambo eni ſunt futura ⁊ dilatio, ⁊ pax eiuſmodi.

¶ Aſſignat etiā exēplū ꝑopularium trāſumptiuaꝝ, cū qdā dux eēt interrogatus ſi feciſſet pacem, ꝑ hec v̄ba dixit ſe feciſſe pacē: ⁊ dicit. [Et nec bella diſſoluimus,] donec.n. ſunt hoies, ſemꝑ bella ſunt, [ſꝫ diſtulim⁹,] ⁊ ꝑ diſtulim⁹ intellexit feciſſe pacē, qm̄ trāſumptiue differre bellū eſt facere pacē. [Ambo eniꝫ ſunt futura] .ſ. [⁊ dilatio, ⁊ pax eiuſmodi.] Verum per trāſumptioneꝫ differre bellum poteſt intelligi pro pace.

¶ Et pacta dicere tropheum eſſe multo pulchrius q̄ꝫ ea, que in bellis fiunt. Cuꝫ illa pro vno paruo, ⁊ vna fortuna. Hec pro toto bello. vtraqꝫ eniꝫ victorie ſigna ſunt.

¶ Aſſignat inſuꝑ aliud exēplū ēt ꝑopulariū trāſumptiuarū: ⁊ dicit. [Et pacta dicere tropheū eē multo pulchri⁹ ē, q̄ꝫ ea] .i. q̄ꝫ illi trophei, [que in bellis fiunt.] ideſt reportant. Et reddit rōnē: ⁊ dicit. [Cū illa] pacta, q̄ fiunt non cōpleto bello, fiunt [ꝑ vno paruo] .ſ. ꝑlio, [et] pro [vna fortuna,] nam cum in vno ꝑlio dux ſuperat fauēte fortuna, ⁊ pacta ex illa victoria fiunt, h̄ pacta ſunt pulchriores trophei, q̄ꝫ qui reportant ex victoria toti⁹ belli: vbi pꝫ pacta per tranſumptionem accipi ꝑ tropheis. Sunt eni pacta ex victoria vni⁹ ꝑlij pulchriora tropheis, [cuꝫ illa pro vno paruo] .ſ. ꝑlio, [⁊ vna] fortūa habeant [h̄] ſcꝫ trophei, reportantur [pro toto bello] .i. ex toto bello. Qr autē pactū dicat tropheus, ꝑbat: ⁊ dicit. [Utraqꝫ enim] .ſ. ⁊ pactum, ⁊ tropheus [victorie ſigna ſunt,] igit poteſt pactum tranſumptiue accipi pro tropheo.

¶ Et quoniaꝫ magnas vituperatione hoiuꝫ penas dant ciuitates. Pena eniꝫ iuſtuꝫ qđdam dānum eſt. Dictum igitur eſt vrbanitates ex metaphora per proportioneꝫ duci, cū ante oculos ponant.

¶ Ultimum exemplum habet ex illis verbis [⁊ qm̄ magnas vituperatiōe hoium penas dant ciuitates,] vbi pꝫ accepiſſe penas ꝑ cōdēdationib⁹ iure factis, q̄ aūt pena poſſit dici ꝯdēdatio tranſumptiue, ꝑbat: ⁊ dicit. [Pena eni iuſtū dānū eſt,] ⁊ iuſtū dānū eſt condēdatio. Quare metaphora ꝑopularis ex trāſumptione collecta eſt. Deinde epilogat, ⁊ dič. [Dictū igit̄ eſt, vrbanitates ex metaphora] .i. metaphoricas [ꝑ ꝓportionē duci, cum] vrbani [ante oculos ponunt] ex operationibus colligendo.

De ꝓoculis.

¶ Sed dicenduꝫ eſt, quid dicimus ante oculos, ⁊ quid facientibus id emergat.

¶ Cū aſſignaſſet exēpla ei⁹, qđ eſt ān oculos ponere, hic vult declarare duo qd ſit ponere res ān oculos, ⁊ ex quibus per metaphoram ponantur res ante oculos, ⁊ hec ꝑ ponit: ⁊ dicit. [Sed dicēduꝫ eſt quid dicimus] eſſe [ante oculos,] hoc eſt ꝑmum, [⁊ qd facientib⁹ id] .i. ip̄m ante oculos, [emergat] ideſt ⁊ ex quibus per metaphorā ponantur res ante oculos, ⁊ hoc eſt ſcđm.

¶ Dico itaqꝫ ante oculos hec facere, q̄cunqꝫ ſignificāter gerere aliquid oſtendūt. vt ſi qs bonum virum quadratuꝫ dicat, metaphora vſus eſt. Utrūqꝫ enim perfectum eſt, ſed nihil gerere ſignat. Sed hoc florentem habētem ſtatum efficatia eſt.

efficatia ἐνέργεια energia ān oculos parere.

¶ Nunc exponit que ponant per metaphoram rem ante oculos, ⁊ vult ea ponere rem ante oculos per metaphoram, quecunqꝫ oſtendunt rem ſignificanter per metaphoram aliquid gerere, vt agere, vel facere, vel operari: dicit. [Dico itaqꝫ ante oculos] rem aliquam [hec facere,] aut ponere, ſcilicet per metaphoram, [quecunqꝫ] ſcilicet per metaphoram [ſignificanter,] ⁊ in aperto rē ipſam [gerere aliquid.] ideſt facere, aut agere, aut operari aliquid [oſtendunt.] ⁊ primo oſtendit hoc per exemplum a negatione, ⁊ dicit. [Ut ſi quis bonum virum] nominando eum per metaphoram [quadratum] viruꝫ [dicat,] metaphora vſus. [Utrūqꝫ enim perfectuꝫ eſt,] ſed non ponit bonum virum ante oculos, quia verbū illud quadratum bonum virum ipſum [nihil gerere ſignat,] igitur tunc vocabulum per metaphoram ponit rem, cui additur, ante oculos, quando ſignat rem illam aliquid gerere, ⁊ hoc dicit. [Sed hoc efficatia eſt] ideſt ſed hoc ponere eſt rem ante oculos, ſi quis dixerit de probo viro [florentem habētē ſtatū,] naꝫ nemo florētē hꝫ ſtatū, qui non gerit aliquid preclari. ergo verbum illud ponit rem ante oculos. Uocabulum igitur, quod ꝑ metaphorā alicui attribuitur, ponit illud ante oculos, ſi ip̄m ponit in operatione, vel actione aliqua.

¶ Et id, te autem velut dimittendum efficatia eſt.

¶ Aſſignat ſcđm exemplum cum perſuaderemus alicui per metaphoram eum debere aliquid dimittere, ⁊ aliquid proſequi: ⁊ hoc dicit. [Et id efficatia eſt] ideſt ante oculos ponere, [te autem velut dimittendum] vnuꝫ, ⁊ proſequendum eſſe aliud perſuadere oportet, mō dimittere, ⁊ ꝓſequi ſignificant aliquid agere.

¶ Et illud, greci autem pedibus liberi concitati ſunt, hoc verbuꝫ concitati efficatia eſt, ⁊ metaphora. Celeriter enim dicit.

concitati ἀΐξαντες irruerunt.

¶ Aſſignat tertium exemplum: ⁊ dicit. [Et illud, greci autem pedibus liberi concitati ſunt,] ideſt irruerunt, [hoc verbum concitati] vel irruerunt [efficatia eſt:] ideſt reꝫ ponit ante oculos, [⁊ metaphora] eſt, quoniam irruere eſt edificiorum. [Celeriter enim dicit,] ideſt ponit rem ante oculos.

¶ Et veluti Homerus in multis vſus eſt, dū inanimata animata dicit per metaphorā. In cunctis enim efficax facere probatur.

¶ Uolens aſſignare exempla eorum, que ponunt rē ante oculos per inanimata animata ſignificādo, primo p̄mittit intentionem ſuaꝫ, ⁊ dicit. [Et veluti Homerus in multis vſus eſt, dum inanimata animata dicit per metaphoram, in cunctis enim efficax facere,] ideſt ante oculos rem ponere [probatur.]

¶ Ut in iſtis, illic autem in campis ferebat lapis imprudens.

¶ Propoſita intētione, nūc aſſignat exēpla: ⁊ dicit. [Ut in iſtis] αὖθις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής, ideſt [illic aūt in cāpis ferebat lapis iprudēs.

¶ Et haſta volabat, ⁊ volare ardebat.

¶ Et alia exempla Homeri καὶ ἔπτατ' ὀϊστός, ideſt [Et haſta volabat,] ⁊ aliud, καὶ ἐπιπτάσθαι μενεαίνων, ideſt [⁊ volare ardebat].

¶ Et in terra inſtabant, cupientes corpore ſaturari.

¶ Hoc eſt aliud exemplum, ἐν γαίῃ ἱϛᾶντο λιλαιόμενα χροὸς ἆσαι.i.[Et in terra iſtabãt,]vel fixe erant, [corpoꝛe ſaturari cupientes.]hec enim per metaphoꝛaꝫ dicunt,que ponit rem ante oculos.

¶ Et mucro ꝑ pectus volãs ꝑtrãſibat. Nam in his oĩbus quaſi aĩata gerere aliqd videt̃. Impꝛudẽtia eniꝫ ꝛ volare,ꝛ cetera,efficatia ſunt,q̃ oĩa ꝑ metaphoꝛã,q̃ eſt ſm̃ ꝓpoꝛtionẽ, ꝯiunxit. Sicut eni lapis ſe hꝫ ad ſiſyphũ: ita impudẽs ad eũ,qui facile verecũdatur.

¶ Aſſignat 5m exemplũ ex Homero,ꝛ dicit. αἰχμὴ δὲ ϛέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα,[Et mucro].ſ.cuſpis haſte[ꝑ pect᷒ volãs ꝑtrãſibat]ẽt hec metaphoꝛa ẽ ponẽs rẽ añ oculos.Dicit mõ Ariſt.oĩa hec metaphoꝛas eẽ hꝰ. [Nã in his oĩb᷒ q̃ſi aĩata gerere aliqd vñr,]ꝛ aſſigñt cãꝫ, ꝛ dic̃.[Impꝛudentia eni ꝛ volare ꝛ cetera]alia[efficatia ſunt,]q̃ ponũt inaĩata añ oculos.[ꝛ q̃ oĩa ꝑ metaphoꝛã, q̃ eſt ſm̃ ꝓpoꝛtionẽ Homerus ꝯiunxit,]cui᷒ rõnẽ affert eius,qđ de lapide dixit Homerus,qui dixit lapideꝫ manere imotuꝫ:ꝛ dicit.[Sicut eniꝫ lapis ſe hꝫ ad ſiſyphus, ita impudens ad eum,qui facile verecũdatur.]Eſt auteꝫ Siſyphus Atoli filius,qui ob latrocinia,a Theſeo fert̃ occiſus,ꝛ hac pena apud inferos affici,vt grande ſaxuꝫ ſupꝛa montẽ poꝛtare coactus,cum ad picem deduxerit, continuo ad ima relaxet̃.vnde Ouidius libꝛo 13° metamoꝛphoſeos. Aut petis,aut vꝛges redituꝝ ſiſyphe ſaxũ, q̃a igit̃ lapis eſt imobilis,comparat̃ ad ſiſyphũ mobilẽ in verecũdijs,[ſicut impudẽs,]ꝛ inuerecundus qui eſt imobilis in facie ꝛ vultu[ad euꝫ,qui facile verecundat̃] ꝛ mouetur in vultu ꝛ facie.

¶ Et in pꝛobatis etiã imaginibus de inaĩatis eadem facit. Gibboſa,ſpumantia ante quidẽ alia,poſtea ꝟo alia. Mota eni ꝛ viuẽtia facit omnia. Efficatia autem imitatio eſt.

¶ Amplificat ſermonẽ ad imagĩes:ꝛ dic̃.[Et in ꝓlatis ẽt imagib᷒ de inaĩatis eadẽ facit,]q̃' de metaphoꝛis: dic̃.n. κυρτὰ φαληριόωντα πρὸ μέν τ' ἄλλα αὐτὰρ ἐπ' ἄλλα,ideſt[gibboſa,ſpumantia alia q̃dẽ añ,alia ꝟo poſt,mota eni ꝛ viuẽtia facit oĩa]q̃tenus ea facit gibboſa,ꝛ ſpumantia.[Sed]addit ꝙ[efficatia]ꝛ ante oculos ponere[eſt imitatio,]ꝛ ſimilitudo hec.Quare de imaginibus idem facit.

¶ Opꝫ autem,vt iaꝫ dictũ eſt, a pꝛopinquis, ꝛ ab apertis tranſferre,quale in ph̃ia quoq; ſimile eſt,quod in multo diuerſis perſpicere ingenioſi eſt atq; ſolertis.

¶ Nũc quonã mõ ſumi debeãt metaphoꝛe,exponit:ꝛ dicit.[Opꝫ aũt,vt iã dictũ eſt,a ꝓpinq̃s ꝛ ab aptis,trãſferre,quale in ph̃ia quoq; ſil'e eſt,qđ in multo diuerſis perſpicere ingenioſi eſt,atq; ſolertis].Sic igit̃ ſumi debẽt a ꝓpinquis,ꝛ notis,ꝛ cum ſumũtur a remotis,ſoluꝫ igenioſi,ꝛ ſolertis eſt eas perſpicere,vt patet in ph̃ia.

¶ Ut Architas dixit idem eſſe pꝛetoꝛẽ ꝛ arã, qm̃ ad vtrũq; refugit,qui iniuriam patitur. Aut ſiquis dicat ancoꝛã,ꝛ ſuſpenſoꝛium idẽ eſſe. Sũt eniꝫ idem q̃d ambo , ſed differunt quo alterũ ſurſum,alterum deoꝛſum eſt. Et irregulares fieri ciuitates,ꝛ in valde diſtãtibus idẽ,qđ in ſuperficie,ꝛ viribus eq̃le eſt.

¶ De remotꝭ metaphoꝛis,quas nõ niſi igenioſus ꝑſpicit exẽa affert ex Archita:ꝛ dic̃.[Ut Architas dixit,idẽ eſſe, ꝑtoꝛẽ,ꝛ arã].i.deũ q colit̃ in aris,[qm̃ ad vtrũq; ꝯfugit, q iniuriã patit̃.]Aſſigñt 2m exẽm,ꝛ dic̃.[Aut ſi q̃s dicat ancorã,ꝛ]anulũ[ſuſpẽſoꝛiũ,]cui alligant̃ naues,[ideꝫ eẽ, ſunt eni idẽ q̃d ambo,]q̃a ambo naues detinẽt,[ſꝫ dñt quo alteꝝ ſurſuꝫ].ſ.ſupꝛa aq̃s,ẽ anulus, [alteꝝ].ſ.ancoꝛa[deoꝛſuꝫ]ſub aq̃s[eſt,ꝛ]illđ aliđ archite [irregulares fieri ciuitates].ſ.ꝓcedẽte tpe. Naꝫ ꝓcedẽte tpe leges frigeſcũt.[et]illđ aliđ,qđ dĩ,[in valde diſtãtib᷒ idẽ,qđ i ſuperficie,ꝛ virib᷒ eq̃le ẽ,]eq̃le eni dici põt idẽ ꝯueniẽtia viriũ ꝛ coꝛꝑis.qđ eni ẽ eq̃le alicui aut virib᷒,aut coꝛꝑis ſuꝑficie idẽ illi dici põt metaphoce metaphoꝛa remota.

¶ Sũt auteꝫ ꝛ vꝛbana,ꝛ plurima per metaphoꝛam,ꝛ ex ꝓdeceptione. Manifeſti᷒ eniꝫ fit,qm̃ didicit penes id qđ eſt ꝯ̃trio ſe habere,videturq; animus dicere ita vere eſt,ego ꝟo errabam.

¶ Qm̃ metaphoꝛaꝝ g̃na q̃tuoꝛ ſũt,pm̃ q̃dẽ trãſumptiuarũ,q̃ ꝑ excellẽtiã dicunt̃ metaphoꝛe,qm̃ ſupꝛa rõnẽ metaphoꝛe nihil addũt.Si eni ꝑ quãdã trãſũptionẽ Achillẽ leonẽ dixerim᷒,ſimplicẽ metaphoꝛã faciemus,cũ nihil ſupꝛa rõnẽ metaphoꝛe addat ꝑter trãſumptioneꝫ,q̃ adhuc ẽ de rõne metaphoꝛe,imo cetere metaphoꝛe dicunt̃ ꝑ additionẽ ad hãc. 2m metaphoꝛaꝝ gen᷒ ẽ imaginariaꝝ,q̃ ſupꝛa rõnẽ metaphoꝛe addũt analogiã quandã,ſi eni iuuenes veꝛ ciuitatis dicerem᷒,facerem᷒ metaphoꝛã,ſꝫ ſi analogiã addemus dicẽtes ita ſe hr̃e iuuenes ad ciuitatẽ vt ver ad annũ,faciem᷒ metaphoꝛã,q̃ ẽ imago. 3m gen᷒ ẽ ꝓuerbialiũ,q̃ addũt ſupꝛa rõnẽ metaphoꝛe cõeꝫ vſum,q̃ppe cũ ꝓuerbia oꝛtũ ſumãt ex aliquo inſigni dicto,aut facto,ex q̃ poſtea trãſumptio fit ad alia,vt cũ dĩ nõ ſufficiũt anicule nuptie.Fuit.n.q̃dam vetula,q̃ vltra nuptias voluit cãtilenas. 4m gen᷒ ẽ vꝛbanaꝝ,q̃ ſupꝛa rõnẽ metaphoꝛe addũt nõ nihil diſciplinatiõis atq; lepoꝛis,qđ diſciplinatiõis vl' lepoꝛis ſi hẽbit ſecũ nõ nihil ridiculi,erit metaphoꝛa vꝛbana faceta,vt illa,q̃ dicebat̃ de quodã,q laboꝛabat ſi q̃nque moꝛbis, facete ſic, hic tenet̃ q̃nque laqueis,de q̃ Ariſt.nõ loq̃t̃ hic, ſed poſtea.Si ꝟo nihil ridiculi hẽbit,ſꝫ diſciplinatiõis tm̃,metaphoꝛa vꝛbana erit moꝛalis,ꝛ de hac ꝓ Ariſto.loqui vꝛ̃ meo iudicio.Ariſt.igit̃ loq̃t̃ de hac,q̃ addit ſupꝛa rõneꝫ metaphoꝛe nõ nihil facilis diſcipliatiõis vl' lepoꝛis,q̃tenꝰ ꝑ id ꝯtigit aliq̃d facile addiſcere.Ariſto.igit̃ ꝓ de vꝛbanis metaphoꝛis loq̃t̃,q̃ moꝛales ſũt,poſtea đ ceteris, ꝛ loquẽdo đ vꝛbanis hꝰ,ꝓ loq̃t̃ đ oppõnali,vt cũ aliq̃s vꝛ̃ ſe hr̃e ꝯ̃trio q̃ꝫ dicat,q̃ metaphoꝛa ꝑ ironiã dici põt:ꝛ dic̃.[Sũt aũt ꝛ vꝛbana,ꝛ pl'ima ꝑ metaphoꝛã ꝛ ex ꝓdeceptõe,]inquãtũ aliq̃s oppõnal'r ſe hꝫ,q̃a ꝯ̃trio q̃ꝫ dicat.ꝛ h̃ pacto ſe hñdo,didicit aliq̃d.[Manifeſti᷒.n.fit,qm̃ didicit penes id qđ ẽ ꝯ̃trio ſe hr̃e.]Et q̃ſi aſſignãs cãꝫ dic̃. [Uideturq; aĩus dicẽ ita vere ẽ,ego ꝟo]coꝛde[errabã] erit igit̃ metaphoꝛa vꝛbana moꝛal',q̃ ꝯſiſtit i oppõne q̃dã,q̃tenꝰ aliq̃s vꝛ̃ ſe hr̃e ꝯ̃trio q̃ꝫ dicat,cui᷒ exº nõ poſuit, exẽm tm̃ illđ eẽ põt. Lup᷒ nõ comedit ſꝫ voꝛat:ẽ.n.h̃ metaphoꝛa dicta de vno hoĩe,qui nimis comedebat , talis ergo homo non comedebat,ſed voꝛabat,vbi videt̃ eẽ oppoſitio q̃daꝫ. Pꝛeterea apud Terẽtiũ ades dũ bone vir.ideſt male ſerue,in qua videtur affirmare,ꝛ negat,ꝛ illa nũq; galli baccum colunt,ideſt ſemper vinum amarunt vinoſi hoĩes.Unde videt̃ negare,ꝛ affirmat.Ariſt. igit̃ appellauit hoc gen᷒ ꝑmũ vꝛbanaꝝ ꝓdeceptiuũ,qm̃ ꝑ ironiã eſt,inquãtũ q̃s vꝛ̃ affirmare,ꝛ negat,vel ꝯtra.

¶ Apophthematũ

Apophthematum ēt vꝛbana ſunt ex ipſo dicere aliquid, quod nō dicit. Ut illud Steſichoꝛi, qm̄ cicadę īter ſeipſas a terra cātabūt.

Cum dixiſſet de vꝛbana metaphoꝛa ironica atq; pręceptiua, nunc loquitur de metaphoꝛa vꝛbana latitatiua, vt ita dixerim, vel clādeſtina, vt cū qſpiā ita latenter loquitur, ꝙ non videat̄ dicere, qȯ dicit: ⁊ dicit. [Apophthematum etiam] .i. dictoꝛum cōmodoꝛuʒ [vꝛbana ſunt ex ipſo dicere aliquid, quod non dicit,] ideſt quod ita latēter loquitur, quod non videatur dicere, quod dicit, vt illud Steſichoꝛi, quoniaʒ οἱ τεττιγες ἑαυτοῖς χαμοθεν ᾄσονται, ideſt [cicadę inter ipſas a terra] ſubter [cantabunt:] hoc enim Steſichoꝛus dixit ꝑncipibus ne ſubditis tyrānici aliqd facerent, quia cicadę .i. ſubditi inter ſeipſas a terra ſubtus cantabunt. ideſt murmurabūt, inquantum enim dicit a terra ſubtus, dicit eas non cantare, quia qui cantat, palam ⁊ in alto cantat, quo ꝟo dicit cantabunt, dicit eas cantare. dicit itaq; latenter, qȯ non videtur dicere.

Et eadē de cauſa quę ꝓbant̄ enigmata, iucunda ſunt, diſciplinatio enim ineſt.

Cū dixiſſet de metaphoꝛa vꝛbana clādeſtina, nunc de enigmatica: ⁊ dicit. [Et eadem de cā q̄ ꝓbant̄ enigmata] cū ꝑ metaphoꝛā dicunt̄, [iucūda ſunt: diſciplinatio eniʒ ineſt.] huiꝰ exēpla nō poſuit, ſʒ exēpla eē pūt, vt illa, ſuꝑ modio ne ſedeas .i. terrenis noli īmoꝛari ↄtēplatiōibꝰ. ⁊ illa, ad ſolē ne mingas .i. palam turpia ne facias, ⁊ illa, ne comedas, q̄ nigrā caudā hn̄t .i. ne vtaris, q̄ ad malū finē te ducūt: ⁊ alia inumera Pythagoꝛica enigmata. Obſcura ꝟo eſt illa, mr̄ me genuit, eadē mox gignit̄ ex me. Hę eni metaphoꝛę addūt ſupꝛa vꝛbana, allegoꝛiā quādā obſcuram, ⁊ bꝛeuem. ⁊ hac vtebat̄ Cęcilius oꝛatoꝛ. Eſt eniʒ quęſtio in ea obſcura, quę niſi aperiatur, cum difficultate intelligitur, vt illa de comedente exiuit cibꝰ, ⁊ de amaro egreſſa eſt dulcedo: enigmata enim vt inquit Quintilianus niſi interꝑtentur, non intelliguntur.

Dicitur etiam metaphoꝛa quod Theodorus quoq; dicit, cum noua dicunt̄: quod fit, cum ꝑter opinioneʒ fuerit. Nec vt ille dicit, ſi ad pꝛioꝛem opinionem conferas.

Cū dixiſſet de metaphoꝛa vꝛbana clādeſtina, nunc de inopinabili q̄ſi ex nouitate, ⁊ dic̄. [Dr̄ ēt metaphoꝛa, qȯ Theodoꝛus quoq; dic̄, cū noua dicunt̄, qȯ fit cum ꝑter opinionē fuerit.] q̄ eſt vꝛbana metaphoꝛa moꝛalis q̄rto mō q̄ inopiabilis q̄ſi ex nouitate dr̄, qm̄ dic̄ noua inopinabilia, ⁊ ſi alias fuerint, [nec vt ille dic̄,] ſūt, [ſi ad pꝛioꝛē opionē ↄferas.] Nec ponit exēpla, tn̄ exēpla ſunt, vt ouis comedit lupū, ⁊ lepꝰ iuaſit canē, hęc ſi ad ꝑoꝛē opinionē ↄferant̄, ꝑter opionē eē vīr. Hęc itaq; metaphoꝛa addit ſupꝛa vꝛbanā metaphoꝛā, nouitatē quādā iopinabilē, vt cū noua ꝑ metaphoꝛā dr̄, q̄ ꝑter opionē ſūt.

Et vt quę in ridiculis emittuntur, quod quideʒ valet. ⁊ ſales, qui ex depꝛauata ſcriptura ſunt: decipitur eni auditoꝛ ⁊ in metris, cū nō cōſequatur oꝛatio, vt auditoꝛ putabat. Ibat autem ſub pedibus vlcera. Hic eniʒ putabat calceos dicturum. Simul enim hoc dum dicitur, opoꝛtet aperiri.

Hactenus de vꝛbanis moꝛalibꝰ, nunc de vꝛbanis facetis, quę inumerę ſunt, gratia tamē exempli duo genera tangit, alterum quod ſupꝛa vꝛbanam addit ridiculuʒ ex deceptione verboꝛum, quę auditoꝛ credit vꝛbanū eē dicturuʒ, ⁊ non dicit, ⁊ hic locus dicitur ab inexpectato alterum ex depꝛauatione literarum, vel ſyllabaruʒ, vel dictionum. Hęc pꝛimo enumerat: ⁊ dicit. [Et vt quę in ridiculis emittūtur,] quę auditoꝛ credit vꝛbanū eſſe dictuꝝ, ⁊ non dicit qui locus dicitur ab inexpectato. [Qȯ quidem valet] non parum ad facetam metaphoꝛā: hoc eſt pꝛimum. Deinde addit ſcōm: ⁊ dicit. [Et ſales] .ſ. ridicularū, [qui ex depꝛauata ſcriptura ſunt,] eſt enim depꝛauare coꝛrumpere, quod fit coꝛruptione dictiōis, vel mutatione lr̄arum, vt illa habeo teſtem meracē, qui merū mingit, loco huius habeo teſtem veracem, qui veruʒ dicit, ⁊ iſte eſt mobilis .i. nobilis. Deinde ponit exēpluʒ pꝛimi generis, ⁊ dicit. [Decipitur enim auditoꝛ ⁊ in metris, cum non conſequatur oꝛatio, vt auditoꝛ ipſe putabat,] ⁊ ponit exempluʒ, ⁊ dicit [Ibat autem ſub pedibꝰ vlcera] .ſ. habens, illud enim ibat ſub pedibus, añq; adderentur alię ꝑtes, credebat auditoꝛ eum eſſe dicturū habens calceos, qm̄ ſub pedibus calcei habent̄. Addit autem habens vlcera. decipit̄ eniʒ auditoꝛ, cum non cōſequatur oꝛatio, vt auditoꝛ putabat, [hic enim] ſcilʒ auditoꝛ [putabat calceos dicturuʒ,] ille ꝟo dixit vlcera. Hęc eniʒ (vt Ariſt. inquit) obſcura adeo ſunt, [vt aꝑiri opoꝛteat ſimul cum dicuntur,] ⁊ hic locus in aulicis noſtris dicitur ab inexpectato.

Quę ꝟo ex depꝛauata ſcriptura fiunt, non quo dicunt nomine, ſed eo in quod vertūtur vt illud Theodoꝛi in Niconeʒ citharedum, Thrattat te, diſſimulat eni dicere Thrattat te, ⁊ decipit. Aliud eniʒ dicit. quocirca diſcēti iucūdū, quoniaʒ niſi ſubintellexerit Thracem eſſe, non videbitur vꝛbanum eſſe.

Cum poſuiſſet exempla eoꝛuʒ, quę decipiunt ex diminutione verboꝝ, loco. vʒ. ſumpto ab inexpectato, nunc ponit exēpla eoꝝ, quę ſunt vꝛbana ex depꝛauatiōe ſcripturę: ⁊ dic̄. [Quę ꝟo ex depꝛauata ſcriptura fiūt] .ſ. metaphoꝛę vꝛbanę, [nō noie quo dicūt] ↄcipiūt. vel ridiculū efficiūt, [ſʒ eo] noie decipiunt. [in quod vertuntur, vt illud Theodoꝛi in Niconē citharedū] cuʒ dixit, [θρατ τει σε,] Thꝛattat te, qȯ eſt dicere turbat te, [⁊ decipit, aliud enim dicit] q; turbat te. Nam lʒ Thꝛattare, vt ſumitur pꝛo verbo in ſe, ſonet turbare, tamē vt deducitur a Thꝛatia, cuius ciues ſunt ↄceptoꝛes, ſonat, decipit te, veluti cuʒ dicit̄ de aliquo, qui ſe de nobilitate iactat, hic traſoniçat. ꝑpterea ↄcludit, [quo circa diſcēti,] h̄ metaphoꝛa [vꝛbanuʒ] qd eſt, ⁊ facetū, [qm̄ niſi ſubitellexerit Thꝛacē eē,] eū q thꝛattat Niconē, [nō videbit̄ vꝛbanū eē:] oʒ eni intelligi de Thꝛace, non de alijs, qa Thꝛaces ſunt deceptoꝛes. cęteri ꝟo non ſic, hoc pacto ꝑ Tiberio Claudio Nerone dictus eſt biberius Claudius mero.

Et illud, vis ipſum perdere, opoꝛtet enim vt vtrūq; conuenienter dicatur.

Nunc aſſignat ſcōm exempluʒ canillo, ⁊ loco ſumpto a voce: ⁊ dicit. [Et illud,] βουλει αυτον περσαι .i. [vis ipʒ ꝑdere,] canillus hic erit ī voce: ſonat eni [vis temet ipm̄ ꝑdere: opʒ eni vt vtrūqʒ] .ſ. tam exēplum ſuꝑius dictum, q; pręſens, [conuenienter] per ſubintellectum [dicatur,] ſi vꝛbana metaphoꝛa eſſe debeat, nā niſi hic ſubintelligatur, temet. non erit vꝛbana.

Sic quoq; vꝛbana, vt dicere Athenienſibus archen maris non archen eſſe maloꝛum. Iuuari nāq;, vel vt Iſocrates, archen

ciuitati arcben eſſe malorum, vtrobiqꝫ enim qđ non vtiqꝫ putaret quis dici, hoc dicitur. eſtqꝫ apertuꝫ id verum eſſe. Etenim dicere arcben eſſe arcben, non eſt ſapiēs. Sed ſi ſic ait ⁊ non arcben, non enim qđ dixit, negat, ſꝫ aliter. Que omnia tunc ꝓbant̃, cū ꝑ equocatione͂ vel metaphoram nomen affertur.

⁋ Hic locus poteſt eſſe vrbanus moralis, ⁊ vrbanus facetus, Ariſtoteles aſſignat exemplum morale, ⁊ non facetum, eſt autem locus ab equiuoco cum bis equiuocamus in eodem verbo. vt cum dicimus mihi magis placet lena ꝙ lena. Eſt enim lena veſtis, ⁊ planuꝫ volo amicum non planum. ideſt apertum non deceptorem. Ariſtoteles autem exemplum affert non facetum, ⁊ probat has vrbanas metaphoras, cum per equiuocationeꝫ nomen affertur, ⁊ quidem cōmode, ſi ſemper bis, dico cōmode ſemper bis, quia quanto breuius, ⁊ per oppoſitioneꝫ dicuntur, tanto magis probantur: dicit. [Sic quoqꝫ vrbana] ſunt, [vt dicere Athenienſibus arcben maris nō arcben eſſe malorum,] quid xͦo per arcben primo ⁊ ſecundo modo dictum intelligat, poſtea dicetur, cauſam autem aſſignat, ⁊ dicit. [Iuuari nāqꝫ] ſubaudi viſi ſunt in bonis, vbi per arcben maris intellexit principatū maris, nam apud grecos arche ſigñat principium, ⁊ principatum. Cum xͦo dixit non arcben eſſe malorum, intellexit principium. Apud xͦo latinos non potuit dici, ideo grece tranſtuli. Adducit aliud exempluꝫ: ⁊ dicit. [Uel vt Iſocrates arcben ciuitati arcben eſſe malorum,] vbi eodem modo per arcben ciuitati intelligit principatum ciuitatis, per arcben xͦo malorum intelligit principiū malorum. [Utrobiqꝫ enim quod non vtiqꝫ putaret qs dici, hoc dicitur,] nam dicitur principatum maris vel ciuitatis, quod quis nō putabat dici, ſed putabat dici de ꝑncipio, [eſtqꝫ] vtrūqꝫ dictum [apertum id verum ee͂,] naꝫ principatus maris Athenienſibus non eſt principiū malorum, ⁊ principatus ciuitati principiuꝫ eſt malorū. [Etenim dicere arcben eſſe arcben non eſt ſapiens] .i. vrbanum, qa vnus quis id poteſt dicere. ⁊ intelligere: [ſed] ſapiens, ⁊ vrbanum eſt, ſi ſic ait, ⁊ non arcben] .i. ſi dicat̃ arcben non eſſe arcben, hoc eni modo habet diſciplinationis non nihil. [Nam non quod dixit, negat, ſed aliter] accipit arcben cum dicit Athenienſibus arcben maris non arcben eſſe malorum, arcben eniꝫ primo loco ꝓ principatu accipit, arcben xͦo ſecūdo loco pro ꝑncipio intelligitur. addit. [que omnia tunc ꝓbantur, cum ꝑ equocationem, vel metaphoram nomen] bis per oppoſitionem [affertur.]

⁋ Uelut tollerabilis nō tollerabilis, equiuocationem negauit. Sed conuenienter, ſi ſemper bis. ⁊ non vtiqꝫ fieres magis ꝙ te oportet, peregrinus/peregrinus. Non magis ꝙ te oportet, idem, ⁊ non oportet hoſpite͂ ſemper ee͂ hoſpitem, hoc eni alienū ⁊ idem.

⁋ Aſſignat ſcōm exemplum: ⁊ dicit. [Uelut tollerabilis non tollerabilis,] cum enim ſic dicitur, [equiuocatione͂ negauit,] ideſt negatio cecidit ſupra equiuoco, ⁊ non ſupra vniuoco. quoniam tollerabilis non tollerabilis. ſupple ſemper eſſe debes. [Sed conuenienter] fit hec metaphora [ſi ſemper bis] per oppoſitionem fiat, vt verbi cauſa, [⁊ non vtiqꝫ fieres peregrinus] ſubaudi ſemper [peregrinus magis ꝙ te oportet,] Deide dat tertiū exemplum, ⁊ dicit. [Non magis ꝙ te oportet idem] eſt ſenſus, ſubaudi ſi dicatur, [⁊ non oportet hoſpitem ſemper eſſe hoſpitem: hoc enim alienum ⁊ idem] ſubaudi eſſe videtur, nam omnia per equiuocationem bis idem dicunt. Primum enim exemplum verum eſt, quoniaꝫ tollerabilis. ideſt patiens, non ſemper debet eſſe tollerabilis. ideſt patiens. Scōm quoqꝫ verum eſt, quoniam nō ſemper peregrinus eſſe debet peregrinus. Tertium ē͂t, quia non ſemper hoſpes debet eſſe hoſpes, ⁊ tu conſidera, quoniam verba Ariſt. ſunt mutilata, ⁊ difficillima: ⁊ ab Egidio noſtro penitus ignota.

⁋ Et illud quod fertur, Anaxandridis, bonū eſt mori prius ꝙ dignum morte agere. Ide͂ eniꝫ eſt ac dicere, dignum enim eſt mori, qui non eſt dignus mori, aut dignum eſt mori, ꝗ non morte dignus eſt, aut qui non facit morte digna.

⁋ Aſſignat exemplum Anaxandridis: ⁊ dicit. [Et illud, quod fertur, Anaxandridis, bonuꝫ eſt mori prius ꝙ dignum morte agere,] ⁊ interꝑtatur hoc Ariſtoteles, ⁊ dicit primo. [Idem enim eſt ac dicere, dignū enim eſt mori, qui non eſt dignus mori,] nam hic ex morte quaſi reuiuiſcitur. ſecūdo dicit, [aut dignum eſt mori, qui non morte dignus eſt,] idem ſenſus eſt. tertio dicit, [aut] dignum eſt mori, [qui non facit morte digna,] ⁊ idem eſt ſenſus, quoniam ſemper ex morte reuiuiſcitur.

⁋ Genus igitur dictionis in iſtis idem eſt, verum quanto breuius, ⁊ per oppoſitioneꝫ dicta ſunt, tanto magis probātur. Cuius rei cā eſt, qm̄ maior diſciplinatio faciliuſqꝫ ꝓpter oppoſitionem fit, ⁊ qm̄ paucis, ideo citius.

⁋ Epilogat, ⁊ dicit. [Genus igitur dictionis in iſtis ideꝫ eſt,] nam omnes huiuſmodi metaphore propter dictionem fiunt. [Uerum quanto breuius, ⁊ per oppoſitione͂ dicta ſunt, tanto magis probantur,] ⁊ aſſignat cauſam: ⁊ dicit. [Cuius rei cauſa eſt, quoniam maior diſciplinatio faciliuſqꝫ propter oppoſitionem fit, ⁊ quoniaꝫ paucis] ideſt per breuiora [ideo citius,] diſciplinatio fit. probātur ergo, quia ex eis maior, ⁊ facilior, ⁊ celerior diſciplinatio fit: que ſi habuerint non nihil ridiculi, erunt metaphore vrbane facete, atqꝫ aulice, de quibus, ⁊ de multis alijs diximus libro de re aulica.

⁋ Oportet autem ſemper adeſſe aut ad queꝫ dicuntur, aut recte dici, ſi quod dicitur, verū eſt, ⁊ non ſuperficiale. Separantur eniꝫ hec nonnūqꝫ hoc pacto, mori oportet nihil peccantem. ſed non eſt vrbanum. Dignuꝫ oportet dignam vxorem dicere. Non autem eſt vrbanum. Sed ſi vtraqꝫ ſimul habebit, hoc mō, dignū eni mori, cū non eſt dignū mori.

⁋ Circa ea que dixit aſſignat quoddam documentū vtile: ⁊ dicit. [Oportet autem ſemper adeſſe aut] ad ſenſuꝫ [ad quem dicuntur,] ideſt oportet ſemper eſſe propinqua ſenſui, ad quem dicuntur, ⁊ non remota, quoniam tunc metaphora eſſet obſcura, [aut recte dici, ſi quod dicitur, verum eſt, ⁊ non ſuperficiale.] ideſt aut oportet metaphorā accipi nō ſuꝑficialr̄, ⁊ locutꝰ ſuꝫ ſub diſiunctiōe, [qm̄ ſeꝑant̃ hͤ nōnūqꝫ,] nā pōt metaphora ee͂ ſuꝑficialis, ⁊ nō vrbana, [hͦ mō mori opꝫ nihil peccātem,] qđ ſuꝑficiale eſt [ſꝫ nō vrbanū] ſilr̄ [dignū opꝫ dignam

vxorē ducere,nō aūt eſt vrbanū,]qa nō eſt oppō hñs i⸗tra ſe diſciplinationē.[Sz ſi vtraqꝫ ſimul habebit].ſ.ꝓpīgtatē ad ſenſuz,ad quē dr̄,⁊ ꝓfunditatez nō ſupficia⸗lē,quę diſciplinationē hēat,[h̄ mō,dignū eni mori,cuz nō eſt dignū mori,]tūc erit vrbanū.nā habebit ꝓpīgta tē ad ſenſuz ad quē dr̄,⁊ ꝓfunditatē in diſciplinatiōe ꝓ⸗pter oppōnē.Collige igit̄ metaphorā eē vrbanā,q̄ duo hz,⁊ ꝓpīgtatē ad ſenſuz,ad quē dr̄,⁊ diſciplinationē.ſi eni fuerit ꝓcul a ſenſu,ad quem dr̄,nō erit itelligibilis,ſi diſcipliationē nō hēbit,erit ſupficialis,⁊ nimis triuial̄.

❡Quāto aūt plura ꝯtinebit,tāto vrbaniꝰ vr̄. Ut ſi ⁊ v̄ba metaphora ſint,⁊ metaphora ta lis,vt ⁊ oppōnē,⁊ cōparē ⁊ efficatiā hēat.

❡Aſſignat 2ᵐ documētū vtile,⁊ dic̄.[Quāto aūt plura] eoꝝ,q̄ dixit,[ꝯtinebit]metaphora,[tāto]qd [vrbanius vr̄:]⁊ exponit ea,q̄ dixit:⁊ dic̄.[Ut ſi ⁊ v̄ba metaphora ſint].i.ęquocatio ſint,⁊ h̄ ē p̄mū eoꝝ,q̄ dixit.[Et meta⸗phora tal̄,vt ⁊ oppōnē hēat,]h̄ eſt 2ᵐ,[⁊ cōparē,]h̄ eſt 3ᵐ,[⁊ energiā]h̄ ē efficatiā,qđ eſt eē aū oculos,⁊ eſt 4ᵐ eoꝝ,quę dixit:quanto eni plura hoꝝ continet,tāto me⸗taphora vrbanior erit,quę ſi aliqd ridiculi afferat, erit aulica.diximus de aulicis in libello de re aulica.

❡Imagies quoqꝫ,ſicuti ēt in ſupiorıbꝰ dictū eſt,ſemp laudabiles mō quodā metaphorę ſūt. Aut eni ex duobꝰ dicunt̄,ſicut q̄ ꝓportio nalis metaphora,vt dicimꝰ clypeꝰ ē fiala mar tis.⁊ arcus lyra ifidis.Sic igit̄ cū dicimus, non ſimplex fit.Cū v̄o dicimus arcū lyraz, aut clypeum fialam,ſimplex.

❡Hactenꝰ đ vrbana metaphora,nūc đ imagiaria:⁊ dic̄.[Imagies q̄z].i.metaphorę imagiarię ſic̄ ēt i ſupioribꝰ dcm̄ ē,ſemp laudabiles mō q̊dā metaphorę ſunt].Sūt mō q̊dā ſemp laudabiles,qa nō ita laudabiles,ſic̄ vrba nę.Deide exponit q̄les ſūt,[aut eni]ex duobꝰ q̄ſi cōpo⸗ſitę[dicūt̄,ſic̄ q̄]analogica.i.[ꝓportiōalis metaphora,]v̄bū[aut]nō diſiūgit,ſz affirmat.Aſſigt exēᵐ:⁊ dic̄.[Ut dicimꝰ Clypeꝰ ē fiala marti,]⁊ ſbaudi fiala ē clypeus ba⸗chi.[⁊ arcꝰ ē lyra ifidis,ſic igit̄ cū dicimus,nō ſimplex] metaphora[fit]qm̄ cōponit̄ ex duobꝰ terminis,[cū v̄o dicimꝰ arcū]eē[lyrā,]⁊ nō addimꝰ ifidē,[aut clypeum] eē[fialā,]⁊ nō addimꝰ marti,aut fialā eē clypeū,⁊ nō ad dimꝰ bachi,ſimplex dictio ē,⁊ nō imaginaria metapho ra.Et ſic additiōe ſcđi termini reddit̄ metaphora imagi naria.Cū eni dicimꝰ clypeū fialā eē marti,volumꝰ dicer̄, qm̄ ita ſe hz clypeꝰ ad martē;ſic̄ fiala ad baccū.Et cū di⸗cimꝰ fialā eē clypeū bachi,volumꝰ dicere ita ſe hr̄e fialā ad bachū ſicut clypeꝰ ad martē.Semp.n.additiōe illiꝰ alterius termini repn̄ſentat̄ id,cuius eſt ſimilitudo.

❡Fingūt ēt imagies ſic,vt ſimię pulſanti,aut lupo pūcto in aſilū. Utraqꝫ eni colligunt̄.ꝓ be v̄o dr̄,cū metaphora iſit. Poſſumꝰ enim Clypeū fielę martis aſſimilare,⁊ ſemiructā domū laceris famuli pānis,⁊ dicere. Nice⸗ratum Philoctetez fuiſſe morſuz a pratyo. Sic eni aſſimilauit Thraſymachus videns Niceratum victum a pratyo in heroico car mine,ſed comatum ⁊ ſqualidū adhuc.

❡Aſſigt aliū modū metaphorę imagiarię vtputa addi⸗tiōe pluriū:⁊ dic̄.[Fingūt ēt imagies ſic].ſ.additiōe plu riū ſupra vnū,[vt]ſi aſſimilauerimꝰ tyrānū[ſymię pul ſāti,]q̄ tenꝰ đceptorie applaudit.Ecce q̊ mō fit metapho ra ꝑ duo,qa ꝑ ſymiā,⁊ fiſtulātē,[aut]ſi aſſimilauerimꝰ tyrānū[lupo pūcto i aſilū,]qm̄ ſic̄ lupꝰ pūctꝰ i aſilū cru⸗del̄r mordet,ſic tyrānus crudel̄r crutiat in ſua tyrānide. [Utraqꝫ.n.colligūt̄]qm̄ vtraqꝫ metaphora eſt cōpoſita ex pl̄ibꝰ vni additi.Addit[ꝓbe v̄o dr̄].ſ.imago ipſa,[cū metaphora iſit]ei.Nā tūc ē metaphora imagiaria.⁊ qa dixit duas rōnes imaginū,alterā additiōe vniꝰ,alteraz additiōe pluriū,iđ q̄ſi rōnē afferēs dic̄.[Poſſumꝰ.n.cly peū fielę marti aſſil̄are].i.ꝑ ſil̄itudinē dicē,⁊ erit tūc ima go additiōe vniꝰ.Deide aſſigt exēᵃ imaginū q̄ fiūt addi tiōe pluriū,⁊ dic̄.[Et ſemiructā domū laceris famuli pā nis,⁊ dicē Niceratū]cog̊mēto[philoctetē fuiſſe morſū a pratyo.]qđ q̊ mō itelligat̄,ſbdit.⁊ dic̄.[Sic.n.aſſil̄auit Thraſymachꝰ,vidēs Niceratū victū a pratyo in heroi⸗co carmie,ſz comatū ⁊ ſq̄lidū].i.caluū[adhuc].q.d.qui Niceratꝰ adhuc comatꝰ ⁊ caluus,⁊ ſic nō đbebat vici ſua ſenili ętate,qa g̊ fuit victꝰ i carmie heroico a pratyo,euz dixit eē morſū a pratyo ꝑ ſil̄itudinē ⁊ metaphoram. Et vtraqꝫ h̄ metaphora fit additiōe pluriū:vt ꝑſpicuū ē.

❡In qbꝰ maxie poetę errāt:cū non recte,⁊ ſi recte,ꝓbent̄. Dico aūt,cū reaſſignant inſtar apij criſpa crura gerit.ſic̄ Philamō quoqꝫ calcitrās cū Coryco,⁊ ſūt oīa hęc imagies: ⁊ ꝙ imagies ſint metaphorę,dictū eſt ſępe.

❡Nūc aſſigt qñ in his imagibꝰ errāt poetę:⁊ dic̄.[In q⸗bus].ſ.imagibꝰ[maxie poetę errāt,cū nō recte]has ima gines accipiūt,[⁊ ſi recte].ſ.accipiūt,accipi đbēt adeo re cte,[vt ꝓbēt̄,]ſi.n.nō ꝓbēt̄,ēt ſi recte accipiāt̄,errāt poe tę.[Dico aūt]recte,⁊ ꝓbate vt ꝑ exēᵐ,[cū reaſſignāt in⸗ſtar apij,hic criſpa crura gerit.]Erat.n.qdā,q plagas ha bebat i cruribꝰ,đ q̊ dcm̄ ē,crura criſpa hr̄e.Deide ponit authorē huiꝰ imagis:⁊ dic̄.[Sic̄ Philamon quoqꝫ calci trās cum coryco]dixit corycuz crura gerere criſpa iſtar apij.Tūc epilogat:⁊ dicit.[Et hęc oīa imagies ſunt,⁊ ꝙ imagines ſint metaphorę,dictum eſt ſępe.

❡Prouerbia quoqꝫ metaphorę ex ſpē i ſpe ciem ſunt. Ut ſiqs,vt boni aliqd ꝯſequat̄,id adducat,vnde dānū allatuz ſit,vt Carpathiꝰ inquit,leporem. Utriſqꝫ enim quod dictum eſt,accidit.Sed vnde vrbana dicant̄,⁊ cur, cauſa fere dicta eſt.

❡Hactenꝰ đ imagiarijs metaphoris,nūc đ ꝓuerbialibꝰ q̄ paręmiacę dicūt̄,addit āt,vt ſupiꝰ diximꝰ,ꝓuerbialis metaphora ſupra analogicā,cōez vſuz,ꝓuerbia eni ſēꝑ originē ſumūt ex aliq̊,qđ notabil̄r dr̄,vl̄ notabil̄r fit,iđ dic̄.[Prouerbia q̊z metaphorę ſūt,cū ex ſpē i ſpēm]tra⸗hūt̄:⁊ aſſigt exᵐ:⁊ dic̄.[Ut ſi qs vt boni aliqd ꝯſeq̄t̄,id adducat,vñ dānū allatū ſit,vt Carpathius inqt,]hūc di cūt[leporē,vtriſqꝫ.n.]vz.tā hoi ſic agēti,q̄ꝫ lepori,[acci⸗dit qđ dictū,]vt bonū ꝯſequāt̄,malū.vz.lepꝰ.n.vt dixi⸗mus fugiēs veſtigiarios canes,icidit i canes leporarios, ⁊ quandoqꝫ in rhetia.Tūc epilogat:⁊ dicit.[Sed vnde vrbana dicantur,⁊ cur,cauſa fere dicta eſt,]etiam dictū eſt de imaginaria,⁊ prouerbiali.

❡Sūt āt ⁊ ꝓbatę metaphorę hyꝑbolę. vt in vlceribus plenū:putauit enim ipſum moris plenam fiſcellam eſſe,nam vlcus rubeum q⸗dam eſt,imo valde rubeum.

❡Nūc de metaphoris,quę ſunt hyꝑbolę,q̄ vt ſupiꝰ dixi mus,addūt ipſi analogicę metaphorę exceſſuz,vl̄ dimi⸗

nutionem,nã duplex eſt,cũ eniʒ dictio excedens ponit augendi gratia,dicit hypbolica additiua,cũ ꝟo ponit diminuẽdi cauſa,diminutiua eſt.additiua qdẽ eſt,vt ſuperius diximus,velut cũ dicit,niue candidior,luce clarius,carbone nigrior,diminutiua aũt,velut cũ dr̃,ꝛ vix oſſibus herẽt,vel tardior teſtudine,dicit.[Sũt autẽ ꝛ ꝓbatę metaphorę hypbolę,vt]ꝑ exẽpluʒ[in]quẽdaʒ[vlceribus plenũ,]alius,qui illũ deridebat,[putauit enim ipm moris plenaʒ fiſcellaʒ eſſe,]dixit eniʒ ego putaui te fiſcellã moris plenã eẽ,[nã vlceris rubeũ qdaʒ eſt,imo valde rubeũ]ſicͭ moro nõdũ maturo:q rubeus eſt.

¶ Cum ꝟo dicit hoc ſicut hoc atꝗ hoc,hyperbola eſt modo quodã dicendi differens, vt Phylamon coryco pugnat. Putauit auteʒ ipʒ Philamoneʒ qui coryco pugnat,veluti apium criſpa crura gerere. Putauit aũt non crura,ſed apium habere ſic criſpa.

¶ Sed qm̃ eſt q̃dã hyperbola imaginaria additiõe ꝟbi ſicut,aut alterius hꝰ,oſtẽdit hãc nõ eẽ ſimplr̃ hypbolã, ſed mõ quodaʒ dicendi differẽteʒ:ꝛ dicit.[Cũ ꝟo dr̃]ꝑ hyperbolam ſilitudinariã[hoc]eſt[ſicut hoc,atꝗ hoc, hypbola eſt mõ quodã dicendi differẽs,]ꝛ non ſimplr̃ hypbola,ſed additione ſigni ſignificãtis ſilitudineʒ,qͦ oſtẽdit exemplo poſito ea comędia,quę incipit.Philamon coryco pugnat,ꝛ hoc dicit.[vt]ſ.ea comędia q̃ incipit.[Philamon coryco pugnat,]ꝑſpicuuʒ ſubaudi eſt, deinde ponit ꝟba illius comędie quę faciũt ad ſuũ ꝓpoſitum in qua cũ ſeruus loqueretur Ariſt.dicit.[Putauit autẽ]ſubaudi ſeruus ille qui introducit ibi loqui.[ipm Philamonẽ,qui coryco pugnat,veluti apiuʒ criſpa crura gerere,]ꝛ exponẽs hoc Ariſt.dicit.[Putauit autẽ]ſcʒ ſeruus ille Philamoneʒ[non veluti crura,ſed]putauit per metaphorã ſilitudinariaʒ veluti[apiuʒ ſic]crura habere[criſpa.]hęc igit eſt ſilitudinaria hypbola,nõ ſimpliciter,ſed additione modi dicendi. Nõ qdem Philamonis ad crura apy,ſed ad ipſum apiũ,quod criſpa crura habet.ergo eſt aliquo modo hyperbola.

¶ Sunt inſuper hyperbolę pueriles,ꝙ vehemẽtiã ſignificent:qbꝰ irati maxie loquunt.

Nõ mihi ſi dederit,quot ꝓhẽdit arena cinisꝗ.
Nec mea natarum quęuis fiet vxor atridę,
Auricomę veneri non ſi contendere forma
Equare ꝛ glaucs poſſit ſimul acta mineruę.

Vtuntur aũt hoc mõ maxime Attici oratores,ſed ſeni ſic dicere indecorum eſt.

¶ Vltimo aſſignat qͦdaʒ genus hypbolaꝝ:ꝛ dic.[Sũt inſuper hypbolę pueriles,ꝙ vehemẽtiã ſignñent,]apud pueros atꝗ iuuenes aſſueta ꝛ ꝓpria,[qbꝰ irati maxie loquũtur,]ꝛ aſſignat exẽm ex Homero iliad.9a/g ſic dic.

ὐδ᾽ εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε

κούρην δ᾽ οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο ꝛ infra

οὐδ᾽ εἰ χρυσείῃ Ἀφροδίτῃ κάλλος ἐρίζοι

ἔργα δ᾽ Ἀθηναίῃ γλαυκώπιδι ἰσοφαρίζοι. ideſt.

Non mihi ſi dederit,quot ꝓhendit arena cinisꝗ
Nec mea natarum quęuis fiet vxor atridę
Auricomę veneri non ſi contendere forma
Æquare ꝛ glaues poſſit ſimul acta mineruę.

Quaſi dicat,nec ſi mihi tot daret,quot arena ꝛ puluis,ꝛ infra,Atridę ꝟo Agamemnonis filiaʒ nõ ducam,etiã ſi aurea cum venere de pulchritudine certaret.Oẽs enim hę ſunt hyperbulę pueriles,qm̃ omnia nimia ſunt iuuenilia.Deide aſſignat eos,qui his vtũtur:ꝛ dicit.[Vtunt auteʒ hoc mõ]hypbolarũ[maxime Attici oratores,ſʒ ſeni ſic dicere indecoruʒ eſt,]qm̃ ſeni nihil eſt nimis:vt ſcͦdo huius dictum eſt.Iuuenibus aũt ꝛ pueris oia ſunt nimis,corrũpũt eni Chilonis dictũ ne qd nimis.

¶ Opʒ autẽ non ignorare aliaʒ vnicuiꝗ generi dictioneʒ cõgruere. Nõ eniʒ eadẽ eſt hiſtorica, ꝛ certatiua,nec deliberatiua, ꝛ iudicialis. Vtrũꝗ eni neceſſe eſt ſcire. Alterum quidẽ vt latine dicere ſcias. Alterũ ꝟo ne cũ alÿs ſignificare velis,tacere cogaris, qͦ patiuntur,qui ſcribere neſciunt. De diuerſis generibus dicendi.

¶ Triplex,vt ꝑmo libro diximus,eſt genus dicẽdi.Alteruʒ demonſtratiuũ,cui ꝑcipue ꝯuenit dictio hiſtorica,q̃ gręce γραφικη dicit,ꝙ plerũꝗ ſcriptis ÿs,qui ꝑñtes ſunt,ꝛ poſteriorìtati tradat. Hęc eni dictio,qa parũ,aut nihil ſimulati hʒ,hiſtorica eſt,dico paruʒ,aut nihil,qm̃ non eẽt rhetorica,niſi aliqd ſimulati,ac veriſimilis haberet,ſed qa ſimulati paruʒ hʒ,veri autẽ ac rei multum, ideo hęc dictio,quę generi demõſtratiuo cõgruit,hiſtorica dicta eſt.Eſt inſuꝑ graphica ideſt ſcripturalis,quia ceteroꝝ generuʒ orõ nulla tradit poſteris ꝑter demonſtratiuã,ideo orõ,qua dicimus in illo genere,ꝑ excellẽtiam dicit graphica.i.ſcripturalis. Nam poſteris ꝑ ſcripta narramus,ꝛ hanc ob rẽ hanc dictionẽ,quę accõmodat demõſtratiuo generi,ꝑ excellẽtiaʒ vocãt hiſtoriaʒ. Eſt eni hiſtoria rerũ geſtaꝝ demonſtratio.ꝑterea in hiſtoria actionibus,nõ opus eſt,in re hiſtoria dicta eſt,ꝙ magis ad veritatẽ itẽdat q̃ ad ſimulationẽ. Dictio igit hiſtorica potiſſimũ generi demonſtratiuo congruit,ꝛ ſi alÿs ſaltem ꝑ accidens cõſtruere poſſit. Alia eſt dictio, quę gręce ἀγωνιστικη dicit,latine certatiua,quę ꝯgruit generi iudiciali,ꝛ deliberatiuo,ꝛ hęc lʒ poſſit ſcriptis,ꝛ voce tradi,ꝓprie opus eſt vt voce tradat, ꝛ actionibꝰ ꝛ ꝓnũtiatiõe ꝓferat.Eſt eni hęc dictio agoniſtica,quoniã vniuerſa aut ꝓ maiore eius ꝑte in ſimulatis actionibus ꝯſiſtit,vt Quintilianus inqt in 6° lib°.ſine eni ſimulatis actionibus genus hoc dicẽdi frigiduʒ,ac ſtolidum eſt,ꝛ qm̃ actionibꝰ vtũtur,qui in agone pugnãt,ideo hoc dicẽdi genus ab vſu actionũ agoniſticũ eſt dictũ.Amplíꝰ hoc dicẽdi genus:vt Quintilianus inqt,in 6° ꝓ maiore parte cõſtat,aut intẽtiõe,aut depulſiõe,ideo tã in genere iudiciali,q̃ deliberatiuo aſperrima dimicatio eſt,nec alibi dixeris magis mucrone pugnari.Eſt igit duplex dictio,altera hiſtorica,quę hiſtoria dicit,ꝛ hęc cõtinet inter orõnes:quę ſunt in genere demõſtratiuo.Et ꝓpea cõgruit generi demõſtratiuo,altera agoniſtica, quę congruit generi deliberatiuo,ꝛ iudiciali,in qbꝰ maxima fit dimicatio.Prima dictio,qa inuẽta eſt,vt oratio demõſtratiua ſcriptis tradat poſteris,graphica dr̃,qa ꝟo 2a dictio facta eſt ad victoriã cauſę.Ideo agoniſtica,ꝛ magna voce fit,dicit.[Opʒ aũt non ignorare aliã vnicuiꝗ generi]ſ.dicendi[dictionẽ cõſtruere:nõ eni eadem]dictio[eſt hiſtorica,ꝛ certatiua.]naʒ hiſtorica congruit generi demõſtratiuo,[nec dliberatiua,ꝛ iudicialis]nã his congruit certatiua dictio.Erit igit duplex dictio,certatiua,ꝛ congruit generibus iudiciali,ꝛ deliberatiuo,ꝛ hiſtorica,ꝛ ꝯgruit generi demõſtratiuo.Reddit cãm,ꝛ dicit.[Vtrũꝗ eni neceſſe eſt ſcire]i.vtrãꝗ dictionẽ[alterum]i.alterã dictionẽ[quidẽ,]quę dicit agoniſtica,[vt latine dicere ſcias:]ꝛ voce,ꝛ actionibꝰ ꝓnũtiare.[Alteruʒ ꝟo]i.alterã ꝟo dictionẽ,quę dicit hiſtorica,[ne cũ alÿs]ſ.ꝑſentibus ꝛ poſteris[ſignificare velis,tacere cogaris,]

garis,]qđ patiũtur,[qui ſcribere neſciunt,]igitur opus eſt exponere vtrãq; dictionem.

¶ Eſt autẽ dictio hiſtorica,quę maxime ꝓpria eſt,certatiua vero,quę maxime ſimulata, cuius duo genera ſunt,nam alterum moratũ eſt,alterũ affectũ. Quapp ⁊ hiſtriões hmõi opera ꝓſequunť. Poetę vero hos ⁊ tales.

¶ Cum diuiſiſſet dictionẽ in hiſtoricã,quę conuenit generi demõſtratiuo,⁊ in certatiuaʒ, quę congruit cęteris generibus,nunc aſſignat drias,⁊ primã ex parte accidẽtium:⁊ dicit.[Eſt autẽ dictio hiſtorica,] quę vno verbo dici poteſt hiſtoria,[quę maxime ꝓpria eſt,]qꝛ.vʒ.nullam habeat ſimulationẽ.[certatiua vero,quę maxime ſimulata,]hęc eſt prima dria,deinde certatiuam ſubdiuidens dicit,[cuius duo genera ſunt,naʒ alterum moratũ eſt,]qꝛ verbis,⁊ geſtibus,⁊ motibꝰ orator, qui certat in genere iudiciali,vel deliberatiuo,ſimulat ſe moratũ eẽ, vt fidẽ faciat auditoribus,[alterũ affectũ,] qm̃ verbis, geſtibus,atq; motibus orator,qui dicit in hmõi generibus,mouet auditores ad affectus.tunc ꝯcludit,[quapp ⁊ hiſtriones,]qui gręce dicũtur hipocritę,[huiuſmodi opera ꝓſequunť].ſ.vt ſimulẽt ſe moratos, ⁊ vt afficiãt, [poetę vero]ꝓſequunť.i.imitantur[hos ⁊ tales] hipocritas.nec ſoluʒ poetę,ſed oratores,vt perſuadeant in certaminibus,etiam imitantur hipocritas.

¶ Lectores aũt,qui inducunť,vt chęremon, eſt enim exquiſitus,vt hiſtoricus. ⁊ lycymnius dithyrambicis.

¶ Nunc exponit authores harũ dictionum:⁊ dicit.[Lectores aũt,qui inducunť]celebres in expoſitis dictionibus,ſunt multi,ſed vnus eſt,[vt chęremon.eſt eniʒ]chęremon[exquiſitus vt hiſtoricus. ⁊ lycymnius ex dithyrambicis,qui ſequuntur hiſtrionica.⁊ ita lycymnius eſt exquiſitus hiſtrio.

¶ Cũq; conferũtur,qui quidẽ hiſtorici ſunt, in certaminibus anguſti videnť. Qui vero ex oratoribus leguntur,in terris incultis agreſtes ſunt. Cauſa aũt,qm̃ certamini ꝯgruunt.

¶ Cum aſſignat ſecundã differentiã inter hiſtoricã ⁊ certatiuã ex parte eoꝝ,qui dicunt,⁊ dicit. [Cũq; conferuntur]hiſtorici ⁊ agoniſtę,atq; cõparanť,[qui quidem hiſtorici ſunt,in certaminibus anguſti videnť.]hoc ẽ male dextri.[Qui vero ex oratoribus legunť,in terris incultis].ſ.colendis,hoc eſt in ſcribendis hiſtorijs [agreſtes ſunt,]⁊ rudes.[cauſa autẽ qm̃]oratores[certamini congruunt,]⁊ in certaminibus ſunt exercitati.hiſtorici ꝯtra in ſcribendis hiſtorijs,illoꝝ enim vis potius in ſimulationibus,horum vero in hiſtoria,⁊ ſcriptis conſiſtit.

¶ Quapropter ſimulata hęc,cum remota ſimulatione/ſuum opus non fecerint, ſtolida videntur veluti articuli.

¶ Anteq̃ ponat tertiã differentiam,cõcludit.[Quapropter ſimulata hęc,cum remota ſimulatione / ſuuʒ opus nõ fecerint, ſtolida vidẽtur, veluti articuli,]q cũ ponãtur ſine verbo,⁊ ſine cõiunctione,ſtolidi videnť,⁊ temere dicti. Articuli habẽtur,cuʒ ſingula clauſulę verba interuallis diſtinguunť,vt Cicero libº 4º ad herẽ. inquit, vt veni,offendi,ſupplicaui,⁊ vt ego,ego,ego , ⁊ dicũtur articuli quaſi particulę mẽbri,vt plenius vſus eſt.ꝑpea dicit,[ſimulata hęc,cũ remota ſimulatione ſuum opus non fecerint ſtolida videnť,veluti articuli.]videnť ſtolidi inquantũ videnť temere dicti ſine verbo , atq; ſine coniunctione,ac ſi verba eſſent a caſu proiecta.

¶ Et ſępe idem dicere in hiſtoria recte reprobatur, In agoniſtica vero oratores quoq; vtũtur. Simulat eniʒ verũ cum idẽ dicitur , neceſſarium eſt cõmutare : qđ quidẽ quaſi viã facit in ſimulationem.

agoniſtica / ἐν δὲ ἀγωνιστικῷ / δεικτικῷ / ἀγονιστικα

¶ Nunc aſſignat tertiã driaʒ ex parte eoꝝ quę dicunť,⁊ dicit.[Et ſępe idẽ dicere in hiſtoria,recte reprobať. In agoniſtica vero oratores quoq; vtunť,ſimulat eniʒ]agoniſtica ipſa ars verbis , actionibus,⁊ vultu.addit tamẽ, [verũ cum idẽ dr].ſ.in agoniſtica, [neceſſariũ eſt cõmutare].ſ.⁊ per verba,⁊ per rectã pronũtiationẽ. nam hęc cõmutatio magnã vim pręhet actioni,ac ſimulationi. ⁊ hoc dicit,[qđ quidẽ permutare quaſi viã facit ad ſimulationẽ,]qꝛ ad ſimulandum multum valet , parat enim cõmutatio illa ad hipocriſim.hoc eſt ad ſimulationem, quę conſiſtit in actione.

¶ Hoc modo is eſt qui veſtra furatus eſt , is eſt qui vos decepit,is eſt qui deniq; vos ꝑdere conatus eſt,qđ Philemon hiſtrio faciebat in anaxandridę gerontomania, quandocũq; introducuntur Rhadamanthus , ⁊ Palamedes,⁊ in ꝓlogo Euſeboꝝ ipʒ ego.

τὸ ἐγώ / ego

¶ Cum dixiſſet cõmutationẽ facere viaʒ in hipocriſim, nũc aſſignat exẽplũ,⁊ conſiderandũ articulos hri cum ſingula verba clauſulę(vt diximus) interuallis diſtinguũť,vt illa Ciceronis,veni , offendi,ſupplicaui,⁊ ego, ego,ego.Et dicũtur articuli quaſi pticulę mẽbri. Ea vero quę ſępius hic dicunť ab Ariſto. appellanť breuia , qm̃ ſunt breuia membra clauſulę,⁊ de his inqt,opʒ cõmutare,vt fiat via in hipocriſim[hoc mõ,is eſt,qui veſtra furatus eſt,is eſt,qui vos decepit,is eſt,qui deniq; vos ꝑdere conatus eſt.]deinde ponit authores huius exẽpli, ⁊ dicit,[qđ Philemon hiſtrio faciebat i gerontomania anaxandridę,qñcũq; introducunť Rhadamantꝰ ⁊ Palamedes.]Interp̃tať autẽ gerontomania ſenilis furia. deinde aſſignat exẽplũ articuloꝝ,⁊ dicit, [⁊ in prologo Euſeboꝝ,]dicič hoc pacto[ipſum ego,] ego,ego,interp̃tanť vero Euſeba,pia.vult igitur Ariſto.articulos ⁊ breuia in hiſtoria reprobari,in altercatiua deſiderari , quę vt inquit cum ſine actionibus geſtibuſq; ipſis fuerint,⁊ ſtolidiora videnť,⁊ ſuum officium non reddunt.

¶ Naʒ ſi quis hęc non recte pronuntiauerit, ſit qui trabem portat.

trabẽ portãs / δοκὸν φέρων

¶ Cuʒ dixiſſet tam in cõmutatione articuloꝝ,q̃ in breuium narratione opus eſſe actione,ita vt nec vnuʒ,nec eodem modo , nec eadem vocis figura dicanť,aſſignat cãm,⁊ dicit,[nã ſi qs hęc nõ recte ꝓnũciauerit,] ꝓnunciando,verba,⁊ actiones cõmutãdo,videbič nimis grauis[ſit]quę ac ille,[qui trabem]collo[portat.]

¶ Et articulos ſimiliter veni offendi , ſupplicaui,opus eſt enim ſimulatione nec,vt vnuʒ dicere,nec eodẽ modo, ⁊ eadem vocis figura dicere. Habẽt inſuper articuli cum diſſoluti fuerint,non nihil proprij. In eodẽ enim tẽpore multa vidẽtur dici.cum enim coniũctio multa faciat vnum,patet ecõtrario , qm̃ vnum erit multa,ſi tollať. hʒ igič amplifica-

tionem, veni, diſſerui, ſupplicaui multa, ſed deſpicere videt̃ quę dixi, quę probaui.

⁋ Cū dixiſſet breuia ſtolida eſſe, ſi qs ea non recte pronuntiauerit, de articulis idē affert: ⁊ dicit. [Et articulos ſimil'r,] ſi quis ſubaudi non recte ꝓnūtiauerit, opꝫ exiſtimare ſtolidos, ⁊ affert exēpluꝫ articuloꝝ, ⁊ dicit, [veni, offendi, ſupplicaui, opus enim eſt ſimulatione, nec] opus eſt hęc [vt vnū dicere, nec eodē modo,] nec opus eſt hęc [⁊ eadē vocis figura dicere.] ¶ Quo ad ꝟba attinet, articuli ab Ariſt. dicunt̃ ἀσύνδετα, hoc eſt abiuncta, vel diſſoluta, qm̃ nulla cōiunctionis vi ſunt coniuncti. Hi igit̃ ſtolidi videbunt̃ niſi actione ꝓnūtient̃. deinde aſſignat quoddā propriū articulis, ⁊ dicit, [hñt inſuper articuli, cū diſſoluti fuerint, nō nihil ꝓprij,] ⁊ exponit quomō ⁊ dicit, [In eodē enim tpe multa vñr dici,] cuius rōnē affert, ⁊ dicit, [cū enim cōiunctio multa faciat] ſubaudi videri [vnū, patet ecōtrario, qm̃ vnuꝫ erit multa] .i. qm̃ vnum videbit̃ multa, [ſi tollat̃,] coniunctio, quare ſicut ꝯiunctio multa facit videri vnū, ſic diſſolutio, atq; abiunctio vnū diuerſimode ꝓnuntiatuꝫ facit videri plura. igit̃ ad oſtentationē abiuncte, atq; diſſolute ꝓnūtianda ſunt. ex his cōcludit, [hꝫ igit̃ amplificationē] hoc pacto dicēdo, [veni, diſſerui, ſupplicaui multa,] ſimil'r hꝫ amplificationē ſic dicendo [ſed deſpicere vr̃, quę dixi, quę probaui.] naꝫ idē de aliquo multoties dictū, videtur multa eſſe dicta. Ad oſtētationē igit̃ idē varijs modis pronuntiatum de eodem videtur non parum ad amplificationem facere.

⁋ Hoc vult facere ⁊ Homerus ibi, Nireus aūt ab eſime, Nireus Aglęę filius, Nireus qui pulcherrimus vir. de quo eniꝫ multa dicunt̃, neceſſe eſt ēt multoties dici. Quare ſi ⁊ multoties, multa quoq; videtur. amplificauit igitur ſemel eius recordatus propter deceptionem, mentionemq; fecit, cum ⁊ in enumeratione poſtremo eius meminerit.

⁋ Oſtendit Homeruꝫ vſum eſſe hoc loco: ⁊ dicit. [Hoc vult facere ⁊ Homerus ibi,] νιρεὺς δ᾽αὖ σύμηθεν, νιρεὺς ἀγλαΐης υἱὸς νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνήρ, ideſt [Nireus auteꝫ ab eſime] .ſ. venit, [Nireus aglęę filius, Nireus q pulcherrimus vir.] deinde probat hmōi modum dicēdi facere ad amplificationē, ⁊ dicit, [de q̃ eniꝫ multa dicunt̃, neceſſe eſt] idem [multoties dici, quare ſi ⁊ multoties,] ideꝫ dicat̃, [multa quoq; vñr.] ꝑpea concludit [amplificauit igitur] .ſ. Homerus, [ſemel eius] .ſ. Nirei [recordatus ꝑp deceptionē.] cū enim ſępe nominet̃, apparenter videt̃ Homerus multa de Nireo dicere. [mentionēq; fecit] de Nireo, [cū ⁊ in enumeratione eius] .ſ. Nirei [meminerit,] nunq̃ tñ fecit nouā rationē de eo, q2 ſm veritatē vnū ſolū dixerat, ſed ꝑp modū loquēdi multa dicere videt̃. quare hęc dicēdi forma facit non parū ad amplificationē. Ex ijs, quę Ariſto. dixit pꝫ primo omnē dictionē hiſtoricaꝫ, quę vno verbo hiſtoria dicet̃, attinere ad genus demōſtratiū, non tñ omnis dictio, quę attinet ad genus demōſtratiuuꝫ, eſt hiſtoria. multę eniꝫ in genere demōſtratiuo ſunt orōnes, q̃ hiſtorię non ſunt, ſil'r ōis oratio agoniſtica, attinet ad genus iudiciale, vel deliberatiuū, non aūt econtrario. vtrū ꝟo dictio hiſtorica poſſit attinere aliquo pacto ad gen⁹ iudiciale, ⁊ ecōuerſo, poſterius dicet̃. pꝫ ſcdō dr̃ia inter hiſtoricā dictionem, ⁊ agoniſticā, differunt enim ex parte actionum, ⁊ ex parte vſus breuium, ⁊ articulorum.

⁋ Deliberatiua igit̃ dictio adumbrationi picturę oīno quoq; ſimilis eſt. nam quāto maior populus fuerit, tāto longius ſpectat. quapropter quę exquiſita ſunt, ſuꝑuacanea magis, peioraq; in vtriſq; vñr. Iudicialis autē exquiſitior, multoq; magis, ſi apud vnuꝫ iudicē. Minimuꝫ nāq; ideſt in rhetoricis. Et qꝺ rei proprium eſt conſpicabile magis eſt q̃ꝫ qꝺ alienū. Inſuper etiam rixa abeſt. quare iudicium purum eſt.

De differentijs dictionis eſſentialib⁹.

In vtriſq; .ſ. iudicio ⁊ deliberatione.

⁋ Qm̃ triplex eſt dictio, deliberatiua, demōſtratiua, ⁊ iudicialis, ideo ꝯparando has inter ſe, eaꝝ dr̃ias aſſignat primam, ⁊ dicit, quaſi ex dictis inferēdo. [Deliberatiua igitur dictio deumbrationi picturę oīno quoq; ſimilis eſt,] hoc eſt rudis, ⁊ ſuꝑficialis, non corpori atq; rei, ſed ſimilis vmbrę ⁊ picturę. deinde probat hoc rōne, ⁊ dicit, [nam quāto maior populus fuerit, tanto longius] .ſ. veritatē a rei ꝓfunditate [ſpectat.] cū multitudo ignaua ⁊ rudis pro maiori parte ſemꝑ inueniat̃. ꝑpea cōcludit, [quaꝑp quę exquiſita ſunt, ſuꝑuacanea magis, peioraq; in vtriſq;] .ſ. in deliberatione, ⁊ iudicio [vident̃.] Secūdo dicit, [iudicialis aūt exquiſitior,] ſubaudi eſt q̃ꝫ deliberatiua. [multoq; magis, ſi apud vnū iudicē] iudiciuꝫ tractet̃. ⁊ hoc probat pluribus rōnibus, quaꝝ primam affert, ⁊ dicit, [minimū nāq; .i. in rhetoricis,] hoc eſt iudex vnus eſt minimus in rhetoricis, modo facilius eſt inuenire vnū peritū iudicem, q̃ꝫ plures. deinde adducit ſecundā rationē, ⁊ dicit, [⁊ qꝺ rei] noſtrę [propriuꝫ eſt,] ideſt ⁊ qꝺ attinet ad rem noſtrā, [conſpicabile magis ē q̃ꝫ qꝺ eſt alienū.] ideſt q̃ꝫ id, qꝺ attinet ad cōmunem populū. mō iudiciū eſt de ꝓprio, deliberatio ꝟo de cōmuni. Deliberatio eni potiſſimū verſari videt̃ circa publica bona. Iudiciū aūt reſpicit ꝓpriū bonuꝫ, quaten⁹ duo ciues verſant̃ ſub tertio iudice. ⁊ cōe bonū reputat̃ alienum reſpectu ꝓprij. Inde eſt q iudicialis ſit exquiſitior deliberatiua. tertiā rōnē affert, ⁊ dicit, [Inſuper etiam rixa abeſt.] ſemper enim q̃ ꝓponunt̃ vni iudici, carent tumultu, ⁊ rixa. quę ꝟo populo ꝓponuntur, ſunt tumultuaria, ⁊ ſic apud eum, quę ꝓponunt̃, non debēt eſſe exquiſita. ideo ꝯcludit, [quare iudiciū,] qꝺ vni iudici ſubmittit̃, [purum eſt,] ⁊ nō tumultuariū, ſed exquiſitum. ⁊ ꝑpterea iudicialia exquiſitiora eē debēt deliberatiuis.

⁋ Quapropter nec ijdē in omnibus his probantur oratores, ſed vbi ſimulationis plurimū, ibi minimuꝫ eſt exquiſitę dictionis. ⁊ id vbi voce, ac maxime vbi magna opus eſt.

⁋ Hic pōt aſſignari quarta ratio, quā dicit. [Quaꝑp nec idē in oībus ijs] .ſ. deliberatiuis ⁊ iudicialibus [ꝓbātur oratores, ſed vbi ſimulationis plurimū, ibi minimuꝫ eſt exquiſitę dictionis, ⁊ id] .ſ. ſimulationis plurimuꝫ, [vbi voce, ac maxime, vbi magna opus eſt,] oratores igitur laudati in deliberatiuis, ſunt qui plurimū valēt in ſimulationibus, qui ꝟo ꝓbant̃ in iudicialibus, ſunt qui plurimuꝫ valent in exquiſitis probationibus. igit̃ iudicialis eſt exquiſitior deliberatiua.

⁋ Demōſtratiua igit̃ dictio hiſtorica maxie, cuius opus lectio eſt. poſt hanc iudicialis.

⁋ Nunc de dictione demōſtratiua, dicit, quaſi ex dictis ꝯcludēdo: ⁊ ait. [Demōſtratiua igit̃ dictio, hiſtorica maxime eſt,] non q ōis dictio demōſtratiua ſit hiſtoria, ſꝫ potius contra ōis hiſtoria eſt dictio demonſtratiua, ſed

Ideo dictio demõſtratiua dr̃ maxime hiſtoria,q2 eſt cę‑teris exq̃ſitior,ſicuti de hiſtoria dictũ eſt.cęteriſq3 elegã‑tior,⁊ cauſa eſt,q̃a eſt de laude vel vituperatione vnius rei.Inuectiue eni3 altiori calamo traduntur ſcriptis.nõ eni3 demonſtratiua dictio voce ꝓfertur ſemper,imo nõ niſi clam aliquãdo,⁊ ſcriptis traditur,potiſſimu3 cũ vi‑tuperamus.laudes magis in voce dici ſolent, vitupera‑tiones potius ſcriptis tradũtur,ſed vt Ariſt.inq̃t.[cuius finis eſt lectio.]non eni demõſtratiua principaliter fit, vt ꝓferatur,ſed vt legat̃.Ideo magis hiſtorica eſt.[poſt hanc].ſ.demõſtratiuam dictionem accedit ad hiſtoricã dictionem[iudicialis]non ꝙ iudicialis ſit hiſtoria,non eni3 opus iudicialis eſt,vt legat̃,ſed vt iudiciu3 habeat̃. Habet tñ de hiſtoria,vt ſit exq̃ſitior,⁊ elegantior,⁊ ma‑gis elata q̃3 deliberatiua.

¶ Oportere aũt diuidere dictionem in iucũ‑dam ⁊ magnificã ſuperuacaneũ eſt. na3 cur id magis q̃3 illiberalem,⁊ modeſtã,⁊ ſi qua alia morũ virtus eſt.quę enim dicta ſunt,eã iucũdam faciunt,modo virtus dictionis re‑cte definita ſit.Alicuius enim gratia non hu‑milẽ,ſed dilucidã atq3 decentẽ oportet eſſe. nec prolixam eſſe oportet. nam ſi prolixa fue‑rit,non erit dilucida,neq3 ẽt ſi breuis. patet igitur mediocrem cõmodam eſſe.

¶ Excuſat ſe Ariſt.a q̃buſdã diuiſionibus,quę fieri pñt de dictione,⁊ dicit.[Oportere autem diuidere dictionẽ in iucũdam ⁊ magnificam,ſuperuacaneũ eſt,]⁊ aſſignat cãm,qm̃ eadem rõne diuidi poſſet illiberalem,⁊ mode‑ſtam,⁊ ꝓ diuiſione cęterarum virtutu3,dicit.[Nam cur id magis q̃3 illiberalem,⁊ modeſtam,⁊]ꝓ ratione cęte‑rarũ virtutũ,[ſi qua alia moru3 virtus eſt,]aſſignat aliã rõnẽ cur non oporteat diuidere in iucũdã,⁊ dicit.[Quę eni dicta ſunt,eã iucũdam faciũt,mõ virtus dictiõis re‑cte definita ſit].Dictũ eſt eni virtutẽ dictiõis eẽ,vt ſit di‑lucida,⁊ non priſca,nec tranſlatitia,nec iꝓpria,⁊ alijs modis,mõ hęc dictionem faciũt iucũdu3.Nõ op3 ergo diuidere dictionẽ in iucũda3.ꝓpterea dic̃.[Quę eni di‑cta ſunt].ſ.debita pũctuatio,diſtictio,⁊ accẽtus[eã].ſ.di‑ctionẽ[iucũdã faciũt,mõ v̾tus dictiõis recte d̾finita ſit,] ſc3 qd̃ ſit dilucida,ꝓpa,nõ priſca,neq3 trãſlatitia.Qr aũt dilucidã oporteat eẽ,ꝓbat,⁊ dic̃.[Alicui⁹ eni gr̃a nõ hu‑milẽ,ſed dilucidã atq3 decẽtẽ op3 eſſe].ſ.vt intelligatur, alioquin nõ poſſet ꝑficere opus ſuũ,dixit[nõ humilẽ,] quia nimis triuialis nõ aiaduertit̃.Addit,[nec ꝓlixã eẽ op3,nam ſi prolixa fuerit,non erit dilucida,neq3 etiam ſi breuis]fuerit,erit dilucida,propterea concludit, patet igitur mediocrem[cõmodam eſſe.]

¶ Iucũdã quoq3 faciẽt,q̃ dicta ſunt, ſi vſita‑tũ,⁊ priſcũ,⁊ nũerus,⁊ veriſĩle ita hñ miſce‑ant̃,vt decet.ac de dictiõe q̃dẽ dictũ eſt,⁊ cõ‑muniter de oibus,⁊ ſeorſum de vnoquoq3 genere.Reſtat modo de ordie dicere.

¶ Iterũ ꝓbat,nõ oportere diuidere dictionẽ in iucũdã: ⁊ dicit.[Iucũda3 quoq3 faciẽt,quę dicta ſunt,]vt[ſi vſi‑tatum ⁊ priſcu3,⁊ numerus,⁊ veriſimile ita bene miſce‑antur,vt decet.]non ergo op3 diuidere dictionem in iu‑cũdam.Tũc epilogat,⁊ dicit.[Ac de dictiõe q̃dẽ dictu3 eſt,⁊ cõiter de oibus,⁊ ſeorſum de vnoquoq3 gñe].ſ.di‑cendi tã eẽntiali,q̃3 accñtali,[reſtat mõ de ordine,]⁊ de ſtructura orõnis[dicere.]q̃lis aũt debeat eẽ elocutio,in iudicris lõgo ſermone declarauim⁹,non op3 hic repete‑re.excuſo aũt me circa exẽpla in h3 3° libro expoſita.Nã in codicib⁹ nr̃is reperimus magnas mutilatiões:q̃s ada‑ptauimus ex alijs codicib⁹,ex multis enim codicib⁹ me‑liora v̾ba trãſtulimus,nã nullũ oino correctũ iuenim⁹, illud tñ nolo vos ignorare.Egidiũ nr̃m nullu3 textũ hñ expoſuiſſe,niſi quos ſua ingenij bonitate accõmodauit. Omnes eni3 habebat corruptos,maleq3 trãſlatos,ideo fere omnes male expoſuit.Hactenus de dictione.

¶ Sũt igit̃ duę orõnis ꝑtes,cũ ⁊ neceſſariu3 ſit,tu3 rẽ dicere,de qua,tu3 demõſtrare. De ſtructura orationis.

¶ Cũ dixiſſet de dictione,q̃ gręce dr̃ λεξις, nũc de ꝑtib⁹ orõnis loqui intẽdit,q̃ gręce dr̃ λογος, dr̃nt autẽ apud gręcos lexis,⁊ logus,nã lexis in orõne rhetorica cõple‑ctit̃ q̃litates orõnis,q̃ ſunt mediocritas,diluciditas, fri‑giditas,metaphora,imago,latinitas,amplitudo,vł exte‑nuatio,decoꝝ,nũerus,pẽdẽtia,vel conuolutio,vrbani‑tas.Cõplectit̃ ẽt accñtales dñias,q̃ ſũt agoniſticũ, hiſto‑ricũ,logus v̾o ſermo totus eſt,quo orator dic̃ in aliquo triũ dicẽdi geneꝝ,vel deliberatiuo,vel iudiciali,vel de‑mõſtratiuo,nõ eni ꝑ orõnẽ Ariſto.itelligit clauſulã vni‑mẽbrẽ,vel plurimẽbrẽ,q̃ ꝯſtat noie ⁊ v̾bo,vt grãmatici loquunt̃.S3 vniuerſu3 oratoris ſ̾monẽ,quo vtit̃ in di‑cẽdo,hui⁹ ꝑtes Ariſt.tradere vult,q̃ bifariã ſũt,aut q̃ fa‑ciũt ad eẽ,vt neceſſarię,quęq3 ⁊ eẽntiales dicunt̃,ꝙ ſine eis orõ nequaq̃3 ſit,vt expõ rei,⁊ fides,aut quę faciunt ad hñ eẽ,⁊ harũ alię ſunt de ꝯgruitate,vt ꝓemiũ,⁊ epilo‑gus,alię ſunt ſodalitię,vt collatio,⁊ replicatio.Hę enim ſunt ꝑtes orõnis ſodalitię,q̃a ſũt ſocię fidei,nec ſemꝑ in orõne cadunt,niſi qñ res in ꝯtrouerſia ſit.Qr aũt hę ſint fidei ſodalitię,p3 de replicatione,nã q̾ replicat ſua argu‑mẽta,ꝓbare videt̃.De collatiõe v̾o ẽt p3,nã q̾ ſua,cum argumẽtis aduerſarij ꝯfert,ſua vt amplificet,illa aduer‑ſarij,vt extenuet,facit:h aũt ꝓbare,atq3 fide3 facere eſt. Collatio igit̃,⁊ replicatio ſodalitię ꝑtes ſunt, qm̃ comi‑tant̃ eam orõnis ꝑtẽ,quę dr̃ demr̃atio,fides,vel proba‑tio.Et ob hãc cã3 dicũtur etiã comititię partes orõnis, ab alijs occurſorię.Sũt igit̃ orõnis ꝑtes ſex.ſ.rei expli‑catio,⁊ demõſtratio,⁊ epilogus,⁊ proęmium,⁊ replica‑tio,⁊ collatio.Rei q̃dem explicatio,⁊ demõſtratio eẽn‑tiales,quę orõnis ſunt,vt orõ eſt,ꝓęmiũ ⁊ epilogus be‑neficiarię,q̃a nõ ſunt orationis,vt orõ eſt,ſed orationis, vt oratio habet intẽtionem obſcurã,⁊ ipſa fuerit proli‑xa.Sodalitię vel comititię,vel occurſorię ſunt collatio ⁊ replicatio.loquens igit̃ de partibus orõnis eſſentiali‑bus,dicit.[Sũt igitur duę orationis partes]quę ſimplr̃ orationis ſunt,[cum ⁊ neceſſarium ſit,Tu3 rem dicere, de qua,]⁊ eſt prima pars,quę ad p̃ſens dicatur propoſi‑tu3,vel ꝓpoſitio,vel alio modo,[Tu3 demõſtratio,]q̃ ⁊ probatio,⁊ fides ad p̃ſens dicatur.

¶ Iccirco nõ demõſtrare,cu3 expoſueris,vel demonſtrare anteq̃3 expoſueris,impoſſibile eſt.Nã ⁊ q̾ demõſtrat,aliq̃d demõſtrat,⁊ q̾ exponit,demõſtrandi gratia exponit.

¶ Cũ aſſignaſſet ꝑtes orõnis eſſentiales,nũc oſtẽdit quo‑mõ ſe hñt ꝑtes iſtę iter ſe,⁊ p̃mo aſſerit demr̃onẽ ſequi expõnem:⁊ dicit.[Iccirco nõ demõſtrare,cum expoſue‑ris,]ſubaudi abſurdũ eſt,qm̃ re ipſa expoſita,mox ꝓbã‑da eſt,atq3 demõſtrãda. 2° dicit,ꝙ ꝓbare rẽ anteq̃3 res ipſa ſit expoſita,etiã abſurdũ ſit,qm̃ rei non p̃intellectę fruſtra erit ꝓbatio:dicit.[demõſtrare].ſ.re3 anteq̃3 ex‑poſueris]eam[impoſſibile eſt].i.abſurdum eſt.Et red‑dit cãm:⁊ dicit.[Nã ⁊ qui demõſtrat aliq̃d]ſubaudi ꝑ‑

expoſitum[demõſtrat, ⁊ qui exponit].ſ.rem aliquã,[de mõſtrandi gratia].i.vt res p̃expoſita demõſtret̃ rem il- lam[exponit.]ergo rei expoſitio p̃cedit demõſtrationẽ. qm̃ demõſtratio non poteſt ante rei expõnez fieri,neq; põt expoſitio fieri,quin ſequatur demonſtratio.

⁋ Hoꝝ autem alterum ꝓpoſitio eſt,alterũ fi- des. Veluti ſi quis diuidat alterum eſſe pro blema,alterum demonſtrationem.

⁋ Cũ dixiſſet duas eſſentiales eſſe p̃tes orõnis rei expõ- nem, ⁊ demõſtrationẽ,nũc ꝓprijs noĩbus hęc noĩat:⁊ di cit.[Hoꝝ autẽ alterum].i.rei expoſitio[ꝓpoſitio eſt,al terum].ſ.demonſtratio eſt[fides,[ſiue perſuaſio.Et per aſſimilationem hęc nomina exponit, ⁊ dicit.[Veluti ſi quis diuidat]in dialecticis:⁊ dicat.[Alteruz].ſ.rei expo ſitionẽ[eſſe ꝓblema,alterum].ſ.rei expoſitę ꝓbationez dicat[demõſtrationẽ.]igit̃ expõ rei in rhetoricis dĩ ꝓ- poſitio,demr̃atio illi⁹ dĩ fides, ⁊ pſuaſio.¶ Sz dices ꝓ- poſitio eſt diuiſio,q̃ ↄſtat enumeratiõe dicẽdoꝝ,q̃ ſub ꝓbatiõe itelligit̃:vt Quintil̃.oſtẽdit.lib° 3°.titu.de p̃tib⁹ cauſarum iudicialiũ. Ariſt.autẽ expõnẽ rei vocat ꝓpoſi tionẽ,quę gręce dĩ προθεσις,demr̃onez v̓o rei expoſi- tę,vocat fidẽ,quę gręce dicitur πιστις.Qr aliter Quin- tilianus dicat,eſt quia propoſitionem accepit alio mo- do.Ariſt.eni ꝓ rei expõne ꝓpõnem ſumpſit.

⁋ Nũc aũt ridiculoſę diuidũt. Nã vbi narra tio iudicialis ſolũ orõnis eſt. Demõſtratiuę aũt, ⁊ deliberatiuę quo mõ põt eẽ narratio? qualis ab ijs dicitur. An quę in aduerſariuz ferũtur:aut in epilogum demõſtrationũ.

⁋ Fuit q̃dam opinio,quę voluit narrationem cõtinere oẽs p̃tes orõnis p̃ter ꝓęmiuz:⁊ ſic diuiſerũt totam orõ- nem in ꝓęmiũ, ⁊ narrationẽ.ↄ quos Ariſt.dicit.[Nunc aũt ridiculoſę diuidũt].ſ.orõnem in p̃tes duas tm̃.vz.in proęmiũ, ⁊ narrationem,aſſerentes narrationem cõtine re omnes partes p̃ter proęmiuz.Obycit contra, ⁊ dicit. [Nã vbi narratio,]qualis ab ijs dicit̃,quę cõtinet fidẽ, ⁊ replicationem, ⁊ collationẽ, ⁊ epilogũ.Sic eni volũt eſſe narrationẽ,ſi igitur narratio hoc pacto itellecta[iu- dicialis ſolũ orõnis eſt,]ſola enim iudicialis oratio hęc oĩa continet.[Demõſtratiuę autẽ, ⁊ deliberatiuę]oratio nis[quo mõ poteſt eſſe narratio,qualis ab ijs dicit̃].ſ. quę continet cęteras orõnis partes. Nõ eni oĩs demon- ſtratiua vel deliberatiua habet collationẽ, ⁊ replicatio- nez, ⁊ hoc dicit.[An quę ferunt̃].ſ.collatio, ⁊ replicatio, [in aduerſariuz]poſſint eſſe narratio,certum eſt ꝙ nõ, [aut]quę ferũtur[in epilogum demõſtrationũ].i.colla- tio ⁊ replicatio epilogi poſſint dici narratio, ⁊ certũ eſt ꝙ non,nã neq; collationes,quę ferũtur in aduerſariuz, neq; collationes,quę ferunt̃ in epilogũ aduerſary dici poteſt narratio.igitur hęc diuiſio rid cula eſt.⁊ per ea,q̃ feruntur,intelligit collationata, ⁊ replicata.

λογοις contionibus δημηγοριαις

⁋ Proemiũ v̓o ⁊ collatio, ⁊ replicatio tunc in cõtionib⁹ fiũt,cũ ↄtrouerſia fuerit. Naz ⁊ accuſatio, ⁊ defenſio ſępe. Adhuc autẽ neq; iudicialis oĩs,vt ſi parua oratio,aut res me- moratu facilis ſit. Prolixitate eniz ablata,ac cidit,vt partes neceſſarię ſint propoſitio ⁊ fi des.proprie igitur hę.

⁋ Reprobata opinione,nunc de p̃tibus ſodalitys ⁊ de proęmio ita dicit.[Proęmium v̓o, ⁊ collatio, ⁊ replica- tio,tũc in ↄtionibus.]ideſt in orationibus[fiunt,cũ cõ- trouerſia fuerit,]⁊ tu aiaduertas q̃a in alio codice,loco verbi cõtionibus,legit̃ λογοις.ideſt in orõnib⁹, ⁊ tunc v̓ba clara ſunt. Nã collatio ⁊ replicatio tũc in orõnib⁹ fiũt,cũ ↄtrouerſia fuerit.[Naz ⁊ accuſatio ⁊ defenſio ſę- pe]eſt in orõnibus,in q̄b⁹ eſt ↄtrouerſia,qm̃ orõnes in quibus eſt controuerſia,pro maiore parte ſunt in gñe iu diciali:vbi eſt accuſatio, ⁊ defenſio.Deide oſtẽdit neq; in omni iudiciali eẽ epilogũ:⁊ dicit.[Adhuc aũt neq; iu dicialis oĩs]eſt epilogus,[vt ſi ꝑua oratio ſit, ⁊ res me- moratu facilis,]ꝓpterea dic̃ [ꝓlixitate eni]orõnis[ab- lata,accidit,vt p̃tes nec̃ię].ſ.orõnis,[ſint ꝓpõ, ⁊ fides,] ꝓpterea cõcludit,[ꝓprie igit̃ he]duę tm̃ p̃tes ſunt orõ- nis ſimpl'r.in codice nr̃o ſunt,quędã verba ſuꝑflua,ſed in emendatiore codice ſic legi,vt vides.

⁋ Quę aũt plurimę,proęmiũ,ꝓpõ,fides,epi logus. Nã quę in aduerſariũ ferunt̃,ad fidẽ faciũdam dicunt̃. Collatio v̓o ſuoꝝ ampli- ficatio eſt. Quare pars q̃daz eſt eoꝝ,quę fi- dem faciunt. Demõſtrat eniz aliq̄d,qui con- fert,ſed ꝓęmium nequaq;,nec epilogus,qui in memoriam reducit.

⁋ Nũc enumerat p̃tes,quę ad plus eẽ pñt:⁊ dicit.[Quę aũt plurimę].i.partes,quę ad plus eẽ pñt:quatuor ſunt. vz.[Proęminz]ꝓpõ,fides,epilogus.Sed dices adhuc ſunt alię,replicatio, ⁊ collatio:vt poſtea patebit. Rñdet has nõ ponere in nũeꝝ,q̃a reducunt̃ ad has quatuor, ⁊ dicit.[Nam,quę in aduerſariuz ferunt̃].ſ.replicatiões, [ad fidẽ faciendaz ducunt̃,]ergo replicatio reducit̃ ad fidẽ.[Collatio v̓o,ſuoꝝ] ſ.argumẽtoꝝ.ſ.ei⁹cui⁹eſt col latio,[amplificatio eſt.]igit̃ collatio reducit̃ ad fidem, [q̈re ꝑs q̃dã eſt eoꝝ,q̃ fidẽ faciũt,ðmr̃at eni aliq̄d,q̄ cõ- fert,]repetẽdo eni argumẽta,ðmõſtrat,atq; ꝓbat. Sz proęminz nequaq;] demõſtrat,[nec epilogus].ſ.ðmr̃at [qui in memoriam reducit.]ergo proęminz ⁊ epilogus non ſunt attinentes ad fidem, ⁊ ita ponunt in numero. Quare p̃tes,quę ad plus eẽ poſſunt,quatuor ſunt.

⁋ Itaq; ſi q̄s hęc diuidat,vt Theodori au- ditores faciebãt,erit aliud narratio, ⁊ aliđ p̃- narratio, ⁊ ſupranarratio. Inſuꝑ ⁊ elẽchus, ⁊ ſuꝑelenchus. Sz opz cũ ſpẽm quandã di cas ad differentiam,tunc nomen imponere, aliter inane,ac nugatorium eſt,veluti lycim- nius in arte facit, corroborationem appel- lans, ⁊ aberrationem, ⁊ ramos.

⁋ Sz qm̃ p̃tes orõnis alio mõ ſunt diuiſę a ſectatorib⁹ Theodori,vult diuiſionẽ illorum cõmemorare:⁊ dicit. [Itaq; ſi q̄s hęc].i.has orõnis p̃tes [diuidat,vt Theo- dori auditores faciebãt,erit]mẽbroꝝ diuiſionis[aliud narratio, ⁊ aliđ p̃narratio, ⁊ aliud ſupranarratio].i.poſt narratio, ⁊ hę tres p̃tes ſunt narratiõis, qm̃ narratio hz tres p̃tes,quaꝝ p̄ma dĩ p̃narratio.2ª narratio.3ª poſtnar ratio.[Inſuꝑ ⁊]ꝓbatio quę dĩ elenchus, diuidi põt,q̃a aliud eſt[elẽchus, ⁊ ſuꝑelenchus].i.⁊ poſtelenchus, ⁊ ẽt p̃elenchus.ↄ hanc diuiſionẽ vnũ dicit Ariſt.[ſed opz cũ ſpẽm quãdaz dicas ad dr̃iam,]vel ꝑ dr̃iã,[tunc nomẽ] ꝓprium ſpẽi illi per dr̃iam contractę[imponere,aliter] tale diuidere eſt[inane,ac nugatorium,]q̃a mẽbra non intelligent̃, ⁊ ſic fecerunt auditores Theodori,nam cuz narrationẽ ⁊ ꝓbationẽ in plura mẽbra diuiſerint,nõ de diſſet vnicuiq; illoꝝ mẽbroꝝ ꝓpriuz nomẽ.ſed ꝓ cõia membra illa nũcuparũt.⁊ in hoc laudat lycimniuz,q̃a lz

non bene diuiſerit,tñ vnicuiqꝫ parti ac mēbro ꝓprium nomē impoſuit:⁊ dicit.[Ueluti lycimnius in arte facit appellans] ꝓbationeꝫ ἐπέρρωσιν.i. corroborationem [et]collationē ἀποπλάνησιν.i.aberrationē,qui eniꝫ cōfert,quaſi digredit̄,atqꝫ aberrat,⁊ replicationē appellauit ὄζους.i.ramos:replicatio eni ramis ſil'is videt̄,q̄tenus hinc inde trahit. Hęc numero ꝑtiũ oꝛonis,ſ3 vtrũ pręoccupatio,quę eſt tacitę rñſionis refutatio,iudiciuꝫ deꝑcatio,poſtulata iteratio,faceta diuiſio,oꝛatiōis ꝑtes ſint,quęſtio rhetoꝛica eſt,verũ Ari.hāc diſſoluit in alijs rhetoꝛicoꝝ libꝛis,nũc nobis ſit ſatis locum monſtraſſe. Inſuꝑ Ariſt.dixit ꝑtes eſſentiales oꝛonis eſſe ꝓpōneꝫ,⁊ ꝓpōnis demōſtrationē,qm̄ nulla oꝛo eſſe pōt ſine his. S3 cũ ꝓpō ideꝫ ſit qđ narratio,⁊ in caᵒ deliberatiua nō ſit narratio:vt Quintil.ingt.libᵒ 4ᵒ.titu.de narratiōe,videt̄ ꝙ ꝓpō nō ſit eſſentialis ꝑs oꝛonis. Dicēdũ ꝓpōneꝫ vno mō accipi poſſe ꝑ narratione,⁊ cũ narratio non ſit niſi expō rerũ geſtaꝝ,in oꝛonibꝰ deliberatiuis,hoc pacto nec ꝓpō,nec narratio locũ hꝫ. Deliberatio eni eſt de futuris,quoꝝ non pōt eſſe narratio,⁊ ſic ꝓpō,vt accipit̄ pꝛo rerũ geſtaꝝ expōne locũ nō hꝫ,niſi in demonſtratiuis,⁊ iudicialibꝰ. Alio mō ꝓpō accipi pōt pꝛo rei demōſtrādę expōne,⁊ ſic in omni oꝛone locũ hꝫ,qm̄ in omni oꝛone opꝫ exponere rē ꝓbandaꝫ,verũ cũ res ſit ab aduerſario expoſita,vel iudicibꝰ nota,vel qđ obijcit̄,nec negari,neqꝫ excuſari queat,vel oꝛo ſit in cā ꝯiecturali, expō rei nō fit,tñ in oī oꝛone in eo ꝙ oꝛo neceſſaria eſt ꝓpoſitio,quę rei ꝓbandę expō eſt,aut a te,aut a iudice, aut ab aduerſario poſita. In deliberatiuis eni l3 non ſit pꝛopoſitio,cum accipitur pꝛo narratione,tñ eſt ꝓpō ꝓut accipitur pꝛo rei pꝛobandę expoſitione.

De exordio. **Exordiuꝫ igit̄ eſt oꝛationis initiuꝫ,ſicuti in poeſi ꝑfatio,⁊ in lyrę pulſatione pręludiuꝫ. Omnia enim hęc initia ſunt,⁊ quaſi pręparatio vię ad ſequentia.**

Cum Ariſt.enumeraſſet oēs oꝛonis ꝑtes,nũc de vnaquaqꝫ ſeoꝛſum agit,⁊ ꝑmo de exoꝛdio. Ubi aiaduertas, ꝙ l3 exoꝛdiũ ꝑludiũ ⁊ ꝑfatio eadem ſint,tamē exoꝛdiuꝫ in poeſi dicitur ꝑfatio,in lyrę ℣o pulſatione dr̄ ꝑludiũ. In rhetoꝛicis aũt oꝛonibꝰ dr̄ exoꝛdiuꝫ,ſed apud authores ꝯfundũtur,ſic̄ apud gręcos ꝓlogus,⁊ ꝓęmiũ,vtrũqꝫ ꝑponit narrāda. Ariſt.igit̄ exoꝛdiũ definiēs ingt.[Exoꝛdiũ igit̄ eſt oꝛonis initiũ,ſicuti in poeſi ꝑfatio,⁊] ἐν αὐλήσει [in lyrę pulſatiōe ꝑludiũ. Oia eni hęc initia ſunt, ⁊ quaſi ꝑparatio vię ad ſequentia.]Cicero ℣o nō ab ipſius exoꝛdij ſuba,ſed magis ab ipſius exoꝛdij accñtibꝰ libꝛo ꝑmo ad Hereñ.definit,cũ ait,exoꝛdium eſt pꝛincipiũ oꝛonis,ꝑ qđ aius auditoꝛis,vel iudicis ꝯſtituit̄,vel apparat̄ ad audiēdũ. Siñ mō Quintil.libᵒ 4ᵒ.titulo de exoꝛdio,cauſa ingt pꝛincipij nulla alia eſt q̄ꝫ vt auditoreꝫ,quo ſit in cęteris ꝑtibus accōmodatioꝛ,ꝑparemus. Ariſt.aũt reſpiciens exoꝛdij ſubam,exoꝛdiũ inuētum eē aſſerit,vt res oſtendatur auditoꝛibus,ob quā dicet oꝛatoꝛ,⁊ ꝓpterea exoꝛdium initium eſſe aſſerit.quatenꝰ oꝛatoꝛ in eo rem inſinuat auditoꝛibꝰ,de qua dicturus eſt.

Pulſatiōis igit̄ ꝑludiũ demōſtratiuo exoꝛdio ſil'e eſt. Eteni tibicenes qđcũqꝫ cantaturi ſunt,hoc cũ ꝑluſerint,pꝛincipio ꝯiungunt, ſic in demonſtratiuis oꝛonibꝰ ſcribere opus eſt,qcqđ eni volueris,ſtatiꝫ cũ ꝑdixeris,pꝛoducere,atqꝫ ꝯiũgere opus eſt,vt oēs faciũt.

Cum dixiſſet exoꝛdium aliquid habere,imo quaſi totum ſũmatim,eoꝛum,quę oꝛatoꝛ dicturus eſt,hoc oſtendit quaſi inductiue in oibus generibus dicēdi,⁊ pꝛimo in oꝛonibus,quę attinent ad genus demonſtratiuũ,⁊ h̄ per ſimile ad ꝑludium:⁊ dicit.[Pulſationis igit̄ ꝑludiũ demonſtratiuo exoꝛdio ſimile eſt,]⁊ hoc exponit:⁊ dicit.[Eteni tibicenes,qđcũqꝫ cantaturi ſunt,hoc cum ꝑluſerint,]ꝑncipio ſequētium[cōiungunt.]modulatoꝛes.n. cum ſimul cantilenā aliquam cantaturi ſunt,bꝛeuibꝰ eaꝫ experiunt̄,deinde exurgũt ad executionē. Non eni pręludium eſt pulſatio phātaſtica,quā tibicenes faciunt ꝑter rem,ſed eſt cantilena bꝛeuis,quę tangit̄ pꝛius ꝑ experientia futurę cantilenę,quā ꝓlixe cantaturi ſunt:[ſic in demōſtratiuis oꝛonibus ſcribere opus eſt,qcqđ eniꝫ volueris,ſtatim cum ꝑdixeris]bꝛeuibus,ac ſũmatiꝫ[ꝓducere,ac cōiungere].i.ſeriatim dicere[opus eſt,vt oēs faciunt,]qui in demōſtratiuo dicendi genere dicũt. S3 dices,ſi in exoꝛdio res oſtendit̄,qđ opus eſt narratiōe, dicas ꝙ ſuperficialiter pauciſqꝫ verbis res oſtēditur in exoꝛdio,at in narratione multis verbis,ſuoqꝫ oꝛdie idē fit,⁊ ſic neceſſaria eſt narratio.

Exemplum illud Iſocratis,Helenę exoꝛdium eſt. Nihil enim contentioſis ſermonibus,⁊ Helenę cōmune eſt.

Oꝛ autem in exoꝛdio demonſtratiuo ſemper ꝯtineat̄ ſũmatim id omne,quod ſeriatim,ſuoqꝫ oꝛdine diffuſe in tota oꝛatione narrabitur,pꝛobat per exempla:⁊ ꝑmo per exemplum acceptum ab ea oꝛatione, quam Iſocrates fecit de laudibus Helenę:⁊ dicit.[Exemplum illud Iſocratis]ad pꝛopoſitum noſtrum [Helenę exoꝛdium eſt,nam]incipit,[nihil contentioſis ſermonibus,⁊ Helenę cōmune eſt.]ideſt nihil contentioſis ſermonibus, ⁊ ſermonibus Helenę,quos.vꝫ.Helena facit in dies,cōmune eſt.in quibus bꝛeuibus inſinuat benignitatē Helenę,de qua futura eſt oꝛatio,nam ſi ſermones Helenę nihil contentionis habent,erit Helena benigna,⁊ ſic in exoꝛdio inſinuauit id omne,quod ſeriatim,ſuoqꝫ oꝛdine in oꝛatione eſt narraturus.

Et ſimul ſi digredietur,par eſt ne tota oꝛatio eiuſdem ſit ſpeciei.

Sed quis poſſet dicere narrationem eſſe ſuperfluaꝫ, ſi ſũmatim in exoꝛdio id omne continetur,quod narratio continet,quaſi reſpondens dicit.[Et ſimul ſi digredietur]oꝛatoꝛ ſummatim id omne reſumendo in exoꝛdio quod in narratione dicetur,[par eſt ne tota oꝛatio eiuſdem ſit ſpeciei,]cum exoꝛdio,nam tota oꝛatio ſeriatim,⁊ diffuſe continet omnia:exoꝛdium auteꝫ ſummatim.ergo narratio non ſuperfluit:⁊ dixit. Si digrediatur,]quoniam exoꝛdium videtur quędam digreſſio:nō enim eſt pars eſſentialis oꝛationis,ſed quaſi quędaꝫ digreſſio,⁊ quia oꝛatio in mō loquendi,⁊ in clauſulis differt ab exoꝛdio,ideo eā dicit eē alterꝰ ſpēi ab exoꝛdio.

Fluũt autē demōſtratiuoꝝ exoꝛdia ex laude,aut vituꝑatiōe,vt Goꝛgias in olympiaca oꝛone,admiratiōe dignũ apud multos eſt o viri gręci,laudat eni eos,q celebꝛes ſollēnitates cōſtituerũt. Iſocrates ℣o vituperat,qm̄ virtuteꝫ coꝛꝑis muneribꝰ honoꝛarũt,ijs aũt, q pꝛudētia eminēt.nullũ ꝑmiũ poſuerũt.

Cum ſoluiſſet tacitam dubitationem,nunc declarat e quibus exoꝛdium demonſtratiuum incipere debet.⁊ dicit.[Fluunt autem demonſtratiuoꝛum exoꝛdia,]⁊ incipiunt,[ex laude,]quando oꝛatio eſt de laudibus,[aut]

ex[vituperatione,] quãdo oratio fuerit de vituperatione, ⁊ tu intelligas breuiter reſumẽdo omnia, quę de laude, vel vituperatione oratio ɔtinebit, ⁊ hoc exponit exẽplis, ⁊ dicit.[Ut Gorgias in olympiaca orõne,] de laudibus ſollẽnitatuꝫ, ⁊ ludoꝝ, incepit a laude, ⁊ dixit.[Admiratione dignũ apud multos eſt o viri gręci,] ⁊ reliq̃. [Laudat eni eos, qui celebres ſollẽnitates ɔſtituerunt.] Ecce quo mõ oratio cępit a laude gręcoꝝ q ſollẽnia cõſtituerunt. Deinde dat exemplũ de cõtrario: ⁊ dic̃.[Iſocrates vero, vituperauit] gręcos, qui cõſtituerũt ſolẽnia, ⁊ ludos, ⁊ ſic cępit orõnem a vituperatione: ⁊ dixit.[Qm̃ virtutem corporis muneribus honorarũt, ijs autẽ q prudentia eminent, nullum p̃mium poſuerunt,] ⁊ ſic orõnẽ, quę de vituperatione erat, cępit a vituperatione.

Et a cõſilio, vt ſi qs diceret ꝓbos viros colendos eſſe, ac ideo Ariſtides ipſe laudat vel eos, qui nec placẽt, neq; praui ſunt, ſed eos q probi inuicem ſunt: vt Alexander Priami, hic enim conſulit.

Idem oſtendit in orationibus deliberatiuis, quę ſunt de conſultabilibus, ille enim qui dicturus eſt in talib⁹, incipere debet a conſultatione. nam ſic inſinuatur conſultatio, de qua oratio habenda eſt: dicit.[Et a conſilio] ſubaudi fluere debet oratio, quę de cõſultatione habẽda eſt. Et dat exẽplũ: ⁊ dicit.[Ut ſi quis diceret] in exordio,[probos viros colendos,] honorandos, atq; ꝓ veracibus habendos[eſſe,] hic incępit in exordio a conſultatione, de qua oratio eſt habenda, quoniaꝫ tacite innuit ſibi p̃bendam eſſe fidem in ijs, q̃ dicturus eſt, ⁊ oſtẽdit eum, qui hac arte vſus eſt, ⁊ dicit.[Ac ideo Ariſtides ipſe laudat eos, qui nec placent,] ideſt qui nec conſultãt ad complacentiaꝫ,[nec praui ſunt] ɔſultantes ad odiũ:[ſed eos, qui probi inuicem ſunt.] conſultantes pro veritate,[vt] fecit[Alexander Priami] .ſ. filius,[hic eniꝫ] hoc pacto[conſulit] pro veritate, ⁊ nõ amore, vel odio. Sic igitur patet, eum qui vult conſulere, oportere incipere a conſultatione, breuibus .ſ. in exordio conſulẽdo, igitur in orationibus deliberatiuis inſinuatur conſultatio, de qua oratio habenda eſt. ¶ Quo autem ad verba attinet, animaduertas, quoniã verba codicis noſtri ſunt corrupta, emẽdauim⁹ aũt ea, vt vides, ꝑ codicẽ veriorẽ.

Pręterea ex iudicialibus exordijs. Id aũt eſt, ex ijs, quę ad auditorem ſunt, ſi aut de re noua p̃ter opinioneꝫ ſermo habeat̃, difficili, aut ꝑuulgata apud multos, vt ignoſcẽdũ ſit, vt cherilus: nũc aũt cuꝫ oĩa diſtributa ſunt.

Simili modo fieri oportere oſtendit in iudicialibus, ⁊ hoc proponit: ⁊ dicit.[Pręterea ex iudicialibus exordijs] oportet ſubaudi procedere eodem modo, vt in illis inſinuetur defenſio ⁊ cauſa defenſionis, ſi orator defendit, ſi accuſat, contrafacere debet. Et hoc exponit: ⁊ dicit.[Id autem eſt ex ijs,] ideſt talis inſinuatio defenſionis debet eſſe ex ijs,[quę] pręter rem[ad auditoreꝫ] mouendum ad affectuꝫ[ſunt,] nõ ex ijs, quę ſunt ad rẽ, ⁊ oſtendit omnes modos, quibus defendi poteſt: ⁊ dic̃. [Si aut de re noua pręter opinionẽ ſermo] defenſiuus [habeatur] ad auditorem. Eſt igitur primus modus defendendi, ꝙ rem nouam fecit, pręter opinionem ſuaꝫ, quã nũq̃ amplius conſiderauit,[aut] habeat̃ ſermo defenſiaus[de re difficili,] ita vt ꝑpter difficultatem, compulſus fuerit ita agere. Et ſic ſecũdus modus defendẽdi eſt, ꝙ ꝑpter rei difficultatẽ non potuit aliter facere,[aut

Aristo.

peruulgata.] ideſt aut defendetur ꝙ fecerit rẽ nimis vſitatam[apud multos, ita[vt ſit ignoſcendum,] vel ꝙ p̃ter opinionem, vel quia cõpulſus, vel qa rem fecit ɔſuetam pluribus. Deinde ponit eos, q arte vſi ſunt, ⁊ dicit. [Ut cherilus] fecit in illa orõne, quę incipit,[Nũc autẽ cũ oĩa diſtributa ſunt,] ⁊ ſic pꝫ in iudicialibus exordijs inſinuari defenſionem, ⁊ cauſam defenſionis.

Exordia igit̃ per ſuaſiuarũ orationũ ex his ſunt, ex laude, ⁊ vituperatione, ex adhortatione, ⁊ dehortatione, ⁊ ex ijs, quę ad auditoreꝫ ſunt. neceſſeq; eſt, vel aliena, vel propria eẽ, quę viam orationi faciunt. perſuaſiuarũ ἐπιδεικτικῶν demõſtratiuaꝝ.

Nũc epilogat de oib⁹ exordijs: ⁊ dic̃.[Exordia igit̃ ꝑſuaſiuaꝝ orõnũ ex his ſũt] .vꝫ.[ex laude ⁊ vituꝑatiõe,] quo ad orõnes, q̃ ſunt gñis demr̃atiui,[ex adhortatiõe, ⁊ dehortatione,] quo ad orõnes gñis deliberatiui,[⁊ ex ijs q̃ ſunt ad auditorẽ,] vt. vꝫ. ignoſcat, quo ad orõnes, q̃ ſunt gñis iudicialis. Deĩde q̃lia debeãt eẽ vocabula, exponit: ⁊ dic̃.[Neceq; eſt, vel aliena, vel ꝓp̃a eẽ] verba,[q̃ viã orõni faciũt:] ⁊ ex qb⁹ oĩo ɔficit̃, veꝝ huius diſiunctiuę vera eſt illa ꝑs, ꝙ oratio ſit ex ꝓprijs, ⁊ nõ ex alienis, vt ſuꝑius pꝫ. ¶ Quo vero ad verba attinẽt, verbũ ꝑſuaſinaꝝ gręce eſt, ἐπιδεικτικῶν / latine demõſtratiuaꝝ, verum per orõnes demonſtratiuas, non eas intelligit, quę ſunt in genere dicendi demonſtratiuo: accepit enim demonſtratiuum pro perſuaſiuo, vel ꝓbatiuo.

Iudicialia vero exordia idẽ poſſunt, qđ fabularũ p̃fatiões, ⁊ poeſis exordia. nã q̃ dithyrãbicoꝝ ſunt, ſimilia ſunt demõſtratiuis, vt illud, ꝑꝑ te, atq; munera tua, imo prędas.

Uolens agere de exordio, quantuꝫ ad ea, quę propria exordio videntur, p̃mo pręmittit quãdam comparationem, vel melius dicẽdum, ꝙ poſtq̃ Ariſto. probauit in exordijs eſſe inſinuandam intentionem per inductionem, nunc ꝓbat hoc idem ratione, ⁊ primo accipit quandam comparationem quaſi maiorem: ⁊ dicit.[Iudicialia vero exordia,] ſubaudi ⁊ deliberatiua[idem poſſunt, quod fabularum p̃fationes, ⁊ pro] ideſt[et poeſis exordia.] ſic igitur exordia iudicialia atq; deliberatiua ſimilia ſunt pręfationibus poeticis.[Naꝫ quę dithyrãbicorum ſunt, ſimilia ſunt demonſtratiuis,] ⁊ ecõuerſo exordia demonſtratiua ſimilia ſunt dithyrambicoruꝫ pręfationibus,[vt illud, ꝑpter te, atq; munera tua, imo ꝑpter pręd as,] ⁊ reliqua, vbi patet dithyrambicas pręfatiões, ⁊ exordia demonſtratiua ſimilia eſſe. Hęc eſt comparatio, quam p̃mittit, quę vt diximus, eſt quaſi maior rationis, qua ꝓbat in exordijs intẽtionem eſſe inſinuãdã.

Sꝫ in pręfationibus, atq; poeſi oſtenſio intentionis eſt, vt pręuideãt de qua re habetur oratio. Nam qđ indeterminatuꝫ eſt, in errorem adducit. Qui ergo principium quaſi in manum dedit, is facit, vt orationeꝫ ſequat̃, q̃ deinceps eſt. ꝑpterea poeta dixit. Iram pande mihi, dic mihi muſa virũ. ⁊ dux mihi muſa ſis, quonã pacto ex Aſiatica regione bellũ in Europam ingens irrupit.

Cum accepiſſet quaſi maiorem, ꝙ. vꝫ. iudicialia ⁊ deliberatiua exordia ſimilia ſunt poeticijs pręfationibus, ⁊ ꝙ demonſtratiua exordia ſimilia ſint pręfationibus dithyrambicis, nunc addit quaſi minorem: ⁊ dicit.[Sꝫ in

pręfationibus

pręfationibus,atq; poeſi,oſtēſio intētiōis eſt⌋.ſ.in ipſis
collocata,⌊vt⌋auditores⌊ꝑuideāt de qua re habet' oīo⌋
cuius rōnē affert,⁊ dicit.⌊Naꝫ qđ indeterminatū eſt,in
errorē adducit,⌋ꝓpterea concludit,⌊q ergo ꝑncipiū q̄ſi
in manū dedit,⌋ac collocauit,⁊ ꝑ intētiōe dicēdoꝝ pręꝯ
miſit,⌊is facit,vt⌋auditor⌊orōnē ſequat',q̄ deiceps eſt.⌋
Qđ aūt dixit,ꝑ exēpla demonſtrat:⁊ dicit.ꝓpterea ſubꝯ
audi⌊poeta dixit.Irā pāde mihi,dic mihi muſa virū,⁊
dux mihi muſa ſis,quonā pacto ab Aſiatica regiōe bel-
lum in Europā ingēs irrupit⌋.In quibus verbis pręmi
ſit poeta intentionem,⁊ cuius gratia volebat ſermoneꝫ
facere,⁊ ſic patet quaſi minor.

⁋ Tragici quoq; inſinuāt id,de quo fabula
eſt,q̄ꝫuis nō ſtatim vt Euripides,in ꝑfatiōe
tñ ſaltē inſinuat,ſicut ⁊ Sophocles,mihi pr̄
Polybius erat,comędia ēt eodē mō.Exor
dīj ergo id ꝓpriū opus eſt,maxieq; neceſſa-
riū finē oſtēdere ipm,cui⁹ gr̄a oīo habet'.

⁋ Quia nō accepit minorē in oibus,ideo ꝑficiēdo totā
minorē.dicit.⌊Tragici quoq; inſinuāt⌋.ſ.in ꝑfationib⁹
⌊id,de quo fabula eſt,q̄ꝫuis nō ſtatim⌋.ſ.ſemꝑ h̄ faciāt,
⌊vt Euripides⌋.vꝫ.fecit,q ſuum librū ꝯficiēs nō ſtatim
a ꝑn° intētionē iſinuauit.⌊In ꝑfatiōe tñ ſalteꝫ iſinuat,⌋⁊
ſi nō a ꝑn°.⌊ſicut ⁊ Sophocles⌋fecit,cum dixit.⌊Mihi
pr̄ Polybi⁹ erat,⌋Ecce quo mō in ꝑfatiōe intētionē iſiꝯ
nuauit,lꝫ nō ſtatiꝫ.Tūc amplificās vniuerſuꝫ ſermonē,
dicit.⌊Comędia ēt eodē mō⌋.ſ.inſinuat intētionē in ꝑfa
tione.igitur vniuerſal'r patet in omnibus pręfationibus
poeticis inſinuari intentioneꝫ.ergo ſimiliter in omnib⁹
exordijs debet inſinuari intentio orationis habendę.

⁋ Or ſi res pateat,vł oratio parua ſit,exordio
non eſt vtendum.

⁋ Ex ijs,quę dixit,pꝫ exordij neceſſitas,⁊ qñ eſt hęc ne
ceſſitas.Eſt enim exordij neceſſitas,vt finis,ipſe oſten
dat',cui⁹ gr̄a oīo habet',q tñ h̄ nō eſt ſemꝑ neċiū,ideo
dicit.⌊Or ſi res⌋.i.orōnis finis pateat auditorib⁹,vel q
ex aduerſario fuit expoſitus,vel q auditores ꝑſciebāt,
⌊aut q oīo ꝑua ſit,exordio nō eſt vtēdum,⌋ſed erit q̄ſi
idē exordiū,ꝓpō,iſinuatio,⁊ narratio,vt in ꝑuis rhetoꝯ
ricis dixit.Ex ijs pꝫ qđ ſit exordium,⁊ qđ ſit eius inuen
tuꝫ,ac neceſſitas,⁊ quando eſt neceſſariuꝫ,ſunt ⁊ alię ne-
ceſſitates accidentales,de quibus poſtea.

⁋ Cętera vo genera,quibus vtuntur cōmu-
nia quoq; remedia ſunt,quę ⁊ ab ipſo dicēte
ducunt',⁊ ab auditore,⁊ a re,⁊ ab adūſario.

⁋ Cū dixiſſet neceſſitatē eēntialē ꝑ quā eſt inuētum exorꝯ
diū,nūc vult aſſignare alia gñra neceſſitatū accñtaliuꝫ,⁊
ꝑmo ꝓponit hęc neceſſitatū gñra,⁊ dic̄.⌊Cętera vo geneꝯ
ra⌋neceſſitatū,⌊qb⁹ vtunt'⌋oratores ad exordij inuētioꝯ
nē,⌊cōia quoq; remedia ſunt,⌋ꝑꝑea q nō ſolū in exorꝯ
dijs dicunt',ſꝫ ēt in narratiōib⁹.⁊ dixit,hęc eē remedia,
q ꝑ hęc tollit' aliqđ nocumētū,quo pōt ipediri orator,
vt poſtea patebit.Deīde exponit ea, ex qb⁹ ducunt' hęc
gñra neceſſitatū,⁊ dicit.⌊Quę ⁊ ab ipſo dicēte dicunt'.⌋iꝯ
quātū ſe demōſtrat eē virū bonū.⌊et⌋.i.vel⌊ab⌋ipſo⌊au
ditore,⌋inquātū mouet' ad affectū,⌊⁊ a re,⌋inquātū ora
tor vult ipſum reddere attentum.Hę igitur accidētales
neceſſitates ex his tribus accipi poſſunt.

⁋ A nobis quidē,⁊ ab aduerſario,quęcūq;
ad calūniam pertinent,ita ducuntur,vt vel
ſoluantur,vel confirmentur.

⁋ Nūc exponit illa tria,⁊ ꝑ exponit q̄ ducunt' ab aduerꝯ
ſario,⁊ nō qdeꝫ in oi dicēdi gñe,ſed in iudiciali,⁊ dicit.
⌊A nobis qdē,⌋q aduerſarij alijs ſumus,⌊⁊ ab aduerſa
rio⌋.ſ.nr̄o,⌊q̄cūq; ad calūniā pertinēt ita ducunt',vt vel
ſoluant'⌋.ſ.a nobis aut ab aduerſario,⌊vel ꝯfirment'⌋a
nobis,aut ab aduerſario.Et ſumpſit tam nos,q̄ꝫ aduerꝯ
ſarium noſtrum pro aduerſario,quia nos ſumus aduer
ſarij,⁊ aduerſarius noſter eſt etiam aduerſarius.

⁋ Sꝫ nō eodē in loco.naꝫ q defendit,primuꝫ
ad calūniā rñdet,qui vo accuſat,in ꝑoratiōe
inuehit'.Quā vo ob cām,nō eſt obſcurum.
Neceſſe nāq; eſt,defendēti,q̄ impedimento
ſunt,primū diſſoluere,vt ſeipm introducat.
Quare primū calūniam ſoluendum eſt.Ca
lūnianti vo in peroratione calumniandū,vt
melius audientes meminerint.

⁋ Cū dixiſſet nobis defendētib⁹ eē neceſſariū remouere
calūnias,aduerſarijs aūt ꝯfirmare calūniā accuſato ipo
ſitā,nūc ponit dr̄iaꝫ,quo ad locū:⁊ dicit.⌊Sꝫ nō eodeꝫ
in loco,nā q defendit,ꝑmū⌋h̄ eſt in exordio⌊ad calum
niā reſpōdet,q vo accuſat,in⌋epilogo.i.⌊ꝑoratiōe iue
bit'⌋.Deinde reddit rōnē:⁊ dic̄.⌊Quaꝫ vo ob cām,non
eſt obſcurū,neceſſe nāq; eſt defendēti,q̄ impedimento
ſunt,ꝑmū⌋h̄ eſt in exordio⌊diſſoluere,vt ſeipm⌋ſuaqꝫ
facile⌊itroducat,⌋ꝑꝑea ꝯcludit,⌊q̄re⌋defendēti⌊ꝑmuꝫ⌋
in exordio⌊calūniā ſoluēdū eſt,calumniāti vo,⌋⁊ accuꝯ
ſanti,q̄ accuſando iducit,⌊in peroratione calūniāduꝫ,⌋
atqꝫ accuſandum,⌊vt melius,⌋faciliuſqꝫ⌊audientes me
minerint⌋.Quare accuſanti,⁊ defendenti non opus eſt
ſua ponere eodem loco.

⁋ Quę vo ad auditoreꝫ ſunt,opus eſt beni-
uolū efficere,vel ad irā ꝓuocare,vel interdū
attentū reddere.aut cōtra afficere.Nō enim
ſemꝑ ꝓdeſt reddere attētū.Multi enim coꝯ
nant' ad riſuꝫ deducere.In docilitatē oia re
ducet,ſi qs voluerit,vt ⁊ ipſa ęqua videant'.

⁋ Nūc exponit ea,quę ducunt' ab auditore:⁊ dic̄.⌊Quę
vo ad auditorē ſunt⌋.ſ.referēda,hęc ſunt,nā⌊opus eſt⌋
auditorē⌊ipm beniuolū efficere,⌋q ſic eū trahemus ad
votū nr̄m,⌊vel ad irā ꝓuocare⌋.ſ.ꝯ̄ aduerſariū,⁊ ſic traꝯ
hemus auditorē cōtra aduerſariū.⌊vel iterdū attentum
reddere,⌋vt cū habemus in cā rōnes fortiſſimas ꝓ noꝯ
bis.⌊aut⌋opus eſt⌊cōtra afficere⌋auditorē ipꝫ,h̄ eſt nō
attētum,⌊nō eni ꝓdeſt ſemꝑ reddere attentum.Multi
eni⌋vt auertāt auditorē ab attētione,⌊conant' ad riſum
deducere⌋.Qui eni cām turpem hñt,aut hr̄e vident',ijs
vbi vis imorari ꝯfert magis q̄ꝫ in re,qđ ſerui faciūt,qui
qñ errauerūt,nō rñdent ad interrogata,ſed ad ea,q̄ cirꝯ
ca illa ſunt,ea quoqꝫ exordiunt',⁊ dicūt.⌊Sed ſi qs voꝯ
luerit,vt ⁊ ipſa⌋ſua⌊ęqua videant',in docilitatē⌋⁊ ordiꝯ
nē⌊oia reducet,⌋nā ſic videbunt' oia ęqua.qđ faciūt ilꝯ
li,qui bonam cauſam habent.

⁋ Attēti vo reddunt',rebus magnis.ſuis,no
uis,iucūdis.Quare iſinuare opꝫ,vt de taliꝯ
bus ſit oīo.Inattēti vo,ſi rē ꝓponim⁹ ꝑuaꝫ,
ſi nihil ad eos attinere,ſi doloris effectiuā.

⁋ Nūc docet auditores facere attētos,⁊ inattētos:⁊ dic̄.
⌊Attēti vo reddunt'⌋.ſ.auditores⌊rebus magnis⌋rebus
⌊ſuis,⌋reb⁹⌊nouis,⌋rebus⌊iucūdis,q̄re inſinuare opꝫ⌋
in exordio,cū facere attētos vis,⌊vt de talib⁹ ſit oratio⌋

nam ſic redduntur attenti.[Inattenti ꝟo]redduntur auditores[ſi rem proponimus paruam,]atq̃ nullius momenti,[ſi nihil ad eos attinere,ſi doloris effectiuam]ſic enim ꝓponendo inattentos facimus.

¶ Non oportet autez ignorare extra orationẽ hec eſſe omnia. Ad prauuz enim auditorem dicũtur,qui ⁊ ea audit,que preter rem ſunt. Nam ſi talis nõ eſſet,exordio opus non eẽt, niſi quatenus res ſũmatiz inſinuet̃, habeatq̃ oratio caput,veluti corpus ipſum.

¶ Cũ dixiſſet alias neceſſitates,ob q̃s exordiũ iuẽtuz eẽ cẽſet̃,vt.vz.in exordio reddat̃ attẽtus,beniuolus, docilis,vel ꝓuocet̃ ad riſuz,auditor ipſe,nũc oſtẽdit has neceſſitates nõ eẽ ſimpl'r neceſſitates,ſz vt remedia ad prauitatẽ iudicis,vel auditoris,q ſua prauitate magis ea audit,q̃ p̃ter rẽ ſunt,q̃ ea,q̃ ad rẽ ſunt:⁊ dic̃.[Nõ opz autẽ ignorare,ex̃ orõnẽ hec].ſ.q̃ dicta ſunt de neceſſitate exordij[eẽ oia,]cui⁹ rõnẽ affert:⁊ dicit.[Ad prauũ eni auditorẽ dicunt̃,q ⁊ ea]ſubaudi libẽter[audit q̃ p̃ter rem ſunt]magis q̃ q̃ ſunt ad rez.g̊ ea,q̃ dicta ſunt,magis vt remedia prauitatis auditoris ſunt in exordio iducta,q̃ vt res ſimpl'r nec̃ie.Cui⁹ rõnẽ affert:⁊ dic̃.[Naz ſi talis nõ eẽt].ſ.auditor [exordio op⁹ nõ eẽt,niſi](vt diximus)[quatenus res ſũmatiz iſinuet̃,habeatq̃ orõ caput,veluti corp⁹ ipz]caput hz.g̊ neceſſitas ſimpl'r exordij,ẽ:vt res,de qua hĩ orõ,inſinuet̃.neceſſitas ꝟo ſcḿ aliqd.i.ordinata ꝑ remedio praui iudicis,eſt vt reddat̃ i exordio attẽtus,beniuolus,docilis,vel ↄ.Inattẽtus,maleuolus, vel ꝓuocet̃ ad riſuz,vel iraz. Hec eni nõ ſunt exordij neceſſitates ſimpliciter,ſed medicinales vtilitates, neceſſitas aũt ſimpliciter exordij eſt,vt res ſummatim in exordio inſinuetur,orationeq̃ ipſa habeat caput.

¶ Preterea attentos reddere oium partium cõe eſt,in omni eniz loco magis,q̃ in principijs remittuntur. Quare ridiculũ eſt in principio id collocare,quãdo maxime omnes attente audiunt.

¶ Cũ oſtẽdiſſet ea eẽ magis,vt remedia iſtituta in exordijs,q̃ ſimpl'r exordij nec̃itates,nunc z° loco demr̃at ea nõ eẽ ꝓp̃a exordijs,cũ in q̃uis orõnis p̃te fieri idoneum ſit,mõ vrgeat occaſio:⁊ dic̃.[Preterea attẽtos reddere] ⁊ ſubaudi, ⁊ beniuolos,vel dociles,vel aliter auditorez afficere,[oiuz p̃tiũ].ſ.orõnis[cõe eſt,]cui⁹ rõnẽ affert:⁊ dic̃.[In oi eni loco].i.nã in oi p̃te orõnis,q̃a i narratione,in ꝓbatiõe,in epilogo[magis q̃ in p̃ncipijs]auditores[remittunt̃,]feſſiq̃ hñtur,[q̃re ridiculũ eſt in p̃n° id collocare,qñ maxĩe oẽs attẽte audiũt,]⁊ ſic ꝓbauit ð attẽtione ſic de ceteris ꝓbari põt.Eſt eni beniuolẽtia in oi orõnis p̃te iducẽda,cuz op⁹ fuerit,ſil'i mõ de ira,⁊ de riſu.Semp̃ eni h̃ mouẽda ſunt,cũ vrget nec̃itas:nõ g̊ vñr ꝓp̃ria ipſi exordio,q̃ ẽt author noue rhetorice aſſerit li° p̃mo.cap̃.de exordio,⁊ Quintil'.li° 4°.ca.ẽt de ordio ẽt.

¶ Vbicũq̃ igitur opus erit,dicendum aiaduertite queſo. Nam res hec non magis mea q̃ veſtra. Eteni dicam vobis crimen, quale nũq̃ audiſtis,vel rem ita mirabilem. id ꝟo eſt,vt Prodicus dixit,cum dormierint auditores,inter ipſos ſpargere pretium quinquaginta drachmarum.

¶ Nunc qð dixit,oſtẽdit in op̃e:⁊ dicit.[Vbicũq̃ igitur opus erit].i.in q̃cũq̃ orõnis p̃te ſurgit neceſſitas reddẽdi auditores attẽtos,[dicendũ] ipſis auditorib⁹,[aiaduertite q̃ſo,nã res hec,]quã dicturus ſũ,[nõ magis mea eſt q̃ veſtra.]Deĩde tãgit z^m locũ:⁊ dic̃.[Eteni dicã vobis crimẽ]nouũ,[q̃le nũq̃ audiſtis,vel rẽ ita mirabilẽ] vt nulla vnq̃ mirabilior ſit audita.Deide oſtẽdit vtilitatẽ taliũ locoꝝ,⁊ dic̃.[Id ꝟo eſt,vt Prodic⁹ dixit,cum dormierint auditores,iter ipſos ſpargere p̃tiũ quinquaginta drachmarum]nũmorum,quaſi dicat.id eſſe valde vtile ad reddendum auditores attentos.

¶ Or ꝟo ad auditorem non quo auditor eſt, perſpicuum. Nam omnes vel calũniant̃,vel timores abſoluunt in exordijs. Dicam o rex non vt a ſtudio in aliquid preloquar.

¶ Quia dixerat h̃ q̃ dixit,nõ eẽ ꝓpria exordijs,cũ i vnaquaq̃ orõnis p̃te fieri poſſint,h̃ ꝓbat,⁊ dic̃.[Or ꝟo]h̃[dicant̃ ad auditorẽ,nõ quo auditor eſt,]ſz quo prauus eſt.[p̃ſpicuũ]eſt[nã in exordijs oẽs vel calũniant̃].i.calũnias referunt de accuſato,[vel timores].i.calũnias timoroſas ↄ accuſatũ[abſoluũt,]dicẽdo[dicã o rex non vt a ſtudio:]⁊ ex arte[in aliqd p̃loquar]ſz ex mera puritate dicã,q̃ dicturus ſuz rex,vel auditor,ſz aiaduerte ſuperius Ariſ.dixiſſe calũnias eẽ dicẽdas in epilogo,nũc dicit eẽ dicẽdas in exordijs,ſol'o p̃ſpicua eſt,q̃a loquit̃ ſub diſiũctiõe in exordijs eẽ dicẽdas calũnias,vl' ſoluẽdas eẽ timoroſas calũnias,p̃ q̃ dedit itelligere exordiũ nõ eẽ ſemp̃ vt afficiam⁹ auditorẽ,ſz ad aliã rõnẽ,vtputa ad ſoluẽdas calũnias, ⁊ ad iſinuãdã rẽ.Dedit ẽt itelligere in exordijs eẽ iuocãdũ regẽ,vl' auditorẽ cũ p̃miſſiõe excuſatiõis q̃ velit nõ ex arte,ſed ex puritate loq̃,q̃a vt ſepius dictũ eſt,ars celanda eſt quoad fieri poteſt.

¶ Qui ꝟo rem turpez habent,aut habere videntur,his vbi vis imorari cõfert magis,q̃ in re. Quapp̃ etiam ſerui non reſpondent ad interrogata,ſed que circa illa ſunt,ea dicunt, ac exordiuntur.

¶ Nũc declarat qñ auditores debẽt fieri inattẽti,⁊ dic̃.[Qui ꝟo rẽ turpẽ hñt,aut hr̃e vñr]in cã,[his vbi vis imorari cõfert magis q̃]imorari[in re]ipſa,q̃ eſt in cã. Qð declarat exẽplo ſeruoꝝ:⁊ dic̃.[Quapp̃ ẽt ſerui]qui errauerũt,cũ iterrogant̃ a dñis,[nõ rñdẽt ad interrogata,ſz]rñdẽt ad ea,[q̃ circa illa ſunt,ea dicũt,ac exordiuntur:]⁊ ſemp̃ refugiunt reſpõdere ad rem,eodem mõ facere debent oratores,qui turpem cauſam habent.

¶ Vnde ꝟo beneuolos oportet facere, ⁊ de hmõi ceteris,dictum eſt. Verum cuz probe dicatur ad pheacam mihi preſta amicuz miſerabilemq̃ venire,hec duo ſũmopere ſpectanda ſunt.

¶ Quia dixit in exordijs fieri auditores beniuolos,iratos,ac odioſos,⁊ aliter affectos,q̃ſi ſe excuſans,remittit rẽ hãc ad locũ ſuũ:⁊ dic̃.[Vñ ꝟo].i.e quibus locis[beniuolos opz facere].ſ.auditores,[⁊ de h⁹ ceteris].ſ.iratos vel aliter affectos,[dictum eſt].ſ.libro z°,⁊ tu quere illic,q̃a ex locis illic traditis facile erit tibi hec facere.Deinde oſtendit inter affectus duos eẽ maxĩe attẽdẽdos:⁊ dicit.[Verũ cũ ꝓbe dicat̃ ad pheacam].i.ad palladem,[mihi p̃ſta,]pallas[amicuz miſerabilẽq̃ venire,]ꝓp̃ea[hec duo].ſ.ꝓuocare auditorẽ ad amicitiã,⁊ ad cõmiſerationez[ſummopere ſpectanda ſunt,]quoniã hec duo deſideramus,vt det nobis pallas.Vtrum ꝟo pallas dicatur

catur ꝓbçaca, vel ne, non curo.

¶ In demõſtratiuis aũt faciundũ vt auditoꝛ collaudari, aut ſeipſuꝫ, aut genus, aut ſtudia ſua putet, vel alio quodã mõ. Nã qꝺ Socrates in funebꝛi oꝛõne dixit, nõ eſſe difficile laudare Athenienſes inter Atheniẽſes, ſed ĩter Lacedęmonios, id verum eſt.

¶ Nunc docet in exoꝛdijs demõſtratiuaꝝ oꝛonũ facere beniuolos: ⁊ dic. ⌊ In demõſtratiuis aũt faciũduꝫ, vt auditoꝛ collaudari, aut ſeipſum, aut genus, aut ſtudia ſua putet, vel alio quodã mõ, ⌋ Sic enim captaꝛ beniuolẽtia, ⁊ aſſignat exẽplũ ex Socrate, qui in oꝛõne funebꝛi cuiuſdã Lacedęmonij vſus eſt hac arte: ⁊ h dicit. ⌊ Nam qꝺ Socrates in funebꝛi oꝛõne dixit, nõ eẽ difficile laudare Atheniẽſes inter Atheniẽſes, ⌋ ꝗa inter eos, ſunt boni, ⁊ mali, ⌊ ſed inter Lacedęmonios, ⌋ ꝗ oẽs ſunt ꝓbi eẽt difficile, ꝓpterea dicit. ⌊ Hoc ⌋ qꝺ dixit Socrates, ⌊ verum eſt, ⌋ ⁊ ex arte dictũ, ꝗa captauit beniuolentiam.

¶ Deliberatiuę vo, ex ijs, quę iudicialis oꝛonis ſunt. Nã natura minime hꝫ. ꝗppe cum ⁊ de qua re ſciãt. Neqꝫ eget res exoꝛdio niſi ꝓpter ipm, aut aduerſarios, aut ſi nõ quãtũ voluerit, tamẽ vel maius, vel minus arbitranꝛ. quas ob res, vel calũniãdũ, vel diſſoluẽduꝫ eſt, ⁊ aut amplificandũ, aut extenuãdũ. Horũ igiꝛ cauſa exoꝛdio in deliberatiuiꝫ opꝰ eſt. aut etiã oꝛnatus cauſa. qm̃ manca videntur, niſi habeãt. qualis Goꝛgię laudatio in elios, nam cũ nihil pꝛędixerit, neqꝫ cõmouerit, illico erupit. Elis ciuitas fęlix.

¶ Cũ dixiſſet de exoꝛdio in demõſtratiuis, nũc de exoꝛdijs in deliberatiuis: ⁊ dic. ⌊ Deliberatiuę vo ⌋ .ſ. oꝛonis exoꝛdia ⌊ ex ijs, q̃ iudicialis oꝛonis ſunt, fluũt, ⌋ qm̃ exoꝛdijs indigẽt ꝓpter auditoꝛẽ, vt dictũ eſt in iudicialibus, ⁊ nõ per ſe. Qꝛ aũt nõ per ſe, ꝓbat. ⁊ dicit. ⌊ Naꝫ natura ⌋ hoc eſt ꝑ ſe ⌊ minime hꝫ, ꝗppe cum ⁊ de qua re ⌋ .ſ. oꝛo habeꝛ, ⌊ ſciant ⌋ auditoꝛes oẽs, cuꝫ ſit de cõi vtili, vel dãno: qꝺ cõmune vtile, vel dãnũ ꝓponiꝛ in cõſilio, vel in concione ab eo, qui conſilijs pꝛęeſt. Per accñs vo oꝛo deliberatiua exoꝛdio indiget, aut ex ꝑte dicẽtis, vel aduerſarij: ⁊ hoc dicit. ⌊ Neqꝫ eget res, ⌋ quę in oꝛõne deliberatiua habeꝛ, ⌊ exoꝛdio niſi aut ꝑꝑ ipm ⌋ .ſ. dicẽntez, ⌊ aut ⌋ ꝑꝑ ⌊ aduerſarios, ⌋ ex ꝑte dicẽtis ꝗdem ad diſſoluẽdas calũnias aduerſarioꝝ, aut ad extenuãda illa, quę exiſtimari poſſent ꝯtra ijs, quę ipſe dicit, vel neceꝛ eſt ad calũniãdum, ſi ꝑceſſerint aduerſarij defenſiones, vel aliq̃ cões exiſtimatiões de cõtrario, ⁊ ad amplificandũ ſua, ſi pꝛęceſſerint aduerſarij extenuationes, vel cões exiſtimationes de ꝯtrio, imiſcet aũt hęc oia: ⁊ dicit. ⌊ Si nõ quãtũ voluerit, tñ aduerſarij maius, vel minus arbitranꝛ, q̃s ob res ⌋ dicenti ⌊ vel calũnianduꝫ, ⌋ ſi pꝛęceſſerint aduerſarij defenſiones, ⌊ vel diſſoluendum ⌋ ſi pꝛęceſſerint aduerſarij calũnię, ⌊ ⁊ aut amplificandum, ⌋ ſi pꝛęceſſerint aduerſarij extenuationes, ⌊ aut extenuandum ⌋ ſi pꝛęceſſerint aduerſarij amplificationes, ꝓpterea concludit, ⌊ horũ igitur cauſa exoꝛdio in deliberatiuis opus eſt, ⌋ ⁊ nõ per ſe ad inſinuandam intentionem. Addit, ⌊ aut etiam ⌋ exoꝛdiuꝫ in deliberatiuis opus eſt, ⌊ oꝛnatus cauſa, quoniam ⌋ quę dicuntur in deliberatiuis oꝛationibꝰ ⌊ manca videntur, niſi habeant ⌋ ſcilicet exoꝛdium, veluti coꝛpus ſine capite: ⌊ q̃lis Goꝛgię laudatio ⌋ ſubaudi fuit mãca, quę fuit facta ⌊ in elios, nam cum nihil ꝑ̃dixerit, neqꝫ cõmouerit, illico erupit ⌋ dicens ⌊ elis ciuitas fęlix, ⌋ ⁊ ſic fuit manca, ꝗa ſtatim ſe tranſtulit ad narrationez. Ex ijs patet in oi oꝛõne cuiuſcũqꝫ gñis dicẽdi eẽ neceſſarium exoꝛdiũ, vel ſaltẽ oꝛnatus cã, ne coꝛpus videaꝛ ſine capite, vel ad iſinuãdã itẽtionẽ, vt cũ nõ pateat, vel cũ nõ adeo bꝛeuis ſit oꝛo, vt itẽtio ⁊ narratio ꝯcedãt ĩ vnũ.

¶ Ad diſſoluendam vo calũniã vnus ꝗdez locus eſt ea inducere, ex quibus turpẽ exiſtimationẽ ꝓpulſet. Nihil enĩ differt ſiue qs inuectus eſt, ſiue nõ. Quare id vl'e eſt.

De locis ad diſſoluẽdam calũniam.

℄ Cũ egerit de fide ⁊ probatione in demonſtratiuis, nũc agit de fide in deliberatiuis, ⁊ ſupponit in deliberatiuis multas fieri quęſtiones. Quarum prima eſt, vtrum res facienda ſit, an non facienda, deinde dato ꝙ ſit facienda, emergit alia, vtrum ſit futura, ⁊ tertio dato ꝙ ſit futura, vtrum iuſta, ⁊ quarto dato ꝙ iuſta, vtrum vtilis, ⁊ quinto dato ꝙ vtilis, vtrum tanta. per quę vult locum quintum, vt ad eam quęſtionem applicetur probatio, q̃ quęritur in contione:dicit.⌊In deliberatiuis auteꝫ⌋aut non facienda, reſpondebit quiſpiaꝫ ſubaudi, quę eſt prima quęſtio,⌊aut⌋ſi facienda,⌊non futura⌋eſſe ea,⌊quę dicis, reſpondebit quiſpiã,⌋quę eſt ſecũda quęſtio.⌊aut ſi futura concedet, tamen vel non iuſta, vel⌋ſi iuſta concedet, dicet eſſe⌊non vtilia, vel⌋ſi cõcedet eſſe vtilia,⌊nõ tanta fore aſſeuerabit,⌋per quę vult habere, vt ad eam quęſtionem probatio accõmodetur, quę in deliberatiuis quęritur. Scđs locus eſt, vt probatio perſpiciat̃ ex rebus aliorum, vel quę olim fuerunt, vel quę noſtris tẽporibus acta ſunt. Nam ſi quod accipit ab alijs, falſum fuerit, erit nobis ſigno, vt in cęteris mentiatur. Si autẽ qđ accipit ab alijs, fuerit verum, erit nobis ſigno ad faciendum, quod hortatus eſt:dicit.⌊Eritqꝫ illud maxime perſpiciendum, ſi quid p̃ter rem⌋.ſ. ex rebus geſtis aliorum⌊falſo dicat, id enim ſigno⌋nobis⌊erit cętera quoqꝫ ipſum mentiri,⌋ſubaudi quę ꝯſuluit, ſi autẽ verum dixerit, erit nobis ſigno ipm̃ nõ mentiri, quę cõſulit.

℄ Inſuper exempla quidem maxime deliberatiuis accõmodãtur, enthymemata ꝟo magis iudicialibus. Nam cuꝫ illa qdem de futuro ſint, iccirco a pręteritis per exempla de ipſis neceſſe eſt dicere. Hęc ꝟo de iaꝫ factis, aut non factis ſunt, quę demõſtrationem iccirco habent, quoniaꝫ ⁊ neceſſitatem habẽt. nam oẽ, qđ factũ eſt, neceſſitatem habet.

℄ Aſſignat 2m locum in deliberatiuis, miſcendo ſimul conſimilem locum in iudicialibus, qui eſt ſext⁹ in ordine aliorum, ⁊ dicit.⌊Inſuper exempla quidem maxime deliberatiuis accõmodantur, enthymemata ꝟo magis iudicialibus,⌋⁊ aſſignat rationem⌊nam cum illa⌋.ſ. deliberatiua⌊quidem de futuro ſint, iccirco a pręteritis per exempla de ipſis neceſſe eſt dicere,⌋ſunt enim p̃terita ſimilia futuris, cum omnia circulo redeunt. ideo eris accipere poſſumus argumentum ad futura.⌊Hęc ꝟo⌋.ſ. iudicialia⌊de iam factis, aut non factis ſunt,⌋quę⌊demõſtrationem:⌋ſcilicet per enthymemata⌊iccirco habent, quoniam ⁊ neceſſitatem habent, naꝫ omne, quod factũ eſt, neceſſitatem habet,⌋⁊ ſic ad iudicialia argumentandum eſt per enthymemata neceſſaria. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet, Ariſtoteles dixit exempla deliberatiuis maxime eſſe accõmodabilia, enthymemata ꝟo maxime iudicialibus, vt ſignificaret in omni dicendi genere nos vti poſſe indifferenter exemplis, ⁊ enthymematib⁹, verum in deliberatiuis potiſſimuꝫ vtimur exemplis, in iudicialibus ꝟo maxime enthymematibus, ⁊ quoniaꝫ fabulę ſunt exempla ſimulata, ideo in deliberatiuis etiaꝫ fabulis potiſſimum vtimur, ⁊ apologis. Sentẽtię ꝟo reducuntur ad enthymemata, ideo in iudicialibus potiſſimum vtimur prouerbijs, ⁊ ſententijs. Sic igitur in omnibus hęc omnia accõmodari poſſunt, aliquibus magis, aliqbus minus, vt ars demonſtrat, ⁊ vt arbitrio oratoris ſubiacet. In demonſtratiuis autem loco horũ vtimur amplificatione vel extenuatione, raro autem ꝓbationibus:ſupponũtur enim res geſtę, ⁊ non probantur, niſi cum incredibiles fuerint, vel cauſaꝫ quis habuerit. Sed loco probationũ amplificamus, vel extenuamus eas. Moratis ꝟo, ⁊ affectis orationibus, lꝫ in omnibus vti poſſimus, tamen potiſſimũ in iudicijs ⁊ deliberationibus vtimur. vnde ⁊ contionatores, qui vulgo prędicatores dicuntur, his maxime vtuntur. In demõſtratiuis ꝟo affectę orationes non conueniunt, ſed moratę multum valent. Hęc de vſu perſuaſionum.

De vſu perſuaſionum.

℄ Non oportet autem enthymemata continue dicere, ſed alijs permiſcere, ne ſibiinuicem officiant.

℄ Aſſignat 3m locum in iudicialibus, qui eſt 7⁹ in ordie cęterorum:⁊ dicit.⌊Non oportet autem enthymemata continue dicere, ſed alijs⌋.ſ. perſuaſionibus miſcere, vt nunc moratis, nunc affectis, nunc ſentẽtijs, nunc prouerbijs⌊permiſcere, ne ſibiinuicem officiant,⌋generãdo in aĩo audiẽtiũ faſtidiũ:hoc enĩ pacto miſcẽdo, placebũt.

℄ Eſt etiaꝫ ꝓfecto quantitatis terminus quidam, vt Homerus quoqꝫ oſtendit. Amice qm̃ tot dixiſti, quot ſapiens vir attuliſſet, tot inquit non eiuſmodi.

℄ Aſſignat 4m locum, qui eſt octauus ad cętera:⁊ dicit.⌊Eſt etiaꝫ profecto quantitatis,⌋ideſt numeri enthymematum⌊terminus quidã, vt Homerus quoqꝫ oſtẽdit,⌋cum inquit.⌊Amice quoniaꝫ tot dixiſti⌋.ſ. enthymemata,⌊quot ſapiens vir attuliſſet,⌋ſubaudi nõ plura dicas, reſpondit ille vir,⌊tot inquit, non⌋tamẽ⌊eiuſmodi⌋ſcꝫ efficaciſſima, ⁊ ſic ſignificauit ſe numeruꝫ dicere finitũ, lꝫ honeſti cauſa dixerit illa nõ eſſe efficatia. ergo numerus non debet ad imenſum proficiſci.

℄ Nec enthymematibus cuncta tibi probãda ſunt, ne tibi neceſſe ſit ex ignotioribus notiora probare, quod philoſophantium nonnullis accidit.

℄ Aſſignat 5m locum, qui nonus eſt ad alia vt in iudicialibus non omnia velis per enthymema ꝓbare, qm̃ ſic accidet, vt p̄ma p̄ncipia ꝑ enthymemata ꝓbent̃. ⁊ cũ nihil p̄mis p̄ncipijs notius ſit, fiet ꝓbatio ꝑ ignotiora, vel ęq̃nota, ⁊ vtrũqꝫ eſt reprobatũ:dicit.⌊Nec enthymematib⁹ cũcta tibi ꝓbãda ſunt⌋.ſ. in iudicijs,⌊ne tibi neceſſe ſit ex ignotiorib⁹ notiora ꝓbare, qđ ph̃antium nõnullis accidit,⌋q dixerũt oĩa eẽ ꝓbãda demr̃one, adeo vt ĩ demõſtrationib⁹ ꝯcedãt circulũ. Sꝫ q̃dam ſunt ſupponẽda, vt nota cõiter oib⁹, q̃dam vt nota ex legibus, q̃dam ex confeſſione aduerſarij, quędam alijs modis.

¶ Et cum affectū feceris, ne dicas enthymema, ne affectū trudat, aut fruſtra dicat̄. Trudūt enī ſeinuicē motus, q ſimul ſunt, vel qm̄ ſe exterminant, vel remittunt.

¶ Aſſignat 6ᵐ locū, q eſt ad cętera 10ᵘˢ, ⁊ dicit. ⌊ Et cū affectū feceris ⌋ ita vt in aīo audiētiū iam genitus ſit, ⌊ ne dicas enthymema, ne affectū ⌋ .ſ. genituꝫ iam in aīo auditoris ⌊ trudat, aut fruſtra dicat̄, ⌋ habemus enīꝫ ꝯſenſum auditoris ſatis ꝑ affectū, igit̄ fruſtra dicet̄ enthymema. Qđ autē enthymema tradat affectū, ꝓbat. ⁊ dicit. ⌊ Trudunt enī ſeinuicē motus ⌋ ſcꝫ ⌊ q ſimul ſunt, ⌋ vt enthymema, qđ eſt rōnis motus, ⁊ affectus, qui eſt motus ſenſualis appetitus, q ſunt ꝯrīj. Dico ſe trudere, ⌊ vel qm̄ ſe extermināt ⌋ oīno alter alterū pęnitus trudēdo, ⌊ vel ⌋ ſe ⌊ remittunt, ⌋ ⁊ ſic ſe expellūt aliquo mō. q̄re cū affectum feceris, non ꝓcedas ad enthymema, per quę dedit intelligere affectam oꝛonem eſſe inducēdā poſt enthymema.

¶ Nec cū moꝛatā oꝛonem efficere volueris, enthymema ſimul q̄ras. Naꝫ demr̄atio nec moꝛem, neqꝫ electionem habet.

¶ Aſſignat 11ᵐ locū in moꝛata oꝛone: ⁊ dicit. ⌊ Nec cum moꝛatā oꝛonem efficere volueris, ⌋ vel quā de nobis dicimꝰ, vel de aduerſario, ⌊ enthymema ſimul q̄ras, nā demōſtratio ⌋ .i. enthymema ⌊ nec moꝛē, neqꝫ electionē hꝫ ⌋ ⁊ ſic fruſtra miſcetur cuꝫ moꝛata oꝛatione, etiam poſſet impedire vim moꝛatę oꝛationis.

¶ Sentētūs vō taꝫ in narratione, q̄ꝫ in ꝑſuaſione vtēdū eſt, moꝛatā enī oꝛoneꝫ efficiunt hoc pacto, cōmiſi illi, q̄ꝫuis ſcirem oībꝰ credēdum nō eſſe. Affectā vō hūc in modum, nec etiā ſi vexatus iniuria ſuꝫ, me pęnitet, cū illi lucrū, mihi aūt ius acquiſitum ſit.

¶ Aſſignat 12ᵐ locum in ſentētūs: ⁊ dicit. ⌊ Sentētūs vō tā in narratione ⌋ .i. in ea parte, in qua narratio fit, ⌊ q̄ꝫ in perſuaſiōe ⌋ .i. in ea ꝑte, in qua ꝑſuaſio agitur, ⌊ vtendum eſt, ⌋ qm̄ moꝛatam, ⁊ affectā oꝛoneꝫ faciūt, moꝛatā qdē oꝛonem efficiūt hoc pacto cōmiſi illi ⌋ .ſ. pecuniā meam, ⌊ q̄ꝫuis ſcirem oībus credēdū nō eē, ⌋ in hac oꝛone moꝛata ſentētia eſt, nō oībus eſt credēdū. ⌊ affectā vō ⌋ oꝛonē efficiunt ſentētię ⌊ hūc in modū, nec etiā ſi vexatus iniuria ſum, me pęnitet ⌋ pecuniaꝫ illi cōmiſiſſe, ⌊ cum illi lucrum, mihi auteꝫ ius acq̄ſitum ſit. ⌋ in qua oꝛatione ꝑma pars eſt affecta, ſecūda vō ſententia moꝛata.

¶ Cōtionari aūt difficilius q̄ꝫ in iudicio contēdere nō ab rōne eſt. Illud enī futuroꝝ, hoc autē p̄teritoꝝ eſt, quę vaticinātibus etiaꝫ (vt Epimenides cretēſis inq̄t) certioꝛa ſunt. Is enīꝫ diuinationē futuroꝝ reſpuebat, p̄teritoruꝫ vō, quę occulta erant, amplexabatur.

¶ Aſſignat 13ᵐ locū, qui eſt de cōparatiōe iudicij, ⁊ cōtionis: ⁊ dicit. ⌊ Cōtionari autē difficilius q̄ꝫ in iudicio contēdere non ab rōne eſt, ⌋ cuius rōnem ꝑmaꝫ affert: ⁊ dic̄. ⌊ Illud enī ⌋ .ſ. cōtionari ⌊ futuroꝝ eſt, hoc autē ⌋ .ſ. cōtēdere in iudicio, ⌊ p̄teritoꝝ eſt, quę ⌋ ſui facilitate ⌊ vaticinantibus etiā (vt Epimenides cretēſis inq̄t) certioꝛa ſunt, ⌋ q̄bus non ſunt nota futura. Addit autem id, qđ Epimenides putabat de diuinationibus: ⁊ dicit. ⌊ Is enī vaticinationē futuroꝝ ⌋ ꝓ nimia difficultate ⌊ reſpuebat, p̄teritoꝝ vō quę occulta erant ⌋ pꝛę nimia facilitate ⌊ amplexabatur, ⌋ cū enī occulta eſſent, ea vt futura pꝛędicebat, ꝑ quę patet iudicium facilius eſſe, q̄ꝫ ſit contio.

¶ Deinde quia cuꝫ leges iudicialibus ſupponantur, pꝛincipium afferunt, vnde inueniendi facultas pꝛębetur.

¶ Cum aſſignaſſet ꝑmam rōnē, affert ſcđam: ⁊ dicit. ⌊ Deinde q̄a cuꝫ leges iudicialibus ſupponant̄, ⌋ ſcꝫ vt pꝛincipia enthymematū, ⌊ ꝑncipiuꝫ ⌋ .ſ. facile nobis ⌊ afferūt, vnde inueniendi facultas ꝑbeatur ⌋. Qui enīꝫ ꝑncipium habet, facile poterit demōſtrationē inuenire, at cum cōtionatoꝛ nullum habeat ꝑncipiū, difficilius agit.

¶ Pꝛęterea non multa hꝫ diuerſoꝛia, vtputa in aduerſariū, aut de ſeipſo, aut in auditoꝛeꝫ afficiendum, qđ minime adhibendū eſt, niſi digrediat̄, idqꝫ per dubitationē faciendū. vt Athenięſes oꝛatoꝛes factitant, ⁊ Iſocrates. Etenī i ꝯſulēdo accuſat, vt Lacedęmonios in panegyrico, ⁊ Charetā in ſymmachico.

¶ Nūc aſſignat 3ᵃᵐ rōnem: ⁊ dicit. ⌊ Pꝛęterea ⌋ contionatoꝛ ⌊ non multa hꝫ diuerſoꝛia ⌋ veluti hꝫ oꝛatoꝛ, qui dicit in iudicio. qui in multa diuertere ſe pōt, ⌊ vtputa in diuerſoꝛiū ⌋ .ſ. clam de eo obloquēdo, ⌊ aut de ſeipſo ⌋ moꝛatā oꝛonem faciendo, ⌊ aut in auditoꝛē afficienduꝫ, qđ minime adhibēdū eſt ⌋ a ꝯtionatoꝛe, ⌊ niſi digrediatur, ⌋ nullū enī hoꝝ facit cōtionatoꝛ, niſi digrediēdo, ⁊ cuꝫ digredit̄, ⌊ id faciēdū eſt ꝑ dubitationem ⌋ nō abſolute loquēdo, ſed dubitādo cū quadā modeſtia, foꝛēſes autem id faciūt apertius, ⁊ cū q̄dam temeritate. ⌊ vt Athenięſes oꝛatoꝛes factitāt, ⁊ Iſocrates: eteni ⌋ Iſocrates ⌊ in cōſulēdo accuſat, vt Lacedęmonios in panegyrico ⌋ de ſollēnitatibus, ⌊ ⁊ Charetā in ſymmachico ⌋ .i. in oꝛone ſociali. Quia igit̄ dicēs in iudicio multa hꝫ diuerſoꝛia, ideo facilius dicere pōt, qm̄ cum nō hꝫ q̄d dicat in vno, pōt dicere in alio, at contionatoꝛ, cum nullū habeat diuerticulum, ideo cum cadit a ſyllaba, cadit a toto.

¶ In demōſtrationibus aūt exterioꝛū laudibus amplioꝛ efficiēda oꝛatio eſt, qđ Iſocrates facit aliqueꝫ extra ſemꝑ adducēs. Id vō eſt qđ Goꝛgias dicere ſolitus erat, ꝙ videt nūq̄ꝫ ſibi deeſſe oꝛoneꝫ. Nā ſi de Achille dicendū eſt inq̄t, pelea laudabo. Deinde ęacū, poſtremo Ioueꝫ, eodēqꝫ mō ſi foꝛtitudinē, aut qm̄ hęc, atqꝫ hęc facit, qđ tale q̄d eſt, aut quoniam talis quędam eſt.

¶ Aſſignat 14ᵐ locū in demōſtrationibꝰ: ⁊ dicit. ⌊ In demōſtrationibus aūt exterioꝝ laudibꝰ amplioꝛ efficiēda oꝛatio eſt, ⌋ per laudes enī exterioꝝ laudabiliū amplioꝛem oꝛonē facimus, q̄a ex laudibus eius, q laudat̄, ⁊ ex laudibus eoꝝ, q extra inducunt̄, oꝛo lōge maioꝛ eſt. Deinde aſſignat authoꝛes huius loci, ⁊ dicit. ⌊ Qđ Iſocrates facit aliquē extra ſemꝑ inducēs, ⌋ quē laudet. Deinde declarat hoc idē dixiſſe Goꝛgiam: ⁊ dicit. ⌊ Id vō eſt, qđ Goꝛgias dicere ſolitus erat, ꝙ ⌋ .ſ. in demonſtratiuis ⌊ videt nūq̄ꝫ ſibi deeſſe oꝛonem, nam ſi de Achille dicendū eſt inq̄t, pelea laudabo. deinde Æacuꝫ, poſtremo Iouē, eodēqꝫ mō ſi foꝛtitudinē ⌋ .ſ. laudabo, dicaꝫ ⌊ aut quoniā hęc, aut hęc facit ⌋ .ſ. pacē, ſeruat iuſtitiā, defendit patriā, ⌊ qđ tale quid eſt ⌋ ꝓpꝛiuꝫ foꝛtitudini, ⌊ aut qm̄ talis q̄daꝫ eſt ⌋ .ſ. ſimilis dn̄ationi, vel magnanimitati, q̄ ſunt ex̄ adducta, ⁊ ſic de foꝛtitudine oꝛo fiet amplioꝛ.

¶ Cum igitur demōſtrationes habueris, erit

tibi

tibi, ⁊ moꝛate, ⁊ demonſtratiue dicēdū. Cū ꝟo enthymemata non ſuccurrunt, tūc moꝛata tibi erit oꝛo, quę res iccirco bonum virum magis decet, ꝙ malit ipſe pꝛobus videri ꝗ̄ꝫ vt eius demōſtratio exquiſitioꝛ ſit.

¶ Aſſignat 15m locum in iudicialibus, ⁊ dicit. [Cū igit̄ demonſtrationes] .i. enthymemata [habueris, erit tibi ⁊ moꝛate, ⁊ demōſtratiue] .ſ. ꝑ enthymemata [dicēdū,] vnuſqs eni habꝫ, vt dicat moꝛaliter, non autē vnuſqſqꝫ hꝫ, vt dicat enthymematicę nec intelligas ſimul, ſꝫ ſuo loco, ⁊ tēpoꝛe, vbi cōuenit, ſed qa nō oēs hn̄t enthymemata, ꝑpterea ſubdit. [Cum ꝟo enthymemata non ſuccurrunt, tunc moꝛata tibi erit oꝛatio,] deinde addit cōparationem quandam: ⁊ dicit. [Quę res.] ſcilicet moꝛate dicere [iccirco bonum virum magis decet, ꝙ malit ipſe pꝛobus videri, ꝗ̄ꝫ vt eius demōſtratio exquiſitioꝛ ſit.] nam ſic ei magis fides adhibetur, ac maioꝛem facit perſuaſionem.

¶ Ex enthymematibus ꝟo, quę redarguunt magis ꝓbant̄, ꝗ̄ꝫ quę oſtēdunt. Cū eni ꝯtraria ex collatione magis dilucefcant, iccirco q̄ redarguunt, acrius inferunt.

¶ Aſſignat 16m locum ex conſideratione argumētoꝝ: ⁊ dicit. [Ex enthymematibus ꝟo, quę redarguūt] .i. ex cōceſſis ab aduerſarijs ducūt ad oppoſitū eius, qđ aduerſarius ſuſtinet, [magis ꝓbant̄ ꝗ̄ꝫ quę oſtendunt,] efficacioꝛaqꝫ ſunt: nihil enim pollentius in argumēto eē pōt, ꝗ̄ꝫ habere intentum ex ꝯceſſis ab aduerſarijs, vt in elēchis ſatis expoſuimus. Oſtenſiua enim quę non ex conceſſis pꝛocedunt, lꝫ bona ſint, inſtantiā tamē habere facile poſſunt. Deinde reddit rationē, ⁊ dicit. [Cum enim ꝯtraria ex collatione] iuſtaqꝫ poſita [magis dilucefcāt, iccirco quę redarguunt] .ſ. enthymemata, cum ꝓcedant ex conceſſis ⁊ concludāt oppoſitū eius, quod datū eſt, [acrius,] ac efficatius, ⁊ dilucidius [inferunt.]

¶ Quę autē ad aduerſarium, non altera aliq̄ ſpēs eſt, ſed perſuaſionum alię quidē inſtātia, alię ꝟo ſyllogiſmo ſoluendę ſunt.

¶ Aſſignat 17m locū, ⁊ poteſt itelligi dupl'r, vno modo vt doceat ſoluere loca, ⁊ argumēta aduerſarij, vt interp̄tatus eſt Heoꝛgius, cū ꝑuenerimus ad ea, ⁊ lege ſic, [quę ꝟo] .ſ. argumēta ⁊ loca attinēt [ad aduerſariū, nō altera aliq̄ ſpēs] ꝑtis eſt, in qua ſolui debent, qm̄ ſolui debent in ea oꝛonis ꝑte, in qua fides fit. [ſꝫ ꝑſuaſionū] .ſ. aduerſarij illius, [alię qdē inſtātia] obijciēdo, [alię ꝟo ſyll'o] argumētando [ſoluēdę ſunt,] vel ſic, vt doceat ſoluere aduerſariū, ⁊ dicit. [Quę ꝟo ad aduerſarium] attinent ſoluere, cum ſoluit. argumentando [non altera aliqua ſpecies] argumētoꝝ [eſt,] quibus ſoluat, a ſpē argumentoꝝ aduerſarij, [ſed ꝑſuaſionū] ꝑ nos iductaꝝ [alię] ab aduerſario [ſoluēdę ſunt inſtātia, alię ſyll'o,] ⁊ ſemper per enthymemata, quę redarguūt. Et hoc intelligas, cū ſoluit argumentando. nam cum ſoluit diſtinguēdo nō opus eſt vti enthymematibus, quę redarguunt.

De refutatione.

¶ Opꝫ autē in deliberatiōe ⁊ iudicio inchoantem qdē dicere eas, quę ſuiipſius ꝑſuaſiones ſunt pꝛius. Poſterius aūt ad ꝯ̄ria obuiando atqꝫ cōtēdendo ſoluere. Oꝛ ſi valde fuſa, fuerit oppō, pꝛius cōtraria. Quemadmodum fecit Calliſtratus in meſeniaca cōtione, qui pꝛimo quę dicere aduerſarij poſſent, confutatis, ſua deinde poſuit.

valde fuſa πολυχους multiplex varia.

¶ Nunc de refutatione, eſt autem refutatio, vim argumentoꝝ, vel calūniarum: quas aduerſarius adduxit coram auditoꝛibus, vel iudicibus, vel inducere potuiſſet, non ita eſſe oſtēdere, vel redarguere, quā Cicero, ⁊ alij confutationeꝫ appellant, hanc Heoꝛgius partē fidei fecit, cum ipſam cum fide in eodem capite collocauerit, alij qui Ciceronem, ⁊ Quintilianuꝫ ſequūtur, pꝛincipalem oꝛationis partem conſtituunt, lꝫ non in oībus oꝛationibus neceſſariam. Non eniꝫ in demonſtratiuis ꝑs neceſſaria eſt, cum genus demōſtratiuū non ſoleat hr̄e aduerſariuꝫ. Tunc Ariſt. aſſignat loca, ⁊ pꝛimo euꝫ, qui accipitur ab oꝛdine in refutatione: ⁊ dicit. [Opꝫ autem in deliberatiōe, ⁊ iudicio inchoātē qdē dicere eas, q̄ ſui ipſius ꝑſuaſiones ſunt pꝛius, poſterius aūt ad ꝯtraria] aduerſarij [obuiando, atqꝫ cōtendendo, ſoluere,] ac refutare, ſed qđ per inchoātem intelligit, in ludicris diximus per inchoātē Ariſt. intelligere defenſoꝛem, ⁊ ꝑ euꝫ qui poſterius dicit, accuſatoꝛē, qđ quo mō hęc eſſe poſſint, ibi q̄rendum, tamē nunc mihi nō videtur alienum Ariſt. per inchoāteꝫ intelligere in iudicio qdē accuſatorē, in ꝯſilio ꝟo diſſuaſoꝛem, q in deliberatiuo gn̄e accuſatoꝛis vice fungitur. ⁊ per eum, qui poſterius dicit, intelligit defenſoꝛem in iudicio, in conſilio autem, ſuaſoꝛem, ⁊ cum dicit. [Poſterius autem ad cōtraria obuiādo,] intelligit non contraria, quę aduerſarius attulit, cū ea nōdum dixerit, ſed quę afferre poſſet. Nec eſt difficile bono, ac callido oꝛatoꝛi ſuſpicari quid defenſoꝛ, vel ſuaſoꝛ dicere poſſet, ſcit enim qđ ipſe diceret, ſi ꝑtes aduerſarij tueret̄. Deinde refutādo tacitam obiectionē dicit. [Oꝛ ſi valde fuſa fuerit oppō,] atqꝫ multiplex, ⁊ varia, nō quaꝫ aduerſarius dixit, ſed quā dicere potuiſſet, accuſatoꝛ in iudicio, ⁊ diſſuaſoꝛ in ꝯſilio [pꝛius] illa [cōtraria] refutet, ac diluat. Et aſſignat authoꝛem: ⁊ dicit. [Quēadmodū fecit Calliſtratus i meſeniaca coctiōe, q pꝛimo quę dicere aduerſarij poſſent, cōfutatis,] cū eēnt multiplicia, ⁊ varia, [ſua deīde poſuit.] Ubi tamē q̄ dicere aduerſarij poſſent, eſſent pauca, ⁊ facilia, cuꝫ impedimento dicenti nō ſint, accuſatoꝛ, ⁊ diſſuaſoꝛ pꝛius ſua ponat, deinde illa ſoluat, cum ſoluta fere videantur ex ſuis, quę poſuit.

¶ Si autem poſterius dices, pꝛimo ad cōtrariam oꝛonem eſt tibi dicēdū ſoluēdo, atqꝫ ꝯ̄ argumētando. ⁊ maxime ſi perſuaſiſſet.

perſuaſiſſent ευδοκιμηκοτα ꝗ̄ cōplacuerint ꝓbata eſſent.

¶ Nunc aſſignat 2m locū etiā ab oꝛdine, ⁊ dicit. [Si aūt poſterius dices] .ſ. vt defendēs in iudicio, vel ſuaſoꝛ in ꝯſilio, [ꝑmo ad ꝯ̄riā oꝛoneꝫ,] quā aduerſari⁹ accuſans, vel diſſuaſoꝛ attulit. [eſt tibi dicendū ſoluēdo, atqꝫ ꝯ̄ argumētādo, ⁊ maxīe ſi ꝑſuaſiſſet,] nec ſic tollendo ipedimēta parabis tibi facilē viā ꝑſuadēdi, deīde tua ponas.

¶ Nam quemadmoduꝫ infamem hoīeꝫ animus nō amittit, ſic oꝛationem quoqꝫ contendit, ſi quod dixit, aduerſarius ꝓbetur. Opꝫ itaqꝫ locū in auditoꝛe ipō parare futurę oꝛationi, qđ efficies, ſi interemeris.

¶ Pꝛobat locum per quodam ſimile: ⁊ dicit. [Nā quēadmodum infamem hominem animus non amittit,] pꝛę ſua malitia, quę animo repugnat, non tamen coꝛpori, coꝛpus enim amittit pꝛauitatem, [ſic animus] auditoris [oꝛationem quoqꝫ contendit] tuaꝫ, [ſi quod dixit aduerſarius pꝛobet̄] ab animo auditoꝛis. ergo opoꝛtet eā

refutare, vt pares tibi viaʒ, ⁊ ideo dicit. [Oportet itaqʒ locum in auditore ipſo] tuę [futurę orationi parare, qđ efficies, ſi interemeris,] ac refutaueris contraria, quę aduerſarius attulit.

¶ Quare aut ad omnia, aut ad firmiſſima, aut ad ea, quę ꝑſuadebant, aut ſaltem ad ea, q̄ facile redarguibilia ſunt, oppugnandū. Sic eniʒ quę ſua ſunt, credibilia faciet. Dijs primum ꝓpugnator ero, nam ego Iunonē. In his enim quod modeſtiſſimum erat, tetigit. Hactenus de fide.

¶ Ex ijs, quę dixit, concludit locum, ⁊ dicit. [Quare aut ad omnia, aut ad firmiſſima, aut ad ea, quę ꝑſuadebāt] iudicibꝰ, [aut ſaltē ad ea, quę facile redarguibilia ſunt, oppugnandū, ſic eni quę ſua ſunt] defendēs ipſe [credibilia faciet,] vt ſubaudi illud poetę [dijs] .i. ꝓ dijs [primum propugnator ero, nam ego Iunonē] ſubaudi defendaʒ, [in his eni qđ modeſtiſſimū erat, tetigit,] ꝑ quę dedit intelligere ea, quę aduerſarius dixerat, eſſe aduerſus deos, ⁊ in modeſtiſſima. ⁊ ſic relinquū ur cōfutāda. Superius aūt dixit has refutatiōes, quę fiūt a defendēte anq̄ ſua ponat, ſe tenere cū exordio, qa iſinuata itentiōe, defendēs in exordio refutare dʒ, poſtea venire ad narrationē, ſi non ꝑceſſerit, ⁊ ſua ponere. Uel vt Quintilianus ſentit, in exordio defendens non debet diſſoluere, ſed promittere ſuo loco facturum, vt per talem ꝓmiſſionem trahamus iudicem ad nos.

De morata oratione.

¶ Ad morem autē, qm̄ quę de ſeipſo qſpiaʒ dicere hʒ, aut inuidiā, aut ꝓlixitatē, aut obiectionē. Quę ꝟo de alio, aut ꝯtumeliam, aut agreſtitatem, aliū opʒ dicētem introducere: qđ Iſocrates in Philippo ⁊ in Antidoſi fecit. Et vt Archilocus vituperat, cū patrem de filia fingat in iambo dicere. Pecuniario ꝟo nulla inſꝑata eſt, nulla abiurata. Et Cheronem fabrū in iambo, cuius principiū non mihi Sigeo. Et vt Sophocles Emonem pro Antigone aduerſus patrem, vt alij dicere videantur.

¶ Redit ad orationem moratam, in qua aliquis aut ſeipſum laudat, aut alium vituperat, ⁊ ponit vnū locum, ⁊ dicit. [Ad morem autem] .i. ad moratam orationē redeundo, dicamus ⁊ legantur verba ſuſpenſiue, vſq̄ ibi, [alium oportet,] hoc pacto, [quoniaʒ quę de ſeipſo] .ſ. in laudem [quiſpiaʒ dicere habet, aut inuidiā] ſubaudi [prouocant, aut ꝓlixitatē] orōnis efficiūt, [aut obiectionem] ſubaudi patiūtur, [quę ꝟo de alio] .ſ. aduerſario in vitupationē, aliqs dicere hʒ, [aut ꝯtumeliā, aut agreſtitatē] ſubaudi iducūt. Tūc terminādo ſuſpēſionē dic̄. [Alium opʒ dicenteʒ, introducere,] ſicut Plato fecit, q introduxit in Timęo alium laudes dicentem de Atheniēſi hoſpite: erat autē ipſe Athenienſis hoſpes. Deinde aſſignat authores huiꝰ loci: ⁊ dicit. [qđ Iſocrates in Philippo, ⁊ in antidoſi fecit, ⁊ vt Archilocus] vitupat introducēs alium vituperātem, [cuʒ patrem de filia fingat in iambo dicere,] his ꝟbis, [pecuniario ꝟo] viro, ac pecuniarię mulieri, [nulla inſperata, nulla abiurata] res eſt, quā nō faceret. Mortales eni ꝓ pecūijs oia facere credimꝰ. [et] idē Archilocꝰ [Cheronē fabrū in iābo] introducit dicētē h̄ mō, [cuiꝰ ꝑncipiū nō mihi Sigeo,] eſt. [⁊ vt Sophocles] introducit [Emonē ꝓ Antigone] filia [aduerſus patrem] dicere, [vt alij dicere videant̄.] Eſt igit̄ locus, vt cum volumus noſipſos laudare, ⁊ aduerſarium viupare, introducamus alius hęc dicere. ſic clam laus, ⁊ vituperatio habebuntur.

¶ Opʒ autē mutare enthymemata, ⁊ facere interdū ſentētias. Hoc pacto, opʒ eos, qui intellectu vigent, atq̄ fęlices fuerint, recōciliationes facere. Sic eniʒ vtiq̄ maxime abundabūt, enthymematice ꝟo, nam ſi opʒ, cum maxime vtiles, fuerint, ac maxime lucroſę reconciliationes, tūc reconciliari, fęlices oportet reconciliari.

¶ Redit nūc ad ſnias, ⁊ enthymemata, ⁊ aſſignat locuʒ de mutatiōe mutua enthymematis, ⁊ ſnię: ⁊ dicit. [Opʒ aūt mutare enthymemata, ⁊] ex eis [facere interdū ſentētias,] iteꝝ opʒ mutare ſentētias in enthymemata, ⁊ ex ſentētijs facere enthymemata. Exēpluʒ affert de enthymemate ꝟſo in ſniam, ⁊ dicit. [Hoc pacto, opʒ eos, qui intellectu vigent, atq̄ fęlices fuerint, recōciliatiōes] eorum, qui inimici erant, [facere: ſic enim] in ſua fęlicitate [maxime abundabūt,] hoc pacto enthymema ꝟſuʒ eſt in ſententiam. [Enthymematice ꝟo] ſnia ſic fit, [nam ſi oportet, cum maxime vtiles fuerint, ac maxime lucroſę reconciliatiōes fuerint, tunc reconciliari,] ergo [fęlices opʒ reconciliari] cum inimicis. Ecce hęc eſt ſnia verſa in enthymema. Quo ꝟo modo enthymema in ſententiaʒ, ⁊ ſentētia in enthymema verti poſſit, libro 2° ſatis expoſuimus. Hęc de ſententijs.

De locis i occaſiōe iterrogādi / ſiue de interrogandi arte.

¶ De interrogatione aūt, opportunū eſt fieri maxime qdem cū alterū ſit dictuʒ, vt vno cointerrogato, accidat abſurdū, velut Pericles de ritu ſalutis ſacroꝝ Lamponē interrogauit, cum autē dixiſſet non eſſe poſſibile eum, qui non initiatus eſt, audire, interrogauit, ſi ipſe ſciret reſpōdere, cumq̄ annueret, quomō quoq̄ cū non initiatus ſcis.

¶ Nūc de locis in occaſiōe interrogādi, eſt aūt occaſio (vt ingt Feſtus) opportunitas q̄dam temporis, quę caſu prouenit. Cicero libro rhetoricoꝝ occaſio eſt pars temporis habens in ſe alicuius rei idoneaʒ faciendi, aut nō faciendi opportunitatem. igitur occaſio interrogādi opportunitas temporis eſt, quo idonee accuſans poteſt interrogare defendentem, vtpote quia defendēs caſu aliqua conceſſit, ex quibus cum interrogatione poteſt accuſans euʒ capere. Hęc ꝟo interogandi occaſio, lʒ non fiat in orōne: (fit eni cū litigātes ſtrictis gladijs certāt) tamē ꝑs cōfirmatiōis eſt. Ideo Ariſto. de ea agit, ſolent etiam iudices in criminalibus cauſis hꝰ interrogatoria facere, quoniā tunc fungūtur officio accuſatoris. De hꝰ interrogationibus fuſius agit Ariſt. libro topicoruʒ 8°. nunc ꝟo aſſignat nōnulla loca, quorum primū affert: ⁊ dicit. [De interrogatione aūt,] nunc differendum loca, quoꝝ primus eſt, [opportunū eſt] interrogationē [fieri maxime quidem, cuʒ] a defendente [alteruʒ ſit dictū] .ſ. tale, [vt vno cointerrogato] .ſ. cū illo dicto, [accidat abſurdum] hoc eſt aliquid quod volumus habere contra ipſum defendentem. ⁊ aſſignat exemplum: ⁊ dicit. [Uelut Pericles de ritu ſalutis ſacroꝝ Lamponeʒ interrogauit] hoc ſubaudi pacto [an non imbutus,] nec initiatus ſacris debeat ſacra audire. [Cum auteʒ dixiſſet nō

eſſe

eſſe poſſibile eum, qui non initiatus eſt,]nec imbutus ſacris, ſacra[audire]tunc vltra[interrogauit] Pericles [ſi ipſe ſciret reſpondere:]ſcilicet ad ſacra, [cũq; annueret]ſe ſcire reſpondere, Pericles ex hoc dicto reducendo ipſum ad abſurduz: dixit.[quomodo quoq;]ſubaudi ſcis reſpondere ad ſacra, [cuz initiatus non ſis.] Nõ enim potes ſcire reſpondere, niſi audias ſacra. & ſic poteris audire ſacra, qḋ eſt oppoᵐ eius, qḋ dixit Lãpon.

¶ Deinde cum aliud quidem manifeſtũ fuerit, aliud autem interroganti pateat, quoniaz dabit, querentem alteram ꝓpoſitionem non eam interrogare oportet, quę nota eſt, ſed cõcluſionem dicere.

¶ Aſſignat zᵐ locum, qui talis eſt, cum propoſitionuz, ex quibus ſyll'us futurus eſt, alia manifeſta ſit, aliã ſcimus aduerſarios eẽ daturos, tunc pretermiſſa ea ꝓpoſitione, quę manifeſta eſt, interrogare debemus alteraz, quam aduerſarios ſcimus eſſe daturos, cuius conſenſu ſumpto, concluſionem debemus inferre: dicit.[Deide cum] propoſitionum, ex quibus ſyllogiſmus futurus eſt, [aliud quidem manifeſtum fuerit.]ideſt alia ꝗdem per ſe manifeſta fuerit, [aliud autem] ideſt alia autem [interroganti pateat, quoniam].ſ. aduerſarius [dabit, q̃rentem alteram propoſitionem]earum, ex quibus ſyllogiſmus futurus eſt, [non eam interrogare oportet, q̃ nota eſt,]ſed eam, quam ſcimus aduerſarios eſſe daturos, & tunc illius conſenſu ſumpto, non aliud facere debemus[ſed concluſionez dicere]ex illa manifeſta, & ex conceſſa interrogata.

¶ Veluti Socrates, cum Meletus non aſſereret deos ſe putare, dixit, ſi demonez aliqd diceret? Conceſſo autez, interrogauit, ſi ſint ne demones aut deoruz filij, aut diuinũ qppiam? Cũq; annuiſſet, eſt igitur inquit, qui deorum quidem filios opinetur eſſe, deos autem nequaq̃.

¶ Nunc aſſignat exempluz: & dicit.[Veluti Socrates, cum Meletus non aſſereret deos ſe putare, dixit] interrogando[ſi demonez aliquid diceret? conceſſo autez,] vlterius interrogauit, ſi ſint ne demones aut deorũ filij, aut diuinum quippiam?] Hec eſt propoſitio, quam Socrates ſciebat Meletum conceſſurum.[Cũq;] Meletus[annuiſſet,]diceretq; demones filios eſſe deorũ, concludit Socrates, [Eſt igitur inquit, qui deorum q̄dem filios opinetur eſſe,]hec eſt ꝓpoſitio interrogata conceſſa, [deos autem nequaq̃,]propoſitio vero manifeſta eſt hec, ſi filij ſunt, pater eſt, ſed demones ſunt, qui ſunt dei filij, vt patet per interrogatam conceſſam. igit̃ deus eſt.

¶ Preterea cuz vel cõtraria, vel ꝑter opinionem dicere demõſtraturi ſumus.

¶ Aſſignat 3ᵐ locum, & dicit.[Preterea]optima ſubaudi occaſio interrogandi eſt, [cũ demonſtraturi ſumus] aduerſarium[dicere vel cõtraria]hoc eſt impoſſibilia, [vel]aliquid[preter opinionem]ſapientuz, vtrũq; enĩ facit ad intentum noſtrum.

¶ Quarto cum non poſſit ſoluere, niſi cauillatorio modo reſpondeat. Nam ſi ſic reſpõdebit eſſe quodã modo, & quodã modo nõ eſſe, aut hec quidez ſic, illa vero non, aut interdum ſic, interduz vero nõ, turbant̃ dubitãtes.

¶ Aſſignat 4ᵐ locũ: & dicit.[Quarto]ſubaudi erit optima occaſio interrogandi, [cum]aduerſarius [non poſſit ſoluere, niſi cauillatorio modo reſpondeat,]ſunt enĩ multi qui omnibus argumentis volunt vnam ſolutionem tribuere, reſpondent enim ad omnia argumenta ꝑ hanc diſtinctionem, ꝙ ſit quidem vt ſic, & non ſit, vt ſic, dicit modo Ariſtoteles, [nam ſi ſic reſpondebit eẽ quodam modo, & quodam modo non eſſe, aut hec quidem ſic, illa vero non, aut interdum ſic, interdum vero non,]ſi non expoſuerit quonam modo ſic, & quonã modo nõ, iudices, ac auditores[dubitantes]de talibꝰ ſophiſticis, & obſcuris reſponſionibus turbantur,] quod multum facit ad rem noſtram.

¶ Nec aliter conandum eſt, nam ſi inſtabit, vinci videtur. Neq; etiam poterit ꝑpter auditoris imbecillitatem de multis interrogare. Quapropter enthymemata quoq; ipſa q̃ maxime conuoluere oportet.

¶ Sed dices, cum defendens reſpõderit ſic ſophiſtice, vt auditor turbetur, vtrum accuſans debeat vlterius conari contra defendentem: dicit.[Nec aliter conandum eſt]ſubaudi contra defendentem, nam ſi accuſans ipſe vlterius[inſtabit,]defendẽs[vinci videtur,]modo nõ debet vinci, ſed iudicium victorię iudici relinqui. Sic enim iudex ſentit ſe honoratum. Eſt etiaz alia cauſa, q̃re non eſt vlterius conandum, quaz affert, & dicit.[Neq; etiam poterit:]ſcilicet vlterius[de multis]alijs[interrogare]accuſans ipſe.[ꝑpter auditoris imbecillitatem,]& ingenij hebetudinem.[quapropter]inquit Ariſt.[enthymemata quoq; ipſa conuoluere oportet]in ſententias, & prouerbia. Nam hec idonea ſunt rudibꝰ mentibus. Hec de locis interrogandi.

¶ In reſpondendo autez, ſi ambigua ſunt, nõ ſtatim ſoluere, ſed prius ratione diſtinguere oportet. Sin vero contraria videntur, ſtatim pro reſponſione inferẽda ſolutio eſt, anteq̃ conſequẽter aliud interroget, aut ſyllogizet. Nec eniz difficile eſt in quo ratio ſit proſpicere. Ceteruz ex topicis, tam hoc, q̃ ſolutiones nobis patebunt. De arte rñdendi.

¶ Nunc dat artẽ rñdendi, & aſſignat pᵐ locũ traditũ zᵒ elẽchorum, qui valet anteq̃ ꝯcl'o inferat̃: & dic̃.[In rñdendo autem, ſi ambigua ſunt,]atq; multiplicia, [non ſtatim ſoluere].ſ. interimendo vel concedẽdo[ſed prius ratione diſtinguere oportet, ſin vero videntur contraria,] ideſt falſa, vel impoſſibilia, vel preter opinionem, [ſtatim pro reſponſione inferenda ſolutio eſt,] aut interimendo, aut concedendo[anteq̃ cõſequenter]opponẽs [aliud interroget aut]aliud[ſyllogizet,]ne illa derelinquantur in diſcuſſa. Addit.[Nec enĩ difficile eſt, in quo ratio ſit.]ſcilicet peccans, an in materia, an in figura[ꝓſpicere,]deinde remittit nos ad topica: & dicit.[Ceterũ ex topicis tam hoc].i. tam hic locus nũc tactus[q̃ ſolutiones,]& alia loca ſoluendi[patebunt].

¶ Inſuper etiam ſi poſtq̃ concluſionẽ concluſerit, interrogationem fecerit, cauſa dicẽda eſt.

¶ Hic eſt ſecũdus locus, qui valet poſtq̃ accuſans concluſionem intulit: vnde dicit.[Inſuper etiaz, ſi poſtq̃]

accuſans[concluſionẽ concluſerit,]defendens caſu ali-quo de concluſione[interrogationẽ fecerit,]ab eo[cau ſa]quare interrogat,[dicẽda eſt,]⁊ in dicenda cauſa dꝫ aſſignare defectus oẽs,quos põt de argumẽto. Nam lꝫ melius feciſſet ſi defectus ipſos ante illationẽ aſſignaſ-ſet,non tñ debet eos ꝑtermittere,etiaꝫ ſi facta ſit illatio, quia lꝫ non faciat hic locus ad rationem artis,tamẽ fa-cit ad iudicem captandum.

¶ Ut Sophocles a Piſandro iterrogatus, ſi ſibi quoqꝫ vt ceteris conſiliarijs viſum eſt quadrigentos viros conſtituere. Reſpon-dit,an hec improba eſſe tibi non videbãtur? ait igitur tu hec egiſti. Mala vtiqꝫ ait:non enim erant alia meliora.

¶ Aſſignat exempla,quorum primuꝫ affert:⁊ dicit.[Ut Sophocles a Piſandro interrogatus,ſi ſibi quoqꝫ,vt ceteris conſiliarijs viſum eſt quadrigentos viros cõſti-tuere? Reſpõdit]ſubaudi viſum eſſe,rurſus Piſander interrogauit,Sophocles an hec improba tibi eẽ nõ vi-debanẗ?]videbãtur reſpondit Sophocles,[ait] rur-ſus Piſander,[igiẗ tu hec egiſti,]egi reſpõdit, tũc[ait] Piſander[mala vtiqꝫ]ſubaudi egiſti.egi reſpõdit So-phocles,nec ab rõne,[non enĩ erant alia meliora,]⁊ ſic conceſſit concluſionem per interrogationẽ dicẽdo ma-la ſe egiſſe,tamen aſſignauit cauſaꝫ ſe ea feciſſe,quia nõ erant alia meliora.

¶ Et vt Lacedemonius quidam cenſure ra-tionem reddens interrogatus,ſi iure ſibi ce-teri periſſe viderentur,annuit. Hic ꝟo, non ne tu igitur eadem iſtis cenſuiſti? At ille an-nuit.ergo iure vtiqꝫ inquit,⁊ tu peribis.mi-nime reſpõdit. Nã illi corrupti pecunia hec iudicarunt. Ego ꝟo nequaqꝫ,ſed ſnia.

¶ Aſſignat 2[m] exemplum:⁊ dicit.[Et vt Lacedemoni⁹ quidam cenſure,]quaꝫ de morte quorũdã attulerat,[ra tionẽ reddẽs,iterrogatus ſi iure ſibi ceteri,ꝑiſſe viderẽ-tur,]ceteri.ſ.iudices,q de morte quorũdã alioꝝ ꝯſilẽm ſniaꝫ attulerũt?[Annuit]Lacedemoni⁹,[hic ꝟo].ſ.iter-rogator,[nõne tu eadẽ iſtis]iudicib⁹,q ad mortẽ alios cẽſuerũt,[cẽſuiſti,At ille].ſ.Lacedemoni⁹[annuit,ğ iu re vtiqꝫ ingt ⁊ tu ꝑibis,]qm̃ iudices illi ꝑꝑ ſniaꝫ,quam attulerũt de morte illoꝝ,periere,tu igiẗ ꝑibis,q ð mor-te ſilẽꝫ ſniaꝫ attuliſti.[minime rñdit,]cõceſſit itaqꝫ ꝯclu ſionẽ,⁊ negat ſibi morteꝫ debere pati,⁊ da cãm dicens, [naꝫ illi corrupti pecunia hec iudicarũt,ego ꝟo nequa-qꝫ,ſed ſnia] non pecunia corruptus iudicaui.

¶ Quapropter nec poſt concluſioneꝫ inter-rogare oportet,neqꝫ concluſionem ipſaꝫ in-terrogare,niſi multum veritatis ꝯtineat.

¶ Ex ijs aſſignat quãdam cautelam pro opponẽte, q ac cuſat:⁊ dicit.[Quaꝑꝑ nec]aduerſariũ,qui accuſat,[poſt concluſionem]factam aliquid aliud[interrogare opor-tet,neqꝫ oportet ipſam concluſionem interrogare,niſi] concluſio ipſa illata[multum veritatis cõtineat,]adeo vt nec ob interrogationem poſſit deleri,ſed vt iure con-ſulti aſſerunt,poſt cõcluſionem nemo loquatur.

De ridiculis ⁊ ſcurrilib⁹.

¶ Quoniam ꝟo ridiculoruꝫ quoqꝫ vſus in certaminibus eſt,oportereqꝫ Gorgias recte dicebat,aduerſarioruꝫ ſeria riſu peruertere, riſum ꝟo ſerijs,explanatumqꝫ ſit in ijs,que de re poetica dicta ſunt,quot ridiculoruꝫ ge nera ſint,quorum alia liberis congruũt,alia non,inde que rei ꝯuenient orator aſſumet.

¶ Nũc de ridiculis non agit,ſed ſe excuſat,⁊ mittit nos ad poeticam,vbi de eis agit.ſunt aũt ꝟba textus ſuſpen ſiue legẽda,vſqꝫ ibi[inde que rei,]vnde dicit.[Qm̃ ꝟo ridiculoꝝ quoqꝫ vſus]in[certaminib⁹] forẽſib⁹ vtilis [eſt,oportereqꝫ Gorgias recte dicebat aduerſarioꝝ ſe-ria riſu peruertere,riſum ꝟo ſerijs ,]nam contraria mu tuo ſe fugãt,[explanatũqꝫ ſit in ijs,que de re poetica di cta ſunt,quot ridiculoꝝ genera ſint,quoruꝫ alia liberis ꝯgruũt,]vtputa q̃ ſunt cũ turpitudie nõ turpi,[alia nõ] vtputa q̃ ſunt cũ turpitudie turpi,vt diximus in lib° de re aulica,tũc terminãdo ſuſpenſionẽ inquit.[Inde q̃]ri dicula[rei cõueniẽt orator aſſumẽt.]que ꝟo rei nõ con uenient,pretermittet.Conueniũt eniꝫ ridicula,que ſunt cum turpitudine nõ turpi,que ſunt cũ turpitudie turpi, non ꝯueniunt.De riſu dictorum aduerſarij dicit multa Quintil.li° 5°.titu.de reſtitutione,nos quoqꝫ de riſu ⁊ ri diculis copioſe ſcripſim⁹ i li° de re aulica ad Phauſinã.

¶ Eſt autem illuſio ſcurrilitate libero magis idonea,nam qui illa vtitur,ſui,ſcurra ꝟo al-terius gratia loquitur.

¶ Illuſio,que grece ειρωνεια dr̃,eſt cum figura aliqd per contrariũ dr̃,exẽpluꝫ afer didio Gallo,qui ꝓuintiaꝫ ambitioſiſſime petierat,mox ea ipetrata,q̃rebaẗ quaſi coactus eẽt,age ingt,aliqd,⁊ ꝓ repub.elabora. Hec iro-nia eſt,illuſuꝫ enĩ illuc eſt,ꝙ magiſtratũ magno ſtudio ambiſſet.vnde Ariſt.dicit.[Eſt autem illuſio ſcurrilita-te libero magis idonea,nã]vt ingt,[qui illa].ſ.illuſiõe vtitur[ſui gr̃a vtiẗ,ſcurra ꝟo logtur gr̃a alteri⁹]de ſcur ra in libro de re aulica diximus abunde. Quintilianus lib° 8°.titu.de tropis aſſerit illuſionẽ,que ironia eſt,itel ligi aut ꝓnuntiatiõe,aut ꝑſona,aut natura rei. Naꝫ ſi q̃ perſonarũ ꝟbis diſſentit,apꝑet volũtatem ab orõne di uerſam eſſe,ſed vbi fit ironia,⁊ quãdo. Quintilian⁹ ex-ponit lib° 6°.titu.de concluſione.

De epilogo peroratióe.

¶ Peroratio ex quatuor cõſtat,⁊ ex ijs, que faciũt,vt bene de nobis,male de aduerſarijs auditor ſentiat. Et ex ijs,que amplificãt,aut extenuãt. Et ex ijs,qbus in affectus auditor impelliẗ. Et ex ijs,qbus in memoriã dictoꝝ reduciẗ. Natura enĩ fit,cuꝫ te qdem veracẽ, aduerſariũ ꝟo mẽdacẽ oſtẽderis vt vel lau daueris,vel vituperaueris,aut oĩno extenua ueris,vel vt duorũ alterum conſideres, aut quia his bonus es,aut ſimpliciter,Ille ꝟo bis infeſtus,aut ſimpliciter.

¶ Nunc de epilogo,q latine dr̃ peroratio:apud enĩ lati-nos peroro ſignat quãtũ ꝑfecte poſſuꝫ orõ,⁊ ꝑꝑea per-orõnẽ finẽ orõnis eẽ autumant,ſꝫ qa in hac ꝑte vtimur plerũqꝫ affectibus,ideo perorare ꝑꝑ affectuũ cõmotio nem orõnis finis dr̃,ſunt q epilogũ orõnis cumulũ vo cent. Rhetorici epilogũ tripartitũ faciũt,qa volũt con-ſtare numeratiõe,amplificatiõe,⁊ cõmiſeratione,ꝑ nu-meratiõeꝫ fit rerũ repetitio,q̃ grece dr̃ anacephaleoſis, hoc eſt recapitulatio.ꝑ amplificationẽ cõcitanẗ animi auditoꝝ,per cõmiſerationẽ flectũtur ad miſericordiã. Unde Quintil.lib°6°.titu.de ꝯcluſione.Cõcluſiõis du-plex eſt cõpoſitio,aut in rebus,aut in affectibus.Cõpo-

ſitio

ſitio qdem in rebus eſt reruz repetitio,cõpoſitio ꝟo in affectib⁹ eſt,aut accẽſio,aut lenitio.Nã accẽdit accuſator,lenit defenſor.Affectus ꝟo mouẽ nõ erat ꝑmiſſum Athenis,vñ ꝯcluſio ꝑ amplificationẽ,⁊ cõmiſerationẽ ad affectus reducit,⁊ eſt vna.Ariſt.ꝟo epilogum q̃dripartitũ facit:dicens.⌊Peroratio ex q̃tuor ꝯſtat,⁊ ex ijs que faciũt,vt bene de nobis,male de aduerſarijs auditor ſentiat,⌋qd̉ attinet ad moratam orõnez.⌊Et ex ijs,q̃ amplificãt,aut extenuãt,⌋qd̉ lz ꝓprie attineat ad genus demõſtratiuũ,etiã in alijs cõuenit nõnũq̃.⌊aut ex ijs,q̃bus in affectus auditor ipellit,⌋qd̉ attinet ad affectam,atqz accõmodatã orõnem.⌊Et⌋q̃rto⌊ex ijs,qbus⌋auditor⌊reducit ad memoriaz dictoꝝ,⌋que.vz,in tota orõne ſunt dicta.Et aſſignat cãm:⁊ dicit.⌊Natura enim fit,cũ⌋per argumẽta ⁊ ꝑſuaſiões⌊te qdẽ veracem,aduerſariũ ꝟo mẽdacẽ oſtẽderis,vt laudaueris vel vituperaueris,aut oĩno extenuaueris⌋vel ſubaudi amplificaueris,que ꝑ ea,que ſunt p̃ter rẽ facere docuit.⌊Uel vt duoruz alterũ ꝯſideres,aut q̃r⌋tu⌊es bonus his⌋.ſ.ꝑticularibus virtutibus,vtpute iuſtus,⁊ verax,⁊ liberalis,⌊aut⌋quia es bonus⌊ſimpl̃r⌋.ſ.oĩb⁹ virtutib⁹.⌊Ille ꝟo⌋.ſ.aduerſarius⌊infeſtus his⌋.ſ.ꝑticularib⁹ vitijs,⌊aut⌋infeſt⁹⌊ſimpliciter⌋oĩb⁹ vitijs,nã hec cõſiderando poteris morata orõne perſuadere.Naz ſi te oſtẽdes,aut ſimpl̃r,aut ſm quaſdaz virtutes bonũ,aduerſariũ ꝟo ſm q̃dam vitia,vel ſm oĩa vitia malũ,trahes auditorẽ ad votũ.Ueruz Ariſt.alibi de ſubã epilogi eſſe dicit ſolũ anacephaleoſim/hoc eſt recapitulationẽ,nã ſicut de ſubã exordij nõ eſt niſi docilitas,q̃ eſt,vt finis,intẽtioq̃z ſummatiz inſinuet,ne auditores de quo ſit iudiciũ ignorẽt,ita quoqz de ſubã epilogi nõ eſt,niſi enumeratio/hoc eſt ea oĩa,q̃ dicta ſunt ꝑ capita repetere,vt oĩa que dicta ſũt,memoria ſeruent.Alię ꝑtes in epilogo inuẽtę ſunt,aut ꝓꝑ ipz dicentẽ,aut ꝓꝑ aduerſariũ,aut ꝓꝑ iudicẽ,⁊ ideo p̃ter rẽ ſunt,vt alibi Ariſt.dixit,hec eñi q̃tuor que Ariſt.ſtruere epilogũ autumat,potius epilogũ conficiũt in oratione agoniſtica,q̃z in hiſtorica.Quare de ſubã epilogi eẽ videt,vt ſolum recapitulent ꝓpoſitio ⁊ fides.

¶ Unde ꝟo tales boni,aut infeſti fiant,dicti ſunt loci ex quibus opus eſt p̃parare. Poſt hec antẽ qd̉ natura duce,iã demõſtratũ eſt,eſſe aut amplificãdũ,aut extenuãdũ. Opus eñi eſt,vt que facta ſunt pateãt,priuſq̃z ipſoruz quãtitas explicet. Quippe cũ ⁊ corpoꝝ incrementuz ex p̃exiſtentibus ſit. Unde ꝟo amplificãdum extenuandũq̃z ſit,iampridez expoſiti loci nobis ſunt. Poſtea ꝟo cũ iam ⁊ qualia ſint,⁊ quanta,patefactuz eſt,auditor in affectus impellẽdus eſt,qui ſunt commiſeratio,indignatio,ira,odiũ,inuidia,ęmulatio,cõtentio,quoꝝ etiã loci iã dicti ſunt.

¶ Cum q̃tuor ꝓpoſuit eẽ ꝑtes epilogi,quoꝝ tria ꝑ loca ſuis libris expoſita ſunt,quartũ ꝟo reſtet,repetit:q̃ per loca iã diſpoſuit:⁊ dicit.⌊Uñ ꝟo tales boni,aut infeſti fiant,dicti ſunt loci,ex qb⁹ opus eſt p̃parare,⌋vt ſic appareãt iudicib⁹,vt pz p̃mo hui⁹,⁊ ꝑ parte 2°,⁊ in h̃ 3° hoc eſt p̃mũ.⌊Poſt hec aũt qd̉ natura duce iã demr̃atũ eſt eſſe,aut amplificandũ,aut extenuãdũ⌋etiã dictũ eſt.⌊Opus eñi eſt,vt que facta ſunt,pateãt p̃us,q̃z ipſorum quãtitas explicet,⌋qd̉ ꝓbat per ſil̃e,⁊ dicit.⌊Quippe cũ ⁊ corpoꝝ incremẽtuz ex p̃exiſtẽtib⁹ ſit,⌋igit amplificare laudes,eas ſupponere dz.⌊Uñ ꝟo amplificandũ extenuandũqz ſit,iãpridez expoſiti loci nobis ſunt,⌋h̃ eſt 2ᵐ.⌊Poſtea ꝟo cum iã ⁊ q̃lia ſint,⁊ quãta,patefactum eſt,auditor in affectus iã impellendus eſt,qui⌋affectus⌊ſunt,cõmiſeratio,indignatio,ira,odium,inuidia,ęmulatio,contentio,quorum etiam loci iam dicti ſunt.⌋hoc eſt 3ᵐ,quod 2° libro iam explicatum eſt.

¶ Quare illud iam reſtat,vt prędicta in memoriam reducantur,qd̉ ſic conuenit facere,ſicut in exordijs aſſerunt,non recte dicentes,nam vt facilia intellectu ſint,ſępius idem dicere iubent. Nam ibi qdem res ſummatim dicẽda,ne auditores de quo ſit iudiciũ,ignorent. Hic ꝟo ea,quibus demonſtratum eſt,per capita repetenda. Initium autem repetitionis,quoniaz perſoluit iã,que pollicitus eſt. Quare ⁊ que,⁊ ꝓpter quid dicendum.

¶ Nũc oſtẽdit id,qd̉ reſtat dicere,⁊ eſt 4ᵐ:⁊ dic̃.⌊Quare illud iã reſtat,vt p̃dicta⌋.ſ.in narratiõe,⁊ in fide,⌊in memoriã reducant,qd̉ ſic conuenit facere,ſicut in exordijs aſſerũt⌋nõnulli rhetores,⌊nõ recte dicẽtes,nam vt facilia itellectu ſint,⌋facileqz intelligant,⌊iubent idem ſępius dicere⌋in exordio,⁊ quãtũ ad hãc replicatã repetitionẽ ſępius factã in exordio erãt,⌊nã ibi qdem⌋.ſ.in exordio⌊res ſũmatiz dicẽda⌋eſt,atqz ĩſinuãda,⌊ne auditores de quo ſit iudiciuz,ignorent,hic ꝟo⌋.ſ.in epilogo,⌊ea qb⁹ demõſtratũ eſt,⌋atqz fides facta eſt,⌊ꝑ capita repetẽda⌋ſunt,⁊ ſic nõ recte dixerũt.Deinde exponit initiũ repetitiõis,qd̉ facere dz defendẽs:⁊ dicit.⌊Initiũ aũt repetitiõis⌋ſit vt dicat,⌊qm̃ ꝑſoluit iã⌋oĩa,q̃ aduerſarius iduxit.⌊queqz pollicitus eſt⌋ꝑſoluere,h̃ pacto eẽ dz epilogi initiũ.Tũc cõcludit,⌊q̃re ⁊ que⌋narrata ſũt,⌊⁊ ꝓꝑ qd⌋.i.⁊ fides in epilogo ꝑ capita⌊dicẽdũ,⌋habet autem repetitio initium,medium,⁊ finem,initiuz repetitionis eſt,vt orator dicat,quoniam perſoluit iam,que pollicitus eram.

¶ Repetuntur autem conferendo ea,que ab aduerſarijs dicta ſunt. Conferuntur ꝟo,aut que de eodem ambo,aut que non ex oppoſito dixerunt,ſed hic quidez hec de hoc,ego ꝟo hec ⁊ propter hec.

¶ Cum dixiſſet in epilogo,quid ſit initium repetitiõis,nunc exponit,quid ſit mediũ repetitionis,⁊ dicit.⌊Repetũtur autẽ⌋ea,que ad fidem facta ſunt,⌊cõferẽdo ea,que ab aduerſarijs dicta ſunt⌋ad fidem,eis que nos ad fidem diximus.Et hec repetitio collatio appellat.Deinde docet quo mõ fiat hec collatio,⁊ p̃mo quo mõ fit ex oppoſito,⁊ dicit.⌊Cõferũtur ꝟo⌋que dixit aduerſari⁹ cũ ijs,que nos diximus⌊aut ambo,⌋illa repetẽdo,⌊que de eodez⌋ꝑ nos,⁊ aduerſarios dicta ſunt ex oppoſito,deinde docet quomõ fit collatio per nõ oppoſita:⁊ dicit.⌊Aut⌋repetẽdo ea⌊que nõ⌋ex oppoſito.i.ď eodem⌊dixerũt,⌋ſed de diuerſis,mõ faciant ad factuz.dicẽdo⌊ſed hic qdem⌋dixit⌊hec de hoc,ego ꝟo hec ⁊ propter hec,⌋hoc modo collatio fit non per oppoſita.his itaqz duobus modis fit collatio.

¶ Aut ex illuſione,vtputa,nam hic hec dixit,ego ꝟo hec,⁊ quid vtiq̃z faceret,ſi hec demonſtraſſet,⁊ non illa.

¶ Secundo modo fieri poteſt repetitio ironice,⁊ hanc

exponit:ꝛ dicit.[Aut ex illuſione.]ſcꝫ epiloganda ſunt,[vtpiita,nam hic hęc dixit,ego ꝟo hęc,ꝛ quid vtriqꝫ faceret,ſi hęc demonſtraſſet,]quę nos demonſtrauimus,[ꝛ non illa,]quę ipſi demonſtrarunt.Omnia enim hęc verba ſunt ironica.

Aut per interrogationē,quid non demonſtratum eſt?aut iſte quid demonſtrauit,aut igitur hoc pacto,aut per collationem,aut ordine naturali quo dicta ſunt prius tua,ꝛ rurſum ſi ita vis,q̄ aduerſarij dixerūt,ſeorſuꝫ.

Tertio modo repetitio fieri poteſt per interrogationem,ꝛ hanc exponit:ꝛ dicit.[Aut per interrogationeꝫ] ſcꝫ repetitio fieri poteſt,dicendo[quid non demōſtratum eſt].ſ.per me,[aut iſte quid demonſtrauit,]tunc dicit.[Aut igitur]repetitio[hoc pacto:]ſcilꝫ ironice, vel per interrogationem facienda eſt,[aut] facienda eſt[ꝑ collationem,]vt dictum eſt prius,[aut]ſi non vis per collationē,facienda eſt[ordine naturali quo dicta ſunt prius tua]vt illa prius repetas,[ꝛ rurſus quę aduerſarij dixerunt,ſi ita vis.]Repetas deinceps[ſeorſum,]ſic enim non fit per collationem:non enim vnumquodqꝫ aduerſarij confertur ad vnumquodqꝫ tuum,ſed omnia tua prius dicūtur,poſtea omnia aduerſarij,vtroqꝫ modo fieri poteſt repetitio.ergo repetitio fieri pōt,aut collatione dupliciter facta,aut ironia,aut interrogatione, aut ordine naturali,quo dicta ſunt repetendo. Hęc de medio epilogi,atqꝫ repetitionis.

Fini ꝟo diſſoluta maxime,aut per articulos oratio idonea eſt,vt peroratio,nō oratio ſit,dixi,audiſtis,habetis,iudicate.

Nunc de fine epilogi dicit [Fini ꝟo].ſ.ipſius epilogi[oratio maxime idonea eſt, quę eſt[per articulos] abiuncta atqꝫ[diſſoluta,vt]epilogus[ſit peroratio, nō oratio,]ſic enim facit epilogum affectum(vt dictū eſt) hoc pacto,[dixi,audiſtis, habetis, iudicate]. Hęc ſunt quibus epilogum conſtare aſſerit Ariſto.verum, vt dixi,epilogus conſtat duabus partibus ſolis, ac neceſſarijs,ꝑpoſitione.ſ,ꝛ fide breuibus reſumptis, nam cum epilogus ſit tota oratio per capita reſūmpta,ijs ꝑtibus, ac tot ſolis,neceſſarijſqꝫ conſtabit,quot ꝛ ipſa orō conſtat. At oratio duabus partibus.ſ.ꝑpoſitione ꝛ fide cōſtat.igitur ꝛ epilogus ijs,ꝛ tot per ſe cōſtabit.Cęterę ꝟo partes in epilogo addūtur pręter rem,veluti ꝑtes, quę orationi adduntur,aut ex parte dicentis,aut ex ꝑte auditoris,aut ex parte aduerſarij,ꝛ de partibus oratiōis, ꝛ de tota ipſa oratione hactenus.Demuꝫ de expoſitiōe artis rhetoricę Ariſtotelis dicta ſufficiāt.Finis Sueſſę M.D.XXXIIII°. Auguſti.XX°.

Venetijs apud Octauianum Scotum. 1538.

Regiſtrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC Omnes Terniones CC ꝟo eſt duernus.



B384